Sed fons ꝛc. Augu. Hic intimare videtur que fiant secundū tempoꝝ interualla:ex prima conditione vbi fiunt oīa simul.incipiēs ab elemento·ex quo oīa nascunt᷑ germina animaliū herbaꝝ vel lignorum:vt agant temporales numeros ꝓprijs naturis distributos. Primordia enī omniū seminum humida sunt:⁊ ex humido concrescunt. Si dicat᷑ quantolibet fonte non posse faciem omnē terre irrigari:etsi montes irrigaret·diluuiū esset. Respondetur·qꝛ vicissim fieri posset:sicut nilus plana egipti irrigat. Possunt ⁊ per vnū fontem intelligi multi fontes regiones ꝓprias irrigantes.⁊ omnis terre facies irrigata· sicut omnis vestis facies colorata.etsi non continuatim sed maculatim ab hoc fonte que narrant᷑·per moras tempoꝝ fiunt:non simul. Qū ergo aliter sint creaturaꝝ rationes in verbo dei·aliter opa a quib᷒ die septima requieuit.aliter que ex illis vsq̄ nunc opatur.vltimū vtcunq̄ corporis sensu ⁊ consuetudine cognoscimus:duo remota a sensibus nostris ⁊ humane cognitionis vsu·prius autoritate diuina credenda: post ꝑ h̄ que nota sunt vtcunq̄ noscenda.

Formauit ꝛc. Aug. Mistice. Latior de homine figurate explicat᷑ narratio:vt querentes instruat ⁊ exerceat·hec formatio non est noui opis inchoatio:sed diligens retractatio. Si hic hominē ex corpore ⁊ anima iā factum intelligimus:bene ista cōmixtio limus dicit᷑. Sicut enī fit lim⁹ cōmixtione pulueris ⁊ liquoris:sic anima corporis materiā viuificādo vnit nec patitur dissolui. Inspirauit in faciem eius spi·vi· Si corpus tantum erat:hic animā corpori adiunctā intelligimus. Si vero homo factus iam corpus ⁊ anima erat·anime hac inspiratione sensus est additus:cū factus est homo in animā viuentē.non quia illa sufflatio versa sit in animam viuentem:sed operata est animā vi. Nondum tn̄ hominē spiritualem debemus intelligere·sed animalem:qui tunc spiritualis factus est:cū in paradisi beata vita est cōstitutus. Unde prius animales sumus·de illo post peccatum nati:donec ꝑ spiritualem adam spirituales renascamur. Paradisi vero nomine beatitudo in qua homo positus est significatur. Sed quia in nemorib᷒ deliciosa quies hominū est:⁊ corporeis sensib᷒ de oriēte lumē oritur·celumq̄ consurgit:qđ est superius corpore nostro atq̄ excellentius his verbis spirituales delicie·quas habet beata vita·explicant᷑. Intelligimus autem gaudia nostra spiritualia significare omne lignū formosum· ad aspectum intelligentie:⁊ bonū ad escam·que non corrumpit᷑.vt est oīs ratio ⁊ virtus spiritualis·que cib᷒ est anime. Productū est hoc lignū de terra:quia gaudiū spirituale debet superesse terre. Lignū vite plantatū in medio paradisi:quia debet anima intelligere se ordinatā in medio reꝝ vt cū sub se habeat corporeā creaturā:sup se tn̄ intelligat esse naturā dei: vt nec contemnat qđ est:nec arroget qđ non est.

Aug. Formauit igit᷑·d·h·ꝛc Prius de limo terre formatū est corp⁹ animale· quale nunc habemus:non spirituale·cum quali resurgem⁹. Unquęritur quomodo reformemur:si non ad hoc per xp̄m reformamur:qđ in adam fuimus.non autem immortalitatem perdidit:si prius animale fuit·neq̄ animale corpus erit·sed spirituale cū incorruptionē induerit. Unde quidam putauerunt hominem corpore fuisse animalem:sed mutatum cū in paradisū poneretur:sicut mutabitur in resurrectione. Sed si ita est frustra conamur paradisum ⁊ illas arbores ⁊ fructū secundū gestoꝝ ꝓprietatem accipere. Non enim cibi ex arboꝝ pomis immortalib᷒ corporib᷒ sūt necessarij. Ipsa quoq̄ mors hominis quā peccato meruit:indicat eū non

moriturum si nō peccasset. Sed quomō sine morte mortalis? Aut quomō si corpus animale: non mortalis? Unde putant eū non corporis mortem: sed anime peccato meruisse. credentes ꝓpter corpus animale exiturum fuisse de hoc corpore. ad requiem quā nunc habent sancti: ⁊ in fine seculi idem corpus immortale recepturum. Contra qd apostolus. Corpꝰ qd mortuū est ꝓpter peccatum. ⁊ sic non moreretur etiā corpore. si non peccasset. animale tamē posset esse ante peccatum: ⁊ post vitam in paradiso iusticie. cū deus vellet. fieri spirituale. Sed aiunt: Quomodo renouamur: si non recipimꝰ qd perdidit homo primus? Recipimus qdammodo. ⁊ nō recipimus: Nō enim immortalitatem spiritualis corporis recipimꝰ: quā nondū habuit homo: sed iusticiam. a qua ꝑ peccatū lapsus est homo. Renouabimur a vetustate peccati: non in corpus animale in quo fuit: sed in melius. i. spirituale. Renouamur mente secundū imaginē dei. que peccando est perdita. Renouabimur carne: cum hoc corruptibile ⁊ mortale induet incorruptionem ⁊ immortalitatem. in quā mutandus erat adā. nisi mortem corporis animalis peccando meruisset. Non ait apostolus. corpus mortale ꝓpter peccatū sed mortuum. Illud enī ante peccatum mortale ⁊ immortale: quia poterat mori ⁊ nō mori. Aliud est aūt non posse mori: aliud posse non mori. Quodam modo creatus est homo immortalis: qd erat ei de ligno vite. non de condicione nature. Mortalis erat condicione corporis animalis: Immortalis. beneficio conditoris. Non enī immortale qd mori omnino nō possit erit nisi spirituale. Ideo factū est per peccatū. nō mortale qd erat: sed mortuum. qd non fieret: nisi peccasset. animale est enim hoc corpus. sicut primi hominis. Sed iam deterius: habet enī necessitatem moriendi.

Aug. Stola ꝓma aut iusticia ē. de q̄ lapsus ē. vel si corpalē imortalitatē sig̃t hanc amisit. cū peccando ad eā ꝑuenire non potuit. Sic ergo adā corpus animale habuit: non modo ante paradisum. sed ⁊ in paradiso. quāuis in interiori homine fuerit spiritualis. qd amisit peccando. ⁊ meruit corporis mortem: qui non peccando mereretur in corpus spirituale mutationē.

Aug. Formauit ⁊c. Videndū est vtrum recapitulatio sit. vt dicatur quomodo homo factus sit: quē sexta die factum legimus? An tunc cū fecit oīa simul. ⁊ hominem ī his fecit: vt accessu tēporis etiā hoc modo fieret quo in hac perspicua forma vitam gerit: sicut fenum factum anteqꝫ exoriret. accedente tempore ⁊ fontis irrigatione exortum est: vt super terram esset.

hominē † de limo terre. †† Et inspirauit ‡ in faciem eius spiraculum

† quantū ad corpus.

†† i. spiritum contemplatiue virtutis dedit.

vita rationali animauit.

‡ totū quidē corpus animauit. sed hec pars sensibus ornata est ad intuēda supiora ꝑ q̄ rationali aīe naturaliter inditū ē. vt sapiat q̄ sursū sūt.

Aug. Secundum recapitulationem prius videamus: Forte factꝰ est homo die sexto. sicut ipse dies prius factus: sicut firmamentū. terra ⁊ mare que non sunt dicenda ante in primordijs iā facta latuisse: ⁊ post in hāc faciem qua mundus est instructus accessu temporum tanqꝫ exorta claruisse. Nec sidera in elementis prius facta ⁊ recōdita accessu temporis in has formas emicuisse: sed senario perfectionis creata simul oīa. cum factꝰ est dies. Sic forte sexta die hac visibili forma de limo factus est homo: sꝫ tunc non cōmemoratū est. qd nunc recapitulando insinuat. Sed hoc scripture congruere non videt. Scriptum est enī cum adhuc sexta diei opera narrarentur: Faciamus. h. a. i. ⁊. s. n. Iam ergo de limo homo factus erat: ⁊ mulier ex eiꝰ latere. non enī sexta die factus masculus: ⁊ post accessu temporis femina. Inquit enim. Masculū ⁊. f. c. e. Quomodo ergo iam in paradiso homine constituto (sicut sequit) facta est mulier? Sed forte hoc pretermissum scriptura recolit: Nam secundū hoc sexto die paradisus plantatꝰ est. vbi locatus homo. soporatus est: vt formaret eua. qua formata. euigilauit: nomenqꝫ imposuit. Verba vero hominis cū animantibꝫ vel cum mulieri nomen imposuit: vel cum dixit: ꝓpter hoc relinquet. h. p. ⁊. m. nō nisi temporali mora fieri potuerunt. Non ergo hec facta sunt. sicut creata sūt omnia simul. Aut igitur nō oīa opa sex dieꝝ simul. sed per moras temporum facta sunt. Aut si simul facta sunt. secundū illud. Qui viuit in eternum. creauit oīa simul: non est dubium ꝙ homo de limo terre formatus est: eiqꝫ formata vxor ex latere: non ad conditionem qua simul facta sunt oīa pertinere: sed ad eam que fit per tempora. qua deus nunc vsqꝫ opat. Qd his verbis innuit. plantauit deus paradisum in eden: ⁊ eiecit adhuc de terra omne lignū ⁊c. Cum enī dicit adhuc. apit. ꝙ aliter nunc eijcit: aliter tunc. cū forte tercio die ꝓduxit terra herbam virentem ⁊c. tunc. s. potentialiter ⁊ causaliter: sicut creantur oīa simul. nunc visibiliter temporis accessu. Nisi dicat. nō omne genus ligni tercio die factum: sed aliqd dilatū qd sexta die formaret cū factus est homo: ⁊ in paradiso positus. Sed frustra per singulos dies distincta sunt opa oīa. si remaneret permixtio vlla. Masculus ergo ⁊ femina aliter sexta die. aliter nunc creati: nec enī tūc ⁊ non postea. aut postea. ⁊ nō tunc: nec alij postea. sed ijdem ipsi aliter tūc aliter postea. s. visibiliter. non tamen de parentibꝫ. sed ille de limo. illa de costa. tunc autem inuisibiliter potentionaliter ⁊ causaliter: quomodo fiūt futura non facta.

Beda. Formauit ⁊c. Factura hominis. qui sexta die factus est. latius describit: ꝙ factus sit corpore. s. ⁊ anima. ⁊ corpus de limo. anima vero de nichilo deo inspirante creata est: ⁊ femina de latere dormientis. Sꝫ ne carnaliter putemus deū corporeis manibꝫ formasse corpus: vel faucibꝫ inspirasse animā vel vitam. Qd enī dictum est. Manus tue. d. f. ⁊. plas. me tropica locutio est. Spiritus enī est deus: nec liniamentis menbroꝝ compositus. Formauit ergo de limo hominē. i. verbo suo de limo fieri iussit. Inspirauit in faciem eius spi. vi. Substantiam. s. anime ⁊ spiritus in qua viueret. creauit:

Aug. Querit vtrū deus repente hominem in etate virili fecerit? an perficiendo ⁊ etates augendo. sicut nūc format in matris vtero? Sed quicqd horū fecerit. hoc fecit: qd deū omnipotentē ⁊ sapientem decuit. Ita enim tempoꝝ leges generibꝫ qualitatibusqꝫ reꝝ distribuit: vt voluntas sua super oīa sit. Potentia enī sua numeros creature dedit: non ipsam eis alligauit. nec expectati sūt dies. vt virga moysi verteret in draconem. Nec talia contra naturā fiunt. nisi nobis. quibꝫ aliter nature cursus innotuit. deo aūt est natura qd fecit. Sic adam in etate virili continuo factus est: quē tamē fecit secundū causalem rationem in qua prius factus est. alioqn enī eum in sex dieꝝ opibus nō fecerat. Neqꝫ enī contra dispositionē suā faceret: erat enī in prima causaꝝ conditione. sic hominē fieri posse: sed non ibi erat necesse. Hoc enī non erat in condicione creature: sed in beneplacito creatoris: cuiꝰ voluntas necessitas est. Nos aūt in rebꝫ temporaliter exortis. scimus quid cuiusqꝫ natura sit: qd experimento accipimus. sed vtrū futurū sit? ignoramus. In natura iuuenis est vt senescat: sed vtrum in dei voluntate sit? nescimus. hoc enim necessario futurū est: qd vult ⁊ prescit. Multa vero secundū inferiores causas futura sunt: sed in prescientia dei futura non sunt. Si autem ibi aliter sunt: potius futura sunt: sicut ibi sunt: vbi prescit. qui nō potest falli. Futura enī senectꝰ est in iuuene. Sed futura nō est: si ante moriturus est. Nam scdm quasdā iferiores futuroꝝ causas moriturꝰ erat ezechias: cui deꝰ addidit. xv. ānos. qd ante oīa se facturū esse ꝓsciebat. Nō ergo fecit qd futurum non erat. Hoc enim magis futuꝝ erat: qd presciebat. Secundū ergo inferiores causas iam finierat vitam. sed secundū dei voluntatem ⁊ prescientiam. qui ab eterno nouerat qd facturus erat: tunc finiturus erat quando finiuit. Etsi enī oranti concessum est: ⁊ iam orando merituꝝ ille presciebat: ⁊ ideo necessario futuꝝ erat.

Et inspirauit ⁊c. Aug. Sine dubitatione flauit vel sufflauit dicendū est. non ꝙ faucibꝫ sufflauerit. vel hominis animā de sua substantia formauerit vel creauerit: sed flauit. i. flatū hominis. s. animam fecit. Flare enī est flatum facere. flatum facere. est animā facere. Unde omnē flatum ego feci. Queritur aūt vtrū animā ex nichilo fecerit? an ex re que iam facta erat. sꝫ anima non erat? Si enī dicimus deū aliquid ex nichilo nō creare. postqꝫ oīa simul creauit: non credimus adhuc ex nichilo animas creare. Sꝫ si fuit materies vnde anima fieret. vel adhuc anime fiunt: quid est ipsa? qd nomen. quā speciē. quē vsum in rebus conditis tenet? viuit an non? Si viuit. quid agit? Quid in vniuersitate agit vel efficit. Beatam vitam gerit. an miserā. an neutrā? Uiuificat aliquid. an non? Si nulla vita erat quomodo erat future vite incorporea nec viua materia? aut falsū est: aut latet nimis. Si viuebat. nec beate. nec misere: quomodo rationalis erat? Si tunc rationalis facta est. cū ex illa materia natura humana anime facta est: irrationalis vita materia erat anime rationalis. i. humane. Quid ergo a pecoris anima distabat? Dicendū est ergo deū in illis primis operibus que simul oīa creauit: animā etiā humanam creasse: quā suo tempore corpori inspiraret. Qd enī dictum est ad imaginē suā. in anima: masculū ⁊ femina in corpore intelligit. Credatur ergo hominem ita factū sexta die. vt corporis humani ratio causalis in elementis mundi. anima vero iam ipsa crearetur. sicut prius creatus est dies: donec eam suo tempore formato corpori insereret. Sed si iam facta erat anima: vbi ei melius esset qꝫ ibi? Quare ergo innocenter viuens carni inserta est: in qua creatorē offenderet. ⁊ merito periret? Sed forsitan ad corpus regendū voluit inclinari: vbi ⁊ iuste ⁊ inique viuere posset. ⁊ qd elegit. hoc habuit. vel de iusticia premiū: vel de iniqtate suppliciū. Cur ergo nō credat ꝙ dei nutu ad corpus venerit: vbi si obedire vellet. vitam eternam acciperet: penam si contemneret.

Augu. Dicendum est animam non sic creatam: vt prescia esset opis futuri iusti vel iniusti. Non eñ credibile est eam sponte inclinari ad corporis vitam. si se ita sciret peccaturam: vt supplicio puniretur perpetuo. hāc creaturam qui sic vult esse: contradicit dei bonitati. Qui vero nō vult eā pro peccatis penam luere: inimicus est veritati.

Aug. Non sunt audiendi qui putant animā esse partem dei: Si eniz h esset: nec a se: nec ab alio decipi posset; nec ad malū faciendum vel patiendum compelli. nec in melius vel deteri⁹ immutari. Flatus autē quo hominē animauit. factus est a deo: nō de deo. Nec flat⁹ hominis pars ipsius est. quē facit nō de se ipso. sed aerio anhelitu assumpto ⁊ effuso. deus vero potuit de nichilo viuū ⁊ rationabilez facere: qđ nō potest homo. Quidā tñ estimant non tunc animatum hominem quādo deus insufflauit in eius faciez. ⁊ factus est in animam viuentem: sed spiritumsanctum accepisse. Animā vero ex nichilo factam dubitare fas non est.

† prius animalem. postea spiritualem.

vite. Et factus est homo † in aiam

† quasi vbi posuit eū deus.

viuentem. † Plantauerat aūt do

† locū amenitatis. † vitam beatam. † ortum deliciarū. hebraice eden. † ecclesiam. † De. remotis aquis a superficie terre

minus † paradisum voluptatis. a

† christo. † temporis. † hic apparet ꝙ prius ꝙ̄ celū ⁊ terrā faceret paradisum condiderat.

† datur intelligi nō ibi fuisse hominē cōditum qz deus prescie bat illū peccaturum. ⁊ inde pellēdum ad hāc terrā. vbi condidit eum.

† principio † in quo posuit hominē

quē formauerat. Produxitq̄ do

† disciplinas vtiles. vnde fructus sumitur: mores scilicet piorum.

minus de⁹ de humo † omē lignuz

pulchruz visu. ⁊ ad vescendū sua

† hec est sapientia mater omnium bonorum.

† sapientia que est in medio ordinata. ne vsurpet qđ nō est. vel deuciat qđ est.

ue † Lignū etiā vite i medio padisi

† quo tacto per experientiā scitur quid sit inter bonū qđ relinquitur: ⁊ malū qđ sequitur.

† hoc est transgressio mandati. † in experientia

† Lignumq̄ scientie boni ⁊ † mali.

Aug. Queri solet. vtrum si nelit incorporari. compellat? Sed melius traditur h naturaliter velle. i. sic creari ut velit: sicut naturale nobis est velle viuere. Male aūt viuere non nature. sed voluntatis peruerse. Si quis aūt nō vult eā existimare factam. nisi cū formato corpori est inspirata: qđ respondeat cū queritur vnde facta sit? aut ex nichilo dicet deum fecisse aliquid post illā consummationē operū. aut de iam existente factam: ⁊ laborabit querendo que illa natura sit? Qđ si vitare voluerit. dicendo sexta die de limo terre factum esse hominem: sed recapitulando postea memoratum videat. quid de muliere dicat? qz masculum ⁊ feminam fecit eos.

Aug. Sed forte anime sexta die facte. vbi imago dei relucet: vt postea corpora formarentur. sed h credere scriptura nō permittit. tum ꝓpter senariam perfectionē operū: tum qz sexus mas. ⁊ femineus in corpore tantum sūt Si quis secundū intellectū ⁊ rationē vtrūq̄ sexum in anima vna accipiendum putauerit: quid dicet de his que ad escam tempore illo data corporibus tantum congrua sunt. Si vero figurate acceperit: recedet a ꝓprietate geste rei: que preponenda est in huiusmodi.

Plantauerat aūt d. ⁊c. Bed. Ab illo principio plantauit paradisum: quo terrā omnē remotis aquis herbas ⁊ ligna ꝓducere iussit. In quo hominem sexta die formatū posuit: qui ⁊ si presentis ecclesie vel future patrie tipum tenet. Ad literā tñ intelligendū est esse locū amenissimum. fructuosis arboribꝫ magnū: ⁊ magno fonte fecundū. Qđ dicimus a principio: antiqua translatio dicit ad orientem. Vnde volunt in orientali parte esse paradisum. longo interiacente spacio. vel maris vel terre: a regionibus quas incolunt homines secretum. vnde nec aque diluuij illuc peruenerūt. Qualiter plantat⁹ sit? exponit dicēs. ꝓduxitq̄ dñs deus de humo omne lignū ⁊c. hoc eodem intelligit die factum: quo cuncta ligna fructifera deo iubente terra ꝓduxit. sed hic repetit: vt qualis sit locus paradisi noscatur. ⁊ qz de ligno vite ⁊ scientie boni ⁊ mali erat specialiter dicturus

Aug. Et plantauit. d. p. in eden ad orientem ⁊c. Tres generales sententie de paradiso sunt. Vna eorum qui corporaliter tantum intelligi volunt. Alia eoruz qui spiritualiter tantū. Tercia vero eoruz qui vtroq̄ modo paradisum accipiunt. Terciā michi placere fateor. vt homo factus ex limo. qđ corpus humanum est: in paradiso corporali locatus intelligatur quomodo adam. ⁊ si aliud significat. quia est forma futuri: in natura propria homo accipitur.

Aug. Plantauit aūt dominus paradisum in eden. i. in delicijs. Deinde hoc recapitulat: vt ostendat quomodo paradisum deus plantauit. Et eiecit deus de terra omne lignū ⁊c. Iam eñ tunc ꝓduxerat terra omē lignū: die. s. tercio. Sed cū ex his generibꝫ sint ligna instituta in paradiso produxit in manifesto ⁊ in tempore suo: que iam causaliter tercio die terra produxerat.

Stra. Quidam codices habent eden ad ortum. Ex quo possum⁹ conijcere paradisum in oriente situm. vbicūq̄ aūt sit. scimus eum terrenū esse: ⁊ interiecto oceano. ⁊ montibꝫ oppositis. remotissimū a nostro orbe. in alto situm. pertingētem vsq̄ ad lunarem circulū: Vnde aque diluuij illuc minime peruenerunt.

In quo posuit. Aug. Si quis putat animas corpore exutas locis corporalibꝫ contineri. cum sint sine corpore. nō deerunt qui faueant. ⁊ diuitem sitientem in loco corporali fuisse contendāt: ipsamq̄ animam omnino corpoream ꝓpter arentem linguā ⁊ stillam de lazari digito cupitam. Sz melius est dubitare de occultis. ꝙ̄ litigare de incertis. diuitez in supplicio pauperem in refrigerio esse non dubito. Sed quomodo intelligat flama inferni sinus abrae ⁊ huiusmodi; vix a mansuetis. a contentiosis nunq̄ inuenitur. Si autē corporalibꝫ locis continent anime etiā corporibꝫ exute: potuit latro ī paradisum induci. ubi fuit pri⁹ corpus primi hominis. Sapientia vero nō est corpus: ⁊ ideo nec lignū: sz potuit significari per lignū. Hoc quoq̄ addo quanq̄ corporalem. talem tñ cibum. illā arborem prestitisse: quo corp⁹ hominis stabili sanitate firmaret. non sic ex alio cibo. sed nonnulla inspiratione salubritatis occulta. Quāuis eñ vsitatus panis plus habuerit: cui⁹ vna collirida de⁹ hoīem a fame q̄draginta dieb⁹ liberauit.

Lignū etiā vite. Aug. De sapientia dicit. Lignū vite his est: qui apprehenderint eam. Sed est hierl'm eterna in celis: est ⁊ ciuitas illā significans condita in terris. Sara ⁊ agar sunt duo testamenta: due tñ mulieres erant. et cū xp̄s per ligni passionē aqua spirituali nos satiet: erat tñ petra que ligno percussa aquam prebuit. Aliud erat qđ significabatur. sed ipsa corporaliter erant. ⁊ quando narrata sunt. non erat figurata locutio: sed rerum expressa narratio. Erat ergo lignū vite. sicut petra xp̄s. nec sine misterijs spiritualiū rerum corporaliter presentatis. voluit hominem deus in paradiso viuere. Erat in ceteris lignis alimentum: in illo sacramentum. Ipse etiā christus ouis est que immolat in pascha: cum illud non tantuz dicendo. sed etiā faciendo figurabat. ouis eñ vere erat: occidebat. mādu cabatur. non sicut vitulus saginatus reuertenti filio occisus. ibi eñ narratio figurarū: non figurata significatio gestorū. Nō eñ hoc euangelista. sed dominus narrat: qđ narrauit euangelista. etiā factum est: dñm. s. talia dixisse. domini narratio parabola fuit. de qua nunq̄ exigit. vt ad literā monstretur. Christus est lapis a iacob vnctus. ⁊ reprobatus ab edificantibus Sed illud vere factum est: hoc in figura predictum. Sic sapientia. i. xp̄s lignū vite est in spirituali paradiso: quo misit de cruce latronem. h lignū vite est creatum in paradiso corporali. sicut dicit scriptura. que res suis temporibus gestas narrauit.

Beda. Lignū etiā vite ⁊c. In altero hominis signū obedientie. quā debebat. In altero sacramentū vite eterne; quā obediendo mereret. lignū vite dictum. qz diuinitus accepit. vt qui ex eo manducaret: corpus ei⁹ stabili sanitate firmaret. nec vlla infirmitate. vel etate in deterius vel in occasum laberetur.

Strabus. Lignuz vite hāc naturaliter virtutē habebat. vt qui ex eius fructu comederet: perpetua soliditate vestiretur. nulla infirmitate. vel anxietate. vel senij lassitudine. vel imbecillitate fatigandus.

Lignūq̄ scientie. b. et. m. Aug. Erat corporale. sicut alie arbores: nec cibo noxiuz. qui eñ fecit omia bona valde: nichil mali in paradiso statuit. Sed mala transgressio precepti. Oportebat aūt vt homo sub domino positus. ab aliquo prohiberet. vt esset merendi obedientia: que sola verissime virtus est rationali creature degenti sub potestate dei. sicut primū ⁊ maximum viciū tumoris. velle vti sua potestate. qđ est inobedientia. nō eñ erat. vnde homo se habere dominū cogitaret: nisi ei aliquid iuberetur. Arbor ergo non erat mala: sed scientie dicta noscendi bonum ⁊ malum. qz post prohibitionem erat in illa transgressio futura: qua homo experiendo disceret. quid esset inter obedientie bonū ⁊ inobedientie malum. nec de fructu qui nasceretur inde. positum est nomen: sed de ipsa re que transgressionem secuta est.

Mistice. Lignū scientie. b. ⁊. m. Anime medietas ⁊ ordinata integritas signatur. Qđ in medio paradisi plantatū. ⁊ scientie boni ⁊ mali dictū quia anima que debet in deum extendi. si deo deserto ad se conuersa fuerit. ⁊ potentia sua sine deo frui voluerit: pena sequente experiendo discit. q̇d sit inter bonum qđ deseruit. ⁊ malum quo cecidit. ⁊ hoc erit ei gustasse de ligno scientie boni ⁊ mali

Et fluuius egrediebatur. Bed. Ad irrigandū paradisum ligna.s. pulcra ⁊ fructuosa·que omnē illam regionē decorabant: sicut nilus plana egipti irrigat. Voluit em̄ deus in nostro orbe haberi similitudinem celestis patrie·ad quā possidendā creati sumus: vt ad redeundum vicino nos moneret exemplo. Cōstat aūt fluminū que de paradiso exire ferunt·in nostra terra notos esse fontes. Phison em̄ qui ⁊ ganges·in locis caucasi mōtis. Geon qui ⁊ nilus·non ꝓcul ab athlante: qui est fons africe ad occidentem. Tigris ⁊ eufrates ex armenia. Ferūt historici tigrin ⁊ eufratem ⁊ nilū plerisq̄ꝫ locis terre absumi: et paulopost emergētia solitū agere cursum.

Aug. Alia trāslatio Fons exit de eden·q̄ irrigat paradisuꝫ zc. Hec flumina gentibꝰ per quas fluūt notissima sūt: duobꝰ vetustas mutauit nomīa: Geon em̄ nilus nunc vocat. Phison ganges. Tigris ⁊ eufrates antiqua nomina seruauerūt. debemus hec prius ad litteraz accipe·nec figurataz tm̄ locutionē putare sed ⁊ res esse ⁊ aliqđ significare. Sꝫ aliorum fontes noti dicūtur: aliorꝫ omnino ignoti. Ideo non vidētur ad litteraz ex vno fonte diuidi: quia ⁊ locus ille paradisi remotus est a cognitione hoīm: q̄ in quattuor partes aquarum diuidunt. Sꝫ flumina quorꝫ fontes noti eē dicuntur·sub terras eunt·⁊ post longos tractus erumpunt: vbi tanq̄ꝫ suis fontibꝰ nota esse ꝓhibent. sicut sepe faciunt flumina. Exibat ergo fluuius de eden·i·de loco deliciarꝫ: ⁊ irrigabat ꝑadisū·ligna·s·pulcra ⁊ fructuosa.

Isi. Mistice. Fluuius de paradiso egrediens·affluentia est eterne iocunditatis. de qua dicit: torrente voluptatis tue·p·zc. Quattuor flumina quattuor principales virtutes. Phison·qui mutatio oris interpretat·est prudentia: que ad capacitatē auditorꝫ mutat verba sua. Unde omnibus om̄ia factus sum. hic circuit terram: que habet optimū aurꝫ·i·viuendi disciplinam a terrenis sordibꝰ decoctam. que nitescit in aurꝫ optimū·nec falsitate vincit·sicut carbunculus: nocte non obscurat. Habet quoq̄ꝫ speciez vite eterne·que virore prassij significat: ꝓpter virorē qui nō arescit. Geon interpretat hyatus terre·qui significat temperantiam: que illicitis moribꝰ resistit. qui ethiopiā circuit: q2 tetros mores ⁊ incentiua libidinis absorbendo consumit. Tigris a nimia velocitate fortitudinem significat·qui vadit contra assirios: q2 impigrē aduersus eos qui consilijs prudentie resistunt exercet actionē. assirij em̄ sepe ꝓ aduersarijs ponunt: q2 isrl'itas sepe expugnauerunt. Eufrates frugifer interpretat·nec contra quos vadat dicitur q2 iusticia ad om̄es anime partes pertinet. q2 ⁊ ordo ⁊ equitas anime est: qua sibi copulant prudentia·tēꝑantia·fortitudo. Justum est em̄ vt prudens sit anima: veritatem contemplando. temperans·concupiscentiā refrenando. fortis·aduersa tolerando.

Grego. Moraliter. Quattuor fluminibꝰ de paradiso egredientibꝰ terra irrogat. Solidum rationis nostre edificium prudentia·temperantia·fortitudo·iusticia continent. q2 his quattuor virtutibꝰ·tota boni opis structura consurgit. Quattuor flumina paradisum irrigant: q2 dū his quattuor virtutibꝰ cor infundit: ab om̄i desideriorꝫ carnaliū estu temperat.

Euilath. Regio indie que post diluuiū possessa est ab euila filio ethan filij heber patriarche hebreorꝫ.

Euilath. Interp̄tatur parturiens: quia aliquis loquens veritatem magis parturit q̄ꝫ pariat.

Plinius. Dicit regiones indie pre ceteris venis aureis abundare.

Bdelliū. Secundū pliniū arbor est aromatica·magnitudine oleagina cuiꝰ lacrima lucida·gustu amara·boni odoris: ꝟ odoratior infusione vini

Onix Est lapis preciosus·sic dictus: q2 ꝑmixtū habet candorem ad humani similitudinē vnguis. q2 vnguis grece dicit onix. Antiqua trāslatio habet carbunculū·⁊ prassiū. carbunculus est ignei coloris: ⁊ dicit illustrare tenebras noctis. Prassius est viridis. Unde grece a porro·qđ prason dicitur: nomen accepit.

† s. christus. ꝭ s. affluentia interne iocunditatis ꝭ s. paterno fonte.
Et † fluuius egrediebat ꝭ de loco
† s. verbo ⁊ baptismo. ꝭ s. ecclesiam.
voluptatis ad † irrigandū ꝭ paradi
† s. virtutes principales. s. euangelia.
sum. Qui inde diuiditur in † quat
† s. flumina. ꝭ s. mutatio oris·q2 viliore faciē habet apud nos q̄ꝫ in paradiso. s. qui ⁊ ganges s. hic significat prudentiam.
tuor † capita. Nomen vni ꝭ phison
Ipse est qui circuit omnem terrā
euilath: vbi nascitur aurum·⁊ au
rum terre illiꝰ optimum est. Ibi
q̄ꝫ inuenitur bdelliuꝫ·et lapis oni
chinus. Nomen fluuio secundo
s. hiatus terre·hic est nilus·qui significat temperantiam.
Geon: ipse est enim·qui circumit

Tulit ergo·d·d·zc. Aug. Hominem in paradiso positum iam dixit. Nunc recapitulat ad quid positus est: vt oparet zc. Nō est em̄ credibile q̄ deꝰ eū ante peccatū ad laborē damnauerit. sed videmꝰ quosdā ex voluptate agricolare: que tunc amplior erat·cū nichil aduersi accidebat de celo vel de terra. dederat aūt homini facultatē oꝑandi q̄ꝫtum volēdi satis esset: nō q̄ꝫtum indigentia cogeret. Gemina est enim ꝓuidētie opatio. Naturalis ⁊ voluntaria. Naturalis·per occultam dei administrationē. Voluntaria·per angelorꝫ vel hominum operatōꝫ. Secundū primā arbusta ⁊ animalia habēt cōcipi ⁊ nasci·celestia ⁊ terrena ordinari. Scd̄m illā fiūt que interiori ⁊ naturali motu gerūtur. Secundū alterā habēt hoīes docere·discere·agricolare·et hmōi. In humano quoq̄ꝫ corꝑe natural' opatio agit·secundū quā ⁊ humanū corpꝰ naturaliter fit·crescit senescit. Per voluntariā vero curat. Anima quoq̄ꝫ naturaliter viuit·sentit. Voluntarie discit·ꝯsentit. Deꝰ aūt om̄s creaturas bonas creat om̄s voluntates iustas ordinat. Credibile est ergo hoīem in ꝑadiso positū: ut operaret nō laboriose·ꝟ deliciose. ⁊ mentē prudētis magna ⁊ vtilia cōmoneret. Et custodiret·ꝟ est forte·vt qđ faceret ī terra ꝑ agriculturā: custodiret in se ꝑ disciplinā·vt sicut ager obtꝑaret colēti: ita ipse deo ꝓcipienti. vt·s·sūpto ꝓcepto obediētie: fructū·nō spinas inobediētie redderꝫ Sꝫ q2 ꝟ noluit·similē sibi agrꝫ dānatꝰ accepit: q̇·s·spinas ⁊ tribulos r̄ddidit. Vl' custodirꝫ paradisū: ne cōmitteret vnde expelli deberet. Vn̄ accepit ⁊ ꝓceptum·quo custodito·i·quo seruato nō perderet. Rem em̄ suā nō custodisse dicit: qui sic agit vt perdat·⁊ si alijs sit salua. Sꝫ ꝓcipue dicendū est·vt ipsum hominē oꝑaretur deus ⁊ custodiret: operatur homo terram: non vt faciat eā esse terram·sed cultam ⁊ fructuosam. et deus hominem quem creauit vt esset homo·operatur vt iustꝰ sit: si ab illo per superbiam non discesserit. Initium enim superbie hominis est apostatare a deo.

Grego. In morꝫ·li·xviij. Tulit ergo·d·d·h·⁊·p·e·i·p·zc. Pensandum est quia bona prodesse nequeunt: si mala nō cauentur·que surrepūt. Perit enim omne quod agitur: nisi sollicite in humilitate custodiatur. Unde vt operaretur ⁊·c·zc. Operatur enim·qui agit bonum qđ precipitur·ꝟ quod operatur non custodit: cum hoc surrepit quod prohibetur. Unde oportet semper bona agere·⁊ nos ab ipsis bonis operibus caute in cogitatione custodire·ne si mentem eleuent·bona non sint: que non auctori militant·sed elationi. De libris quoq̄ꝫ non canonicis·sed ad edificationem editis testimonium proferimus. eleazar in prelio elephantum feriens strauit: sub ipso vero occubuit. Sunt enim qui uicia superant: sed sub ipsis superbiendo succumbunt.

Hie. Et sumpsit dominus deus·h·⁊·p·zc. Pro voluptate in hebreo habetur eden. Ipsi ergo·lxx·nunc eden interpretati sunt voluptatem. Simachus vero·qui paradisum florentem ante transtulerat: hic amenitātez vel delicias posuit.

Et posuit·e·zc. Isid. Mistice. Ex eo qđ additum est·⁊ custodiret: innuitur qualis operatio esset. quia in tranquillitate beate vite vbi mors non est: omnis operatio est custodire qđ tenes. Datū est preceptum: ut de omni ligno paradisi sumerēt sed non de ligno scientie boni ⁊ mali·id est·non sic eo frueretur: vt integritatē nature sue vsurpādo vetitū violaret.

Precepitq̄ꝫ ei·zc. Aug. A ligno prohibitus est·qđ malū nō erat·vt ipsa precepti conseruatio bonum illi esset: transgressio malum. nec melius considerat: q̄ꝫtum malū sit inobedientia·cum ideo reus factus sit homo quia prohibitus rem tetigit: quā si nō prohibitus tetigisset: non peccasset.

s. tetros mores·s·⁊ incentiua libidinis.
terram ethiopie. Nomen fluuio
† s. nimia velocitate·hic est fortitudo. ꝭ s. constantia contra aduersarios prudentie.
tercio † tigris·ipse vadit ꝭ ꝯtra assi
rios. Fluuiꝰ aūt quartus·ipse est
† s. frugifer·q2 terrā facit fructiferam. s. frugifer·nec dicitur quā terrā circūeat. q2 in vicino irrigat terraꝫ promissionis. et facile a populo qui hec lecturus erat cognosci poterat.
ꝭ s. assumpsit carnem.
† eufrates. ꝭ Tulit ergo dominus
deus hominem·⁊ posuit eū in pa
† s. vt ex omnibus gentibus ecclesiam impleret. s. homo ex voluptate paradisum·vel deus hominem faciendo iustum.
radiso voluptatis: † vt operaret ⁊
s. homo paradisū ne amitteret. vnde quos dedisti michi custodiui.
custodirꝫ illū. Precepitq̄ꝫ ei dicēs
s·i·omni virtute ad beate viuendū vtere.
Ex omni ligno paradisi comede·

Si enim venenosam herbam ꝓhibitus tetigeris· pena sequit᷑: ⁊ si nemo ꝓhibuisset· similiter sequeret᷑. Si vero ꝓhibetur res tangi· que non tangẽti· sed ꝓhibenti obest: sicut aliena pecunia. Ideo ꝓhibitio est peccatũ: q꞉ prohibenti est damnosum. Sʒ cũ tangit᷑· qd nec tangenti obest si nõ ꝓhibet᷑: nec cuilibet si tangat᷑: quare ꝓhibet᷑: nisi vt p se bonum obedientie· ⁊ malũ inobedientie monstret᷑. A peccante aũt tm̃ appetitũ est: nõ esse sub dominatione dei: quãdo admissum est a quo debebat sola iussio dominantis dehortari. vt dei volũtas humane ꝑponeretur: dñs iubet: qd iubet seru9 faciat. Magna est vtilitas homini q dẽo seruit: qui iubendo vtile facit. Grandi ruine patet volũtas ꝓpria: si dei voluntati se extollendo preponat. hoc expertus homo· didicit qd sit inter bonũ obediẽtie: ⁊ malum inobedientie.

† quasi medietatem qua deo subes· ⁊ creature prees· ne corrumpas. ¦ proprii arbitrii qd in medio positum est ad cognoscendũ bonũ ⁊ ma· de quo qui relicta dei gratia gustauerit morte morietur priuatus vita beata.

†De ligno aũt ¦ sciẽtie boni ⁊ mali ne comedas. In quocũq3 die co-

† Simachus melius mortalis eris. priuatus beata vita.

mederis ex eo morte morieris.

Aug. Queritur si viro soli· vel etiam femine ꝑcepit h. Scriptum est: Precepit dominus ade dicens: Nõ dicitur ꝑcepit eis. Et subditur: Ex omni ligno paradisi comede· nõ comedite· de ligno aũt scientie boni ⁊· m· ne comedas: nõ dixit ne comedatis. Postea pluraliter alloquit᷑: In quacunq3 die· c· ex eo· m· m· forte q꞉ facturus erat mulierẽ: sic precepit· vt p virum ad mulierẽ pueniret. Vñ apl's. Si quid discere voluerint: domi viros suos interrogent.

Precepitq3 ei dicẽs Ex omni ⁊c· Si querit᷑ quomodo ista locutus sit: nõ ꝓprie a nobis potest comprehendi. Certũ est em̃ aut p suã substãtiam loqui: aut p creaturã subditã sibi. Sʒ p suã substantiã nõ loquitur nisi ad creandas oĩs creaturas· ⁊ ad spirituales illuminãdas. cũ iam possunt cape locutionẽ que est in verbo dei. His autẽ qui capere nõ possunt: p creaturã loquit᷑· aut p spiritualẽ sicut in extasi· vl' in somnis· similitudĩe corporaliũ rex. aut etiã p corporalẽ: dum sensib9 corporis apparet aliqua specie vel insonante voce. Si ergo adaʒ poterat capere locutionẽ dei· quã p substantiã suã ꝑbet angelis: mentem eius ad horã mouit miro modo et ineffabili. Si aũt adhuc necessaria erat sãctioris creature auctoritas· qua cognosceret iussionẽ dei: sicut nobis ꝓphete ⁊ angeli. Locutus est ei deus p aliquã creaturã vocib9 quas intelligeret. Postea vero audierũt voceʒ dei in paradiso deambulantis: non p ipsam substantiam: sed per subditam sibi creaturam.

Aug. Querit᷑ quomodo loqui potuerũt· vel loquentẽ intelligere· qui nõ didicerãt inter loquentes crescendo· vel magisterio: Sed eos deus tales fecerat· qui possent loqui ⁊ discere ab alijs.

Aug. De xp̃o dicit᷑. Priusq3 sciat puer bonũ aut malũ· contemnet maliciaʒ· vt eligat bonũ: quomodo qd nescit· aut ꝯtemnit: aut eligit: hec duo aliter sciunt᷑ p prudentiã boni· aliter p experientiã mali. per prudentiã boni malũ scitur ⁊ nõ sentitur. tenet em̃ bonũ ne sentiat᷑ malũ. Per expientiam mali scitur bonũ: quid em̃ amiserit· sentit: cui amisso bono male fuerit. Puer ergo anteq3 sciret p experientiã bonũ quo careret· aut malũ· qd bono amisso sentiret· contempsit malũ: vt diligeret bonum· i· noluit amittere qd habebat: ne sentiret amittendo· qd amittere nõ debebat.

De ligno· a· s· b· et· m· Aug. Lignũ ex eo qd secutũ est nomẽ accepit. Malũ em̃ nisi expimento nõ sentirem9: q꞉ nullũ esset nisi fecissem9. q꞉ malum natura nõ est: sed amissio boni sic vocata est. Si aũt obediẽtes essent nec contra ꝑceptũ peccassent: lignũ tñ scientie· b· ⁊· m· diceret᷑. q꞉ h accideret: si vsurparet᷑. Sʒ inquiunt quomodo intelligeret homo lignũ esse sciẽtie boni ⁊· m· qui vsum mali nesciebat omnino. Sed ex contrarijs contraria noscuntur: vt ex plenitudine· inanitas. ⁊ auditũ ex silentio iudicamus sic ex vita que inerat· potuit cognosci priuatio vite· que mors modo vocatur. Vita aũt dulcis erat: quã amittere deuitabãt. nec peccatũ psuaderet᷑ nisi q ex illo nõ essent morituri pri9 diceret᷑· i· qd amabãt nõ amissuri.

In quocũq3 enim· d· ⁊c. Non ait si comederis mortalis eris: sed morte morieris. Mortuus est em̃ homo in anima· cum peccauit. q꞉ recessit ab illo deus· qui est vita anime. quã secuta est mors corporis· discedente ab illo anima que est vita corporis. que ade euenit· cũ presentẽ vitam finiuit. Potest ita intelligi· q qñ peccauerũt: statim morte illa puniti sunt· de qua dicit᷑: Infelix ego homo. quis me liberabit de corpore mortis hui9? et alibi· corpus mortuũ est ꝓpter peccatũ· non ait mortale· sed mortuũ. q̃uis mortale: q꞉ moritux. non credendum est ante peccatũ ita fuisse illa corpora sed licet animalia nondũ spiritualia: nõ tñ mortua· que scilicet necesse esset mori. qd in die ꝑuaricationis factũ est.

Morte· m· Duplex mors significat᷑. Anime· deo discedente· qui est eius vita. Vel corporis quã in fine vite accepit. Sed statim necessitatem moriendi incurrit.

Dixit quoq3· d· d· ⁊c. Aug. Vel forte in mente ipsi9 hoĩs dixit· sicut loquitur quibusdaʒ sanctis in ipsis. vñ audiam quid loquatur in me· d· d· aut aliq̃ ipsi homini p angelũ fc̃a est reuelatio. aut in sõnis. aut in extasi. aut aliter sicut ꝓphis. Vel p corpalem creaturã vox sonuit: sic de nube· hic est filius me9 dilectus. Sed si modũ nescimus: deũ tñ dixisse nõ dubitamus. Si auteʒ voce corpali· vel tpaliter expressa similitudine corporis dixit: nõ per substãtiã suã· sʒ p sb ditã creaturã. Sicut visus est albo capite sicut lana· ⁊ inferius sicut auricalcum. Intelligam9 ergo quid dixerit: quia adiutorium homini simile fuisse faciendũ eterna veritas habet· ⁊ in illa audit qui potest cognoscere: quid quare creatuʒ sit. Erat aũt faciendũ adiutoriũ ꝓpter filios creandos. sicut adiutorium semini· terra est: vt virgultũ ex vtroq3 nascat᷑. Vnde crescite ⁊ multiplicamini ⁊· r· t· ⁊c. Hec ratio ꝯiunctionis nec post peccatũ penãq3 defecit. secundũ quã terra hominib9 plena est. Emissi quidem de paradiso ꝯuenerunt ⁊ genuerunt. Sed potuerunt in paradiso eis esse nuptie honorabiles ⁊ thorus immaculatus sine ardore libidinis· sine labore pariendi. non vt morientib9 patrib9 succederẽt filij: h in aliquo forme statu manentib9· ⁊ de ligno vite vigorẽ sumentib9· ⁊ filij ad eundẽ producerent᷑ statũ: donec impleto numero sine morte animalia corpa in aliã qualitatẽ transirẽt. in qua oĩno regenti spiritui deseruirẽt: ⁊ solo spiritu viuificante· sine corporeis alimẽtis viuerẽt. Cur ergo nõ coierũt in paradiso: q꞉ muliere creata: mox transgressio facta est: ⁊ eiecti sunt de paradiso. Quantũ em̃ fuerit inter eos factos ⁊ natũ cayn: scriptura nõ exprimit. Vl' q꞉ deus nondum iusserat vt coirent. ⁊ poterat diuina expectari autoritas: vbi ꝯcupiscentia nõ angebat. De9 aũt non iusserat: q꞉ casũ eox ꝑsciebat. vnde ergo humanuʒ mortale ꝓpagandũ erat. Si aũt parẽtes filijs cedere oportebat: vt p successiones certus numer9 expleret᷑. potuerũt genitis filijs: pfectaq3 hũani officij iusticia· ad meliora trãsferri. nõ p mortẽ· sed per aliquã mutationẽ. aut p illã summã: qua receptis corporib9 fierent sancti· sicut angeli in celis. aut p aliquã inferiorẽ: q̃ haberẽt meliorẽ statũ q3 habet h corp9. Vel q̃ pri9 facta sũt· viri ex limo terre· mulieris ex viri carne. Nõ em̃ putandũ est· heliã esse sicut sancti erũt accepta retributione. Vel sicut homines· qui adhuc viuũt. Si quis aũt putat· q helias hoc mereri nõ possit: si vxorẽ duxisset· ⁊ filios ꝓcreasset. Credit᷑ em̃ nõ habuisse: quia scriptura nõ dixit. q̃uis ⁊ de celibatu nõ dixerit aliq̃d. Enoch genitis filijs deo placens· nõ mortu9: sed translatus est. Similiter adam ⁊ eua trãsferri possent. Nã si enoch ⁊ helias in adam mortui· ⁊ gestantes in carne ꝓpaginem mortis· vnde credunt᷑ ad hanc vitã vt moriant᷑ redituri· nũc tñ in alia vita sunt· vbi ante resurrectionẽ carnis· anteq3 corp9 animale fiat spirituale: nec morbo· nec senectute deficient. q̃to magis primis hominibus daretur· si non peccassent: vt in meliorẽ statũ filijs genitis cederẽt. vnde finito seculo cũ oĩ posteritate in angelicã formã· non p mortẽ sed per dei virtutem mutarent᷑: facta est ergo mulier generandi causa: que nõ est subtrahenda. Apud deũ em̃ excellit virginitas. q꞉ cũ ad implendũ numerum sanctox largissima suppetat copia: libido sibi nõ vendicat· qd iam suscipiende prolis necessitudo nõ postulat. Infirmitas quoq3 prona in ruinam turpitudinis: excipitur honestate nuptiali. ⁊ qd sanis est officiũ: egrotis est remediũ Incontinentia quidẽ malũ est: sed nõ ideo cõnubiũ nõ bonum: quo incontinentes copulantur. nec ꝓpter illud malũ culpabile est h bonum: sed ꝓpter hoc bonum veniale illud malũ. Bonum em̃ nuptiaruʒ nõ potest esse peccatũ· hoc est fides· ꝓles· sacramentũ. Fides· ne ꝓpter vinculũ coniugale cũ altero vl' altera coeatur Proles· ut amãter suscipiatur nutriatur: religiose educetur. Sacramẽtum· vt coniugiũ nõ sepetur: ⁊ dimissus vel dimissa nec causa prolis alteri coniũgatur. Hec est regula nuptiarum· qua nature fecunditas decoratur: incõtinentie prauitas regitur.

§ Augus. forte temporalibus vocibus. vl' ratio ipsa memorata est· que in verbo dei principaliter erat.

Dixit quoq3 domin9 de9: Nõ est bonum esse hominem solum. Faciamus ei adiutorium simile sibi.

§ q꞉ in homine suscepto ecclesia copulata ẽ deo § feminã ad procreandos filios.

Aug. Qui sentiunt ad gignendos filios in paradiso misceri nõ licere forte putant omne cõnubium peccatũ esse. qd qui nõ faciunt· sed fecunditatem carnis ꝓpter successionem mortalitatis diuinitus datam sentiunt: primos homines concũbere potuisse non consentiunt nisi post peccatum.

Sed si recte possunt queri successores morituris: rectius querunt socij victuris. Illi aūt animales quidem·sed nō morituri·nisi peccassent: accepturi angelicam formam·celestemqꝫ qualitatē. vbi peccauerunt: mox mēbris eoꝝ egritudo letalis concepta est. ⁊ si eñ nondum spirituale·sed animale corpus erat: nondū huius mortis erat·de qua ⁊ cum qua nati sumus. Cur ergo non credamus illos ante peccatum genitalibus menbris ad procreationem impare potuisse sicut ceteris·que in quolibet ope anima sine molestia ulla ⁊ pruritu voluptatis habet? Cur etiā incredibile videatur deū fecisse talia corpora·vt si nō peccassent·illis menbris sicut pedibꝫ imparēt: nec cū ardore seminarent·vel cū dolore parerent? Sed post peccatū motū legis illius q̄ repugnat legi mentis·meruerunt: quam nuptie ordinant: continentia prohibet: vt sicut de peccato factū est supplicium: sic de supplicio fiat meritum

Formatis igitur dominus deus de humo cūctis animantibꝰ terre et vniuersis volatilibꝰ celi: adduxit ea ad adā vt videret quid vocaret ea. Omne enim qd vocauit adam anime viuentis ipsum est nomen eius. † Appellauitqꝫ adam nominibus suis cuncta animātia ⁊ vniuersa volatilia celi ⁊ omnes bestias terre. Ade vero nō † inueniebatur adiutor similis eius. Immisit ergo dominus † deꝰ † soporē

[Interlinear: Augu. nutu quo condidit·vel per angelos·vt sic intelligerent dominum suum. — hebrea ligua q̄ sola fuit ante ꝯfusionē turris — inter omnia animantia sibi adducta. — Apl's·dei adiutores sumus·hi nō inueniebantur ante christi dormitionem. — pater. — per mortem crucis.]

Factam ergo viro feminam ex viro: in eo sexu·in ea forma·⁊ ea distinctione menbroꝝ qua femine note sunt: que peperit cayn ⁊ abel. qui dubitat cogit omia mutare que credimus. Quid autem iustius: hac pena qꝫ vt non ad omnez nutū seruiat corpus quasi famulus anime: sicut domino noluit ipsa seruire? Siue vtrūqꝫ ex parentibꝫ fiat corpus ex corpore·anima ex anima: siue alio modo fiat anima.

Adduxit ea ⁊c. Non sicut venatores vel aucupes·nec iussionis vox de nube facta est·quā rationales anime intelligere solent. hanc eñ naturaliter non intelligunt bestie vel aues: sed per ministeria angeloꝝ·qui capiūt in verbo eius·quid quando fieri debeat. Omnis eñ anima etiā irrationalis mouetur iussis. Sed rationalis voluntatis arbitrio consentit: vel nō. Irrationalis que hoc non habet pro suo genere iussu tacta ꝓpellitur. Cū aūt iussa per angelos ministrantur: peruenit iussio dei nō solū ad homines pecudes·aues·sed etiā ad pisces. sicut ad cetum qui glutiuit ionam. nec solum ad ista maiora: sed etiā ad vermiculū. De piscibꝫ nō dicit ꝙ eis adā imposuit nomina: sed credibile est paulatim cognitis pro diuersitate gentium imposita esse. Notandū aūt ꝙ nō dixit·Formatis volatilibꝫ de aquis sed de terra·secundū vniuersalē appellatōez terre·qua dicit: Deus qui fecit celum ⁊ terram ⁊c secundū quā: quecūqꝫ siue de arida siue de aquis creata sunt·de terra esse creata intelligunt.

Hie. Videtur primā linguā humano generi fuisse hebream·qꝛ nomina que vsqꝫ ad diuisionē linguaꝝ in geñ·legimꝰ ꝯstat esse illius.

Appellauitqꝫ ⁊c. Aug. Mistice. Significans gentes que salue fierēt in ecclesia p christum: nomē christi accepturas qd prius nō habebant. vnde: Vocabo seruos meos nomine alio.

Adam vero nō·i·a·⁊c. Aug. Videndū est quō facta sit mulieris formatio·que mistice dicit edificatio. Angeli nullam possunt creare naturaz ergo nec formare costam in mulierem·nec carnis supplementū in loco coste non ꝙ nichil agāt vt aliquid creetur: sed nō ideo creatores·sicut nec agricole segetum aut arboruz. Solus eñ deus·i·trinitas est creator. Facta est ergo femina a deo·etiā si costa ministrata sit p angelos: sicut vir factus ex femina nullo concubitu: cum semen abrae dispositum est p angelos in manu mediatoris. Sꝫ queritur an ratio quā primis opibus deus concreauit id haberet·vt secundū ipsam ex viri latere feminam fieri necesse esset: an hoc tantum vt fieri posset. Vt aūt ita fieri necesse esset: non ibi iam conditum·sed in deo absconditum erat. omnis nature iustissimus cursus habet naturales leges·secundum quas ⁊ spiritus vite qui creatus est·habet appetitus suos qdammodo terminatos: quos etiā voluntas mala non possit excedere. ⁊ elementa mundi corporei diffinitam vim qualitatēqꝫ suam·qd qdqꝫ valeat·vel nō. quid de quo fieri·vel nō. Super hunc naturalem cursum creator habet apud se·posse de omibus facere aliud qꝫ eoꝝ naturalis ratō habet. vt virga·s·arida repente floreat: fructum gignat. ⁊ in iuuentute sterilis femina in senectute pariat. vt asina loquatur·⁊ huiusmodi. dedit autem naturis deus·vt etiā ex his hec fieri possent: non vt in naturali motu haberent. Habet aūt in se absconditas quorundā futuroꝝ vel factorum causas·quas rebꝫ conditis nō inseruit: easqꝫ implet·nō opere prouidentie quo nature subsistunt vt sint: sꝫ quo illas administrat vt voluit: quas vt voluit condidit. Omnia ergo que ad gratiaz significandam·nō naturali motu rerum·sed mirabiliter facta sunt: eoꝝ abscondite cause in deo fuerūt. Quoꝝ vnū erat: ꝙ mulier facta est de latere viri dormientis·que p ipsuz firma facta: qꝛ ex osse eius. Ille ꝓpter ipsam infirmus: quia non costa·sed caro suppleta. Non habuit prima reꝝ conditio·quādo sexta die dictū est masculū ⁊ fe·c·e·vt femina sic fieret. sed vt fieri posset: ne contra causas q̄s deus voluntarie instituit: mutabili voluntate aliquid faceret. Extasis ergo recte intelligitur ad hoc immissa: vt mens ade particeps angelice curie ⁊ intrans sanctuariū dei nouissima intelligeret. Vñ euigilans ꝓphetico spiritu eructauit: Hoc nunc os ex ossibꝫ·m·⁊·ca·d·c·m·que verba cū ade scriptura fuisse dicat xp̄s in euāgelio deū dixisse declarat: ut intelligamus p illā extasim adam diuinitꝰ hec dixisse.

Ade nō inue·a. Nullus fidelis iustꝰ christo equari potest Speciosus enim forma pre·f·ho· Nemo eñ poterat genus humanū liberare: nisi ipse. Vnde nemo inuentꝰ est dignus aperire li·⁊ sol·sig·e·⁊c.

Mistice. Ade vero ⁊c. Facta est mulier in adiutorium viri. qꝛ adhuc erat qd fieret·vt nō solum anima corpori dominaret. sed etiaz virilis ratio subiugaret sibi animalē partem suā·per qd adiutorium impat corpori. Ad huiꝰ exemplū femina facta: quā ratio viro subiugauit·vt qd in duobus planiꝰ apparet·i·in masculo ⁊ femina·in vno consideretur: vt appetitum anime p quē de menbris corporeis operamur: mens subiugatum habeat·i·iuste regat adiutorem suum. Demonstratur etiā homini quāto melior sit pecoribꝫ·que adducta nominatim distinguit: ⁊ iudicio rationis discernit. Sed hic intellectꝰ facilis. Ille vero difficilior quo intelligit aliud esse rationale qd regit: aliud animale·qd regitur. In quo datū est ei irrationales motꝰ discernere: ⁊ dominio rōis cooperāte gratia subiugare.

Immisit·d·⁊c. Isi. Misti. Nō possūt hec corporeis oculis videri. Sꝫ qᵗo quis a visibilibꝫ ad secreta intelligentie quasi obdormiēdo secesserit: melius ⁊ sincerius videt. Ipsa ergo cognitio qua cognoscit aliud esse rationē que imperet·aliud animalitatem que obtemperet: quasi effectio mulieris est de costa viri propter coniunctionē significandā. Vt huic parti quisqꝫ dominet·⁊ fiat q̄i ꝯiugalis in se ipso·pfecta sapiētia indiget: cuiꝰ contemplatio secreta est·⁊ a sensu corpis remota·que p soporē intelligitur Tunc eñ ordinatissime caput mulieris est vir: cuz viri caput christus est. In loco coste carnem posuit·non vt caro carnalem concupiscentiā significet·sed affectum dilectionis: qua quisqꝫ animā suam diligit. ⁊ non est durus vt eam contemnat·qd diligit quisqꝫ cui preest. Vocauit ergo adam vxorem suam: tanqꝫ potior inferiorem. et dixit: hoc nūc os ex ossibus meis ⁊c. Os de ossibus·propter fortitudinem. et caro de carne·propter temperantiam. He due virtutes ad inferiorem animi partez pertinent: quā prudentia rationalis regit. Vnde hec pars anime virago dicta·tanqꝫ a viro deriuata. Qd aūt sequit·propter hoc relinquet homo patrē ⁊ matrē ⁊c. prophetia est·ad sacramentū christi ⁊ ecclesie referenda.

Augu. Qui putant animam ex anima·sicut carnem ex carne fieri: dicunt deum vnam fecisse animam sufflando in faciem viri: vt ex illa cetere crearentur. qm̄ primo adam formatus est·deinde eua. Et vnde corpus et animam ille habuit: dictū est. sed non de illa ꝙ flatu dei sit animata: tāqꝫ de viro vtrūqꝫ ductū sit·qui iam fuerat animatus. Sed si propterea putant animam mulieris ex anima viri·quia scriptum nō est·ꝙ eam deꝰ sufflando animauerit: cur ex viro animatam credunt: cum ⁊ hoc scriptū non sit? Si vero deus omnes animas sicut primam fecit: ideo de alijs scriptura tacuit: quia qd in vna factū est: de ceteris intelligi posset. Naz si aliud fiebat in femina qꝫ in viro: vt ex carne animata anima duceretur. nō sicut viri: aliunde corpus: aliunde anima. qd aliter fiebat: scriptura tacere non debuit: ne ita factum putaremus·sicut iam didiceramus. qꝛ ergo nō dixit ex anima viri factam animam mulieris: innuit nichil aliud putandum qꝫ de viro fuerat dictum.

Aug. Si queratur vnde accepit animam xp̄s: mallem audire meliores ⁊ doctiores. tamen pro meo captu libentius respondeo nō de adam qꝫ de adam. Si vero non secundum animam·sed tm̄ secundū carnem dicimus leui fuisse in abraam: ibi erat christus: qui secundum carnem ex abraam. et

ipse ergo decimatus est. que est ergo differẽtia sacerdotij christi ⁊ leuitici: Qr leui decimatus est a melchisedech: Nisi qr necesse est aliquo modo nõ fuisse ibi xp̃m. Nam secundũ carnez ibi fuit: secundũ animã non fuit. Non est ergo anima xp̃i de traduce preuaricationis. Sed dicendum est. q̃uis nullius anima sit in lumbis patris secundũ carnez: tamen in lumbis abrae decimatũ leui: christum nõ decimatũ. qr secundũ rationẽ seminalez ibi fuit leui. qua ratione per concubitum venturus erat in matrem: secundum quã nõ erat ibi christi caro. quãuis secundum ipsam fuerit marie caro. leui eñ de carne concupiscentia nascit᷑. christus secundum carnalem solam substantiaz. In abraaz decimabatur qd curabatur. non illud vnde curabatur. Sed si dicitur. sic potuit esse secundũ carnem. ⁊ non decimari ita secundum animã. Respõdetur. Si potuit de aĩma fieri qd de carne dictum est: ita est de traduce aĩa christi. vt labem preuaricationis nõ contraxit. Si autez sine reatu non posset inde esse: non inde est. Cetere aũt anime vtruz de parentibus. an de super sint: vincãt qui poterunt. ego adhuc inter utrosq̃ moueor aliquando sic. aliqñ autem sic. At omnia paria vel pene paria ex utroq̃ latere munimenta rationum pronunciarem: nisi sententia eorum qui animas ex patribus creari putant: de baptismo paruulorũ preponderaret. de quib⁹ quid responderi possit: nondum michi occurrit.

† christũ scilicet. ¦ causa mysterij nõ de terra plasmatur mulier sicut vir.
in † adam. Tunc ¦ obdormisset tu
† ecclesia in christo est fortis. ¦ qr christus pro ecclesia infirmus. Ali. posuit carnez pro ea. s. christus moriendo pro ecclesia.
lit vnã de † costis eius: ⁊ ¦ repleuit
† ecclesia templũ dei est p̃ sacramẽta de eius
carnem pro ea. † Et edificauit dñs
latere exeuntia generata.
deus costam quã tulerat de adaz
† per fidem. ¦ ecclesia.
in mulierem: ⁊ † adduxit ¦ eam ad
† christum. ¦ Quia in ceteris adiutoriũ simile sibi nõ inuenit. ⁊ qr nõ ex sua substantia. s; ex aquis ⁊ terra eẽ nouerat ¦ qr ecclesia corpus
† adam. dixitq̃ adaz: ¦ Hoc nunc
xp̃i est. secundũ aplm. ex carne eius cõstans. i. ex infirmis. et ex ossibus. i. fortibus menbris
† in extasi. prophetie spiritu intellexit costam sibi esse subductam: ⁊ mulierem formatam.
os ex ossib⁹ meis: † ⁊ caro de carne mea. hec † vocabitur virago. qr
† Similiter in hebreo congruit. qr ab is qd est vir. issa. i. femina dicitur. Theodocio aliã ethimologiam suspicatus est dicẽs: ⁊ hec vocabitur assumptio: qr ex viro sumpta est. issa enim secundũ varietatem accentus etiã assumptõez sonat.
† christi latere ¦ sicut a christo christianũ nomen datũ est ecclesie.
de † viro sumpta est. Quãobrem

Moraliter. Greg. in mor. lxxx. Immisit. do. d so. ⁊c. Culmẽ contemplationis non attingimus: si non ab exterioris cure oppressione cessemus. nec nos ipsos intuemur. vt sciamus in nobis aliud esse rationale qd regit: aliud animale qd regitur: nisi ad secretum silentij recurrentes. ab exteriori perturbatione sopiamur. Qd bene adam dormiens figurauit: de cuius mox latere mulier processit. Qui enim ad interiora intelligenda rapitur: a rebus visibilibus oculos claudit. ⁊ tunc intelligit in se ipso aliud esse qd regere debeat: tanq̃ vir. aliud qd regatur: tanq̃ femina.

Et edificauit ⁊c. propter hoc relinquet. h. ⁊c. Isid. Mistice Qd per historiam completum est in adam. per prophetiam significat christum. qui reliquit patrem. id est. non sic apparuit hominib⁹. sicut apud patrem Et matrẽ. id est. sinagoge carnalem obseruantiam: de qua natus est secundum carnem. et adhesit vxori. id est. ecclesie: ut sint duo in carne vna est enim caput ecclesie: ⁊ ipsa corpus eius. qui soporatus somno passionis vt ei coniunx. id est. ecclesia formaretur. Unde ego dor. ⁊ so. s. ⁊c. ergo formata est ecclesia de latere eius. id est. fide passionis ⁊ baptismi. quia de latere eius exiuit sanguis ⁊ aqua. Factus est autem ex semine dauid secundum carnem. tanq̃ de limo terre: cum homo nõ esset qui operaretur in terra. quia nemo in virgine operatus est: de qua natus est christ⁹. Fons ascẽdebat e terra ⁊ irrigabat faciẽ terre. Facies. i. dignitas terre. mr̃ dñi. quã irrigauit spũs: vt de limo tali ille hõ fieret: qui ꝯstitut⁹ est in paradiso. i. in voluntate patris vt operaretur. ⁊ custodiret. impleret. s. ⁊ conseruaret. preceptum enim nos accepimus in illo qui ait: Qd vni ex minimis meis. f. michi fecistis. Lignum autem paradisi spirituales significat delicias. fructus spiritus est gaudium. pax. ⁊ huiusmodi. Lignum scientie boni ⁊ mali non debemus tangere. id est. de natura que nobis est media non debem⁹ superbire: ne decepti experiamur inter bonum ⁊ malum scilicet inter catholicam fidem ⁊ fallacias hereticorum. Ita enim peruenimus ad noticiam boni ⁊ mali. Oportet enim hereses esse: vt qui probati sunt manifesti fiant Serpens eñ hereticoꝝ venena presignat.

Erat autem uterq̃ nudus. Aug. Si dei verbis vel cuiuslibet prophete aliquid dicitur. qd ad literam absurdum videtur: ⁊ ideo figurate dictum. ob significationem tamen dictũ esse non est dubitandũ. Corpora vero duoꝝ hominũ in paradiso nuda erant. nec erubescebant: quia nullã legem in menbris senserant legi mentis repugnantem. que inobedientiam secuta est. Nichil putabant velandum: qr nichil senserant refrenandum.

Isi. Mistice. Erat aũt vterq̃ nu. ⁊c. Qr nudi erant nec erubescebant simplicitatem anime ⁊ castitatẽ significat Vñ despõdi eñ vos vni viro ꝟ. cast. exhibere christo. Timeo autẽ ne sicut serpens seduxit euam: ita corrumpantur sensus vestri ⁊c. Serpens diabolum significat. qui non est simplex. Unde sequitur. Serpẽs erat callidior cunctis a. in quo significatur versutia ei⁹. Paradisus vita beata in q̃ serpens nõ erat: quia iam dyabolus erat. Locutio ista tentatõ occulta: sicut accessit ad iudam persuadẽs vt hiesum traderet. qñ intrauit in cor ei⁹ sed vir repellit. q̃ paradisum incolit. s; p̃ mulierem decipitur: quia ratio nostra nõ ducitur ad consensũ nisi delectatio mota fuerit in aliqua parte anime. que debet obtemperare rationi vt viro rectori. nec alit᷑ quis ĩ peccato labit᷑. In serpẽte suggestio. in mliere libido. ꝯsensus rõis in viro. Si cupiditas mota est: persuasum est mulieri. Si ratio cõsentit suadenti libidini: a beata vita tanq̃ a paradiso expellitur homo. ⁊ imputat᷑ peccatum. etiã si nõ sequat᷑ factũ. qr in consensu rea tenetur conscientia.

† verbũ caro factũ est. forma serui accipiens. exiui a patre ⁊ veni in mundum.
¦ sinagoge obseruantiã: que est mater christi secundũ carnem.
† relinquet homo patrẽ ⁊ ¦ matrẽ ⁊
† id est ecclesie. ¦ christus ⁊ ecclesia.
adherebit † vxori sue: ⁊ erũt ¦ duo
quia vnũ corpus christus et ecclesia.
in carne † vna. Erat autez vterq̃
velamine duplicitatis.
nudus adam scilicet ⁊ vxor eius
† quia nullũ motũ carnis sentiebant. quia sine macula ⁊ ruga
nec † erubescebãt.

C. III.

Ali. dyabolus vel hereticus error.
Sed et serpẽs
† quia plenus demonio quia filij tenebrarũ sapientiores sunt filijs lucis in generatione sua.
hiero. in hebreo habetur arom qd theodocio et aquila. nequã. vel versipellem interpretati sunt.
erat † callidior cunctis animantibus terre que fecerat dominus
† sñ xp̃m s; xp̃ianũ fallit diabolus vel hereticus
deus. Qui dixit † ad mulierem:

C. III.

Sed et serpens erat callidior ⁊c. Aug. Alij prudentissimus: trãslatiue dictum. Quidam codices habent sapientissimus. nõ ꝓprie: sicut in bono solet accipi sapientia dei vel angeloruz vel anime rationalis. S; sicut apes vel formicas dicimus sapientes: ꝓpter opa sapientiam imitantia. q̃uis serpens nõ rationali anima: sed spiritu dyabolico possit sapiẽtissimus dici. qr mali angeli superbia deiecti. natura sunt excellentiores omnibus bestijs: ꝓpter eminentiam rationis. Nõ ergo mirum. si dyabol⁹ spiritu suo implens serpentem. sicut vates implebat: sapientissimum reddiderat omniũ bestiarum. secundũ animam viuam ⁊ irrationalem viuentium Ita tamen sapientia dicitur in malo. sicut astutia in bono: cũ latine sapiẽtes ꝓprie in bono accipiantur. astuti vero male cordati. nec putandũ est q̃ dyabolus serpentem per quẽ tentaret eligeret: sed cuz decipere cuperet. nõ potuit: nisi per qd animal posse permissus est. Nocendi eñ voluntas inest cuiq̃ a se: sed potestas a deo.

Strabus. Sed ⁊ serpens ⁊c. Sic dyabolus loquebatur p̃ serpentẽ ignorantem. sicut per energuminos vel fanaticos. quencũq̃ eñ arripit: intellectum ⁊ rationem tollit. Spiritus vero bonus quoscunq̃ gratia repleuerit: vidẽtes ⁊ intelligẽtes facit. vñ spirit⁹ prophaꝝ subiect⁹ est ꝓphetis

Qui dixit ad mulierem ⁊c. Aug. Inexcusabilis est preuaricatio mulieris. qr memor erat precepti dei. Obliuio tamẽ vnius precepti ⁊ tam necessarij culpa esset negligentie damnabilis. Inde aũt maior trãsgressio quia memor precepti erat. ⁊ deus in illo tanq̃ presens contemnitur.

Talem inquiunt faceret hominem. qui nollet omnino peccare. Cõcedimus meliorẽ naturã esse q̃ omino peccare nollet. Concedãt nõ esse malaz que talis facta est: que posset nõ peccare. si vellet. ⁊ iuste punitã: q̃ volũtate nõ necessitate peccauit. Cũ ergo hec bona sit. illa melior: cur nõ vtrãq̃ fecerat. ut vberius laudaret᷑ de vtraq̃: Illa eñ in sanctis angelis: hec de sanctis hominibus est.

Quis aūt sanus dicat: melius nō crearet quē p̄sciebat ex alteri⁹ iniq̄tate corrigi. q̄3 quē p̄sciebat pro sua iniquitate damnari: hoc est dicere: Melius est nō esse qui alterius malo misericorditer bene vtendo coronet: q̄3 esse malū. qui pro suo malo iuste puniat.

Aug. Sic aūt mouent quidam ꝙ deus adam tentari permiserit: qua si non videant om̄es dyaboli insidijs quotidie tentari. qđ deus permittit: forte. q2 probatur ꝛ exercetur virtus. ꝛ est gloriosius non consensisse: q̄3 ten tari nō potuisse. cum etiā consentiētes p̄bēant exemplū iustis cupiditatem deuitandi. ꝛ tumorem sup̄biendi. frustra ergo dicitur Nō crearet de⁹ quos p̄sciebat malos futuros. Sciebat em̄ bonis profuturos ꝛ iuste pro mala voluntate puniendos.

Alc. Quasi cur fugitis scientiam latentem: Noua exquirite maliq3 boniq3 scientiā penetrate. vnde Aque furtiue dulciores sunt.

Cur p̄cepit vobis deus. vt non comederetis de om̄i ligno p̄adisi? Cui respondit mulier. de fructu lignorum quę sunt in paradiso vescimur: de fructu vero q̄d ē i medio paradisi. p̄cepit nobis ne comederemus. ꝛ ne tangerem⁹ illđ: ne

Dicit aliquis. Si deus vellet: ꝛ isti boni essent. S3 meli⁹ voluit. vt qđ vellent: essent. S3 boni ñ infructuose. mali aūt impune nō essent: ꝛ eo ipso vtiles essent. S3 p̄sciebat ꝙ eoꝝ futura esset mala volūtas. p̄sciebat sane: q2 ꝛ falli nō p̄t eius p̄scientia: nō ideo ipsi⁹. s3 illoꝝ est. Cur ergo creauit q̄s tales futuros eē p̄sciebat? Quia p̄uidit quid boni de malis eoꝝ esset facturus. Sic em̄ fecit eos vt relinqueret eis vnde aliquid facerent. ꝛ si culpabiliter aliquid facerent: illū de se laudabiliter operantem inuenirent. A se habent voluntatem malā. ab illo naturam bonam. ꝛ iustam pęnam: ꝛ sibi debitum locum. Alij exercitationis adminiculū: ꝛ timoris exemplū.

Posset inquiūt voluntatem eoꝝ vertere in bonum: q2 om̄ipotens: posset. cur non fecit? quia noluit. cur noluit? ipse nouit. Non debemus plus sapere q̄3 oportet. puto aūt nō parui boni esse rationalem creaturā: quę malorum comparatione cauet malum. qđ genus bonę creaturę nō esset. si deus omnes voluntates in bonū verteret: ꝛ nulli iniquitati pęnam infligeret. et esset solū genus. qđ nulla peccati ꝛ supplicij cōparatione p̄ficeret. prouidet bonos. ꝛ malos futuros: ꝛ creat. se ipsum ad fruendū p̄stans bonis: multa etiā largiens malis.

Cur precepit ꝛc. Strabo Ideo callidus hostis: interrogat hoc. ꝛ mandatū dei memorat: ne cū peccauerit. excusationē habeat quasi oblita.

Grego. In moꝝ. li. xxiiij. Cur p̄cepit ꝛc. Idem quotidie agit hostis humani generis. verba dei de cordibus hominū molit' euellere. ꝛ minas leuiare: ꝛ ad credendū qđ falso promittit. inuitat. Inuitat em̄ ad temp̄alia vt leuiet ꝙ deus minet' eterna supplicia. Spondens siquidem gloriā p̄sentis vitę. dicit: gustate ꝛ eritis sicut dij. ꝛ temp̄alem concupiscentiā tangite ꝛ in hoc mundo sublimes apparete. ꝛ cū timorē diuinę sentētię conat' amouere. qđammodo dicit: Cur p̄cepit vo. do.

Aug. Querit'. Cur deus hominem tentari permiserit: quē decipiendū esse p̄scierit? Sed non esset laudabile homini si bene viuere posset: q2 nemo male viuere suaderet. cū in natura posse: ꝛ in potestate haberet velle nō consentire. deo iuuante. Recte ergo tentari fuit p̄missus. qui factur⁹ erat propria voluntate aliquid per culpam. ꝛ ordinandus dei ęquitate per pęnam: vt ostenderet animę sup̄bę ad eruditionē futuroꝝ. q̄3 recte vteretur animaꝝ malis voluntatib3: cū ille bonis naturis peruersę vterent'.

Quidam alienare conant' naturā dyaboli a creatura dei. ꝛ alteꝝ dare ei principiū contra deū. qui nō intelligūt omne qđ est bonū esse: ꝛ ab alio esse non posse. malam voluntatem inordinate moueri bona inferiora superioribus p̄ponendo. qua potestate rationalis creaturę spiritus delectat⁹ tumuit. ꝛ cecidit: ꝛ inuidia tabescit. In quo tū bonum est ꝙ viuit ꝛ viuificat corpus: siue aereum. vt dyaboli: siue terrenū. vt hominis.

Aug. Nec putandū ꝙ homo deijceretur. nisi p̄cessisset in eo quędā elatio comprimenda. ut p̄ humilitatē peccati sciret ꝙ falso de se presumpserit. ꝛ ꝙ nō bene se habet natura: si a faciente recesserit. Cōmendatur enim quale bonū deus sit: quādo nulli bene est ab ipso recedere.

Hec questio de beata vita. vtrum habuit eā: cū incertum sit an sit permansura: an succedat miseria: potest de primo homīe fieri. Si em̄ peccati ꝛ pęnę p̄scius erat: beatus esse nō poterat. ergo in paradiso beat⁹ nō erat. Si em̄ p̄scius nō erat: per hanc ignorantiā eiusdem beatitudinis incert⁹. quomodo vere beatus? Si falsa spe certus: Quomodo nō stult⁹? S3 hominis in animali corpore constituti cui obedienti dandū erat consortium angeloꝝ. ꝛ mutatio corporis ex animali in spirituale: possumus quodāmodo intelligere beatam vitam: etiā si non erat p̄scius futuri peccati. sic nec illi de quib3 dicit': vos qui spirituales estis: instruite hm̄oi in spiritu lenitatis ꝛc. beati erant. q2 spirituales erant. non corpore: sed iusticia. quanto magis aūt beatus erat homo ante peccatū. q̄3uis incertus sui casus? Qui gaudebat de p̄mio futurę mutationis: sic vt nulla esset tribulatio: cui patientia militaret. Quāuis em̄ non vana p̄sumptione de incerto. cert⁹. velut stultus: sed spe nō infidelis. beatus esse poterat: minus q̄3 in vita sanctorum angelorum.

Non frustra putari potest ab initio temp̄is dyabolum cecidisse. nec cū sanctis angelis pacatum aliquādo vixisse ꝛ beatum: sed mox apostatasse. Unde Ille homicida erat ab initio. In veritate nō stetit. vt intelligam⁹ q2 in veritate non stetit ex quo creatus est qui staret: si uoluisset. Quomodo em̄ beatus inter angelos fuit: qui futuri peccati atq3 supplicij p̄scius nō fuit? Querit' autē cur non fuerit? Neq3 em̄ sancti angeli beatitudīs suę eternę sūt inscij. neq3 eternę vitę sūt incerti. Forte de⁹ dyabolo reuelare noluit. quid factur⁹ vel passur⁹ esset. ceteris vero reuelare voluit. q2 in veritate māsuri. S3 hic nō ęq̄liter beat⁹. imo nō plene beat⁹. q2 plene beati đ beatitudine certi. S3 q̄liter discernebat' a ceteris. vt de⁹ ei quę ad ipsum pertinerent non reuelaret: cum non prius vltor: q̄3 peccator? Non em̄ damnat innocentes. an de alio genere angelorum sint. quib3 nō dedit deus p̄scientiā de se ipsis? Quomodo aūt beati esse possint. quib3 est incerta sua beatitudo? Quidā em̄ senserunt nō fuisse dyabolū in illa sublimi natura angelorum. quę supercęlestis est: sed eoꝝ qui inferius in mūdo facti sunt. per officia distributi. tales em̄ fortasse posset aliquid illicitū delectare: quā delectationē si peccare noluissent. libero arbitrio cohiberent. Sicut homo. maxime primus: qui peccati penam. nondū habebat in menbris.

Hic aūt querendū est. vtrū ab initio sua potestate delectatus discesserit ab illa societate ꝛ charitate bonoꝝ angeloꝝ: an in sancto cętu fuerit: aliquādo angeloꝝ iustus ꝛ beatus? Dicit' em̄ ideo cecidisse. q2 inuidit homini facto ad imaginem dei: sed inuidia sequit' superbiā. Inuidendi em̄ causa est superbia: quę est amor proprię excellentię. Inuidia vero odiū felicitatis alienę. Qui em̄ amat excellentiā. vel parib3 inuidet. qui ęquant'. vel superiorib3: quib3 nō ęquat'. vel inferiorib3: ne coęquentur. Quando autē dyabolū sup̄bia deiecerit: vt naturā sibi bonam praua voluntate peruerteret: scriptura nō dicit. sed ex hac homini inuidisse ratio ostendit.

Dicere aūt de angelis ꝙ in suo genere beati esse possunt damnatōnis vel salutis incerti. quib3 nec spes esset ꝙ aliquando in ipsa mutatione in melius certi futuri essent: nimia p̄sumptio est. nisi forte dicatur. ita creatos mundanis ministerijs distributos: ut pro recte gestis accipiant vitā beatā de qua possent esse certissimi: ꝛ eius spe dici beati. de quibus si dyabolus cecidit: simile est ei ꝙ cadunt homines a iusticia fidei sup̄bia simili. Sed asserant duo genera angeloꝝ qui possunt: vnū sup̄cęlestiū: in quo nunq̄3 fuit qui cecidit. Alteꝝ mundanoꝝ: in quo fuit. Michi aūt vnde asserant: non occurrit.

Aug. Sed nō frustra putandū est ab ipso creaturę exordio. i. ab initio t̄p̄is vel ꝯditionis suę cecidisse. ꝛ nunq̄3 in veritate stetisse. vnde quidam in hanc maliciā libero arbitrio non esse flexum: sed in hac q̄3uis a deo putant esse creatum. secundū illud. hoc est initiū figmenti dei qđ fecit deus: vt illudatur ei ab angelis eius. ꝛ alibi. Draco iste quem formasti ad il. ei. tanq̄3 primo factus sit malus. inuidus. ꝛ dyabolus. nō voluntate deprauatus. Sed fecit deus om̄ia bona valde. q̄3uis nō indocte conent' ostendere: non tm̄ prima conditione. sed etiā nunc: deprauatis tot voluntatib3 ꝛ auersis ęque omnia creata in summa bona valde esse: non ꝙ mali sint boni: sed nō efficiunt malicia. vt sub dei imperio ordo vniuersitatis in aliquo rumpatur. cum etiā malis voluntatib3 sint certi limites potestatum. ꝛ pondera meritoꝝ. Sed q2 iniustū est. vt nullo merito hoc in aliquo deus damnet. qđ creauit. nō naturā. sed voluntatē malam puniendā esse credēdum est. nec eius naturam significatam cū dicit': hoc est initiū figmēti dei ꝛc. Sed corpus aerium qđ tali voluntati aptauit. vel ipsam ordinationē in qua eū etiā inuitum fecit vtilem bonis. vel ꝙ p̄sciens malum voluntate futuꝝ: fecit tm̄ eum p̄uidens. quāta de illo sua bonitate esset facturus. Initiū aūt figmenti dicitur. nō ꝙ primitus conditus. vel in principio malus conditus: sed cum sciret eū voluntate malum futurum. vt bonis noceret: creauit eum. vt de illo bonis prodesset. Sic em̄ luditur. cū sanctis proficit temptatio eius. Initiū ad illudendū: quia ꝛ mali homines. quos deus futuros p̄sciuit vel p̄uidit. creauit tamē ad sanctoꝝ vtilitatem. Similiter luditur cum p̄statur sanctis eoꝝ cōparatione cautela. ꝛ sub deo humilitas. et exercitatio ad tolerandos malos. ꝛ probatio ad diligendos

inimicos. Sed ipe initiū: quia pcedit antiquitate et principatu malicie. Hoc autē p sanctos angelos facit: sicut creatas naturas ammīstrat: sub dens eis angelos malos: vt nō quantū nitunt: sed quantū sinuntur pos/ sint sicut et homines malos. Quod ergo putat dyabol⁹ nunq̃ in verita te stetisse· nunq̃ beatā vitam duxisse· sed ab initio cecidisse: nō sic accipiē/ dum est· vt malus a bono deo creatus putetur. quia ab initio nō cecidisse diceretur· Non eñ cecidit si talis factus est· sed factus statim a veritate se auertit: ppria potesta te delectatus. Beate ergo vite dulcedinē nō gustauit: quoniā nō acceptā fastidiuit sed nolendo accipere amisit. Qui ergo ca/ sus pscius esse non po tuit: q₂ sapientia pie/ tatis fructus ē. Conti nuo aūt cecidit· non ab eo qḋ accepit· sed quod accipet: si sub/ di voluisset. Qḋ au/ tem esaias ait. Quo/ modo cecidisti lucifer qui mane orie· zc· et ezech· Tu signaculū similitudīs zc. Que/ dam in eum· plura in corpus eius pueniūt.

Gre. Primū pa rentē dyabolus trib⁹ modis temptauit: gu la· vana gloria· aua/ ricia· et supauit gula.

forte moriamur. Dixit autem ser

† s immortalitatē pmittūt heretici.

pens ad mulierē: † Nequaq̃ mo

† s heretici diuinitatis meritū pfitent: et scien tie pmissione decipiūt: et simplices reprehēdūt.

riemini. † Scit eñ deus q in quo

† s oculos cordis vult claudere vt carnales aperiat.

cunq̃ die comederitis ex eo †: ape

† s promissione altitudinis et scientie decipit simplices.

rientur oculi vestri: † et eritis sicut

† s circūspiciēs si quid in eo nociuū videret.

dii: scientes bonū et malū. † Vi

† s decipit mulier· i· carnalitas nrā verbis ser pentis· et p illam adam· id est· spiritus·

dit igitur mulier † q bonum esset li

gnum ad vescendum et pulcrum

oculis. aspectuq̃ delectabile. et

† s mulier. s carnales facilius seducuntur.

† tulit de fructu ei⁹: et comedit. de

Cibum vetitum comedēdum suasit· Vana gloria cum dixit: eritis sicut dij. Auaricia cū addidit: scientes bonū et malū. Auaricia eñ etiā altitudi nis est· cū supra modū sublimitas ambit. vnde nō rapinā· ar· est esse se eq lem deo· Sed eisdē modis a secūdo victus est homine quib⁹ primū se vi/ cisse gloriabatur. Reliqua vide infra. Serpens decepit me.

Grego· Trib⁹ modis culpa ppetrat: suggestione· delectatōe· et con/ sensu· primo p hostē. secundo p carnē. tercio p spūm. hostis eñ praua sug/ gerit. caro subijcit se delectatōni: tandē spiritus delectatōni consentit. vn/ de et serpens praua suggessit. Eua quasi caro delectatōi se subdidit. Adā vero velut spiritus suggestione et delectatōne supatus: assensit. suggestio ne ergo peccatū agnoscimus· delectatōne vincimur: cōsensu ligamur.

Eritis sicut dii zc. Strabus. Artificiali dolo verba cōponit: vt si p inobedientie cōtemptū subuertere nequiuerit: saltē in hoc q fidē corru perit: et ad ydolatriā suaserit: victorē se gloriet. Si aūt p inobedientie cō temptū seduxerit in vtroq̃ victor existat.

Mistice. Interrogata mulier respondit quid pceptū sit. At ille non morte· m· Scit eñ· d· zc. Patet his verbis p supbiam psuasum esse pec/ catū: quia dictū est. eritis sicut dij. Scit eñ d· zc· vbi notat tantū psuasū esse· vt sub deo nollent esse: sed in ppria potestate· ne eius legem obtempe/ rando seruarent· qui inuideret ne se ipi regerent· nō indigentes interno lu mine eius· sed vtentes ppria puidentia· quasi oculis suis ad videndū bo/ nū et malū: quod ille phibuisset. sic psuasum est: vt potestatē suam nimis amarent. et quia pares deo esse voluerunt: medietate sua· qua deo subie/ cti corpa habebant subiecta· tanq̃ fructu arboris cōstitute in medio para disi male vtentes· amiserunt quod accepant. quia vsurpauerūt quod nō accepant· i· vt per suā potestatē deo nō regente beati essent. Nullo eñ re/ gente p suā potestatē solus deus beatus est.

Vidit igitur zc. Is. Quomō videbant· si clausi erant oculi. Sed dictū est· vt intelligam⁹ eos oculos aptos fuisse postq̃ de fructu comede/ runt· quib⁹ se nudos videbant: et displicebāt· i· oculos astutie· quib⁹ sim/ plicitas displicet. Cū quis eñ ceciderit ab intima luce veritatis· nichil est vnde supbia placere velit: nisi fraudulentis simulatōibus. hinc eñ ypo/ crisis nascit: in q̃ multū vident cordati· qui decipe potuerūt: quē voluerīt.

Gre. Vidit igitur mulier zc. Ne in lubrica cogitatōe versemur nō debemus intueri· quod nō licet cōcupisci. vt eñ mūda mens in cogita tione seruet: a lascinia voluptatis sue seruandi sunt· et reprimēdi oculi· q̃ si quidā raptores ad culpam. Nō eua lignū tetigisset: nisi pri⁹ incaute re/ spexisset. pensandū ergo: quantū ab illicitis visum debeamus restringere· qui mortaliter viuim⁹. sed etiā mater viuentiū p oculos ad mortē venit. hinc sub iudee voce (q̃ exteriora videndo cōcupiscens bona interiora pdi

derat) pphета dicit: oculus me⁹ depdatus est animā meā. Concupiscens eñ visibilia: inuisibiles virtutes amisit· et p oculū corporis ptulit predā cordis. Ad custodiendā ergo cordis mundiciā: exterioꝝ quoq̃ sensuū di/ sciplina seruanda est.

Is. Mist· Deditq̃ viro suo qui comeḋ· et a· sunt oc· ā· zc· de quib⁹ dictū est· Tunc viderūt q nudi essent· oculis scilicet puersis· quibus nu/ ditas scꝫ simplicitas erubescēda videbat. vt ergo nō eēnt simplices· fecerīt sibi succinctoria· pu/ denda tegentes· i· sim plicitatē occultantes de q̃ erubescebat astu ta superbia· folia fici: pruritum significant· quā patit anim⁹ cupi ditate et delectatōne mentiendi. vnde falsi dr̄ qui iocari amāt: quia in iocis presidet simulatio. Cū ergo ḋ ambularet dominus in paradiso· i· cū ad eos iudicandos veni ret: ante penā deam/ bulabat· i· mouebat in eis dei psentia: q̃a stabiles in pcepto nō erant. Ad aurā post meridiē. vel secundū alios ad vesperā· cū scilicet sol eis occide/ ret: et lux interior veri tatis· Audierunt vo cem eius et abscondе·

† s quia p delectationes carnalis cōcupiscentie ratio seducitur.

ditq̃ viro suo † qui comedit: et ap

s puersi. q₂ simplicitas pudenda videbat s ad cōcupiscentiā et cognitōē bestialis motus.

ti sunt oculi amborum. † Tunq̃

† s sentiētes bestialē motū † s grā dei.
s faciendo. s fingendo.
† s heretici fidei simplicitate se esse nudos.

† cognouissent se esse † nudos ꝯsu

† s opimenta mendacij que pruritū carnis et libidinis ardorem significant·

erunt † folia ficus: et fecerunt sibi

† s succinctoria vel bracas. s quibus se succī gere· i· defendere querūt † s p predicatores.

† perizomata. Et cum † audissent

† s quia in eius precepto nō steterūt. † s nō stantis vel ībabitatis s p subiectā creaturam.

† vocē domini dei † deambulantis

† s eccīa † s frigescente charitate: et luce de clinante et appropinquātibus tenebris eorū.

† in padiso † ad aurā post meridiē

se. Ille se abscondit a conspectu domini: qui ipsum deserit. et quod suum est amare incipit. iam habebāt opimenta mendacij. Qui aūt loquit men daciū: de suo loquit. Ideo ad arborē dicūtur abscondere se: que ē in me/ dio paradisi· i· ad se· qui infra deum et supra corpa ordinati erant. Ad se ergo se absconderūt: vt turbarent miseris errorib⁹ · relicto lumine veritatꝭ quod nō erant ipi. Particeps eñ potest esse hūana anima: sed ipa veri tas deus incōmutabilis est sup illā· ab ea quisquis auersus· et ad se ꝯuer/ sus est· nec de rectore deo et illustratore· sed de suis morib⁹ quasi liber exul tat: tenebrat mēdacio. Qui eñ loquit mendaciū de suo loquit et turbat· scdm illud. Ad meipm turbata est anima mea.

Augu· Qui comede. et a. sunt o. e. zc. Ad cōcupiscendū· s· inui cem ad peccati penā morte scꝫ carnis cōceptā. vt esset corpus nō tantum animale· sed et mortis: in quo lex mēbrorū repugnat legi mentis. Nō eñ ceci erant facti· aut phibitos fructus palpantes decerpserant: sed sicut in fractione panis apti sunt oculi discipuloꝝ· et cognouerūt quē cognoscere nō valebant: sic apti sunt oculi eoꝝ ad quod ante nō patebant. q₂ anima rationalis bestialē motū in carne sua erubuit· et pudorē habuit· nō solū quia sentiebat qḋ ante nō senserat: sed etiā quia motus ille pudendus de transgressione veniebat. Ibi eñ sensit: vbi gratia nesciebatur. cū in nudi/ tate nichil indecēs patiebat. Ibi completū est dn̄e in volūtate t· p· deco· meo virtutē. Auertisti faciē tuā a me· et factus sum cōturbatus. p hac con turbatōe ad ficus vel ficulnee folia cōcurrerūt · et sibi succinctoria ꝯsuerīt et qui gloriosa reliquerāt: pudenda texerunt. Nec puto eos in folijs pu/ tasse aliq̇d quo congrueret tegi mēbra prurientia. Sꝫ occulto instinctu ad hoc cōturbatione impulsi sunt: vt talis pene significatio a nescientib⁹ fieret: que cōuinceret peccatorē facto: et doceret scripto lectorē.

Consuerunt fo. fi. Alcui. Quia gloriā simplicis castitatis amise/ rūt: ad duplicē libidinis pruritū confugerunt. vnde. Cū esses sub ficu vi/ di te: et descendi (subaudis) liberare te.

Aug· Et cū audissent zc. Ea eñ hora tales cōueniebat visitari: quia defecerant a luce veritatis. fortassis eñ intrinsecus vel effabilib⁹ vel ineffabilib⁹ modis deus illis antea loquebat· sicut angelis· īmutabili ve/ ritate illustrans mentes eoꝝ· vbi est intellectus· nosse sil quecūq̃ per tem/ pora nō fiunt simul. forte inq̃ sic eis loquebat· et si nō tanta pticipatōne diuine sapientie· quāta capiunt angeli: p humano tamē modulo minus. sꝫ ī ipso genere locutōis· fortassis etiā illo qui fit p creaturā. siue in extasi spūs corporalib⁹ imaginib⁹. siue ipsis sensibus corporis aliqua specie pre sentata ad videndū vel ad audinedū. sicut solet in angelis fieri: et in nube audiri. Nūc tamen quod dei deambulantis vocē audierunt: nō nisi per creaturā factū est: ne substantia inuisibilis et vbiq̃ tota· que est patris et

filij et spiritussancti corporalib⁹ sensibus locali et temporali motu appa-ruisse credatur.

Aug. Abscondit se. ꝛc. Cū deus auertit intrinsecus faciē. et homo turbat᷑: fiunt similia amentie. nimio timore ac pudore occulto quoqꝫ instinctu nō quiescente: vt nescientes facerent. que aliquid posteris significarēt; ꝓpter quos hec scripta sunt.

Ad aura post meridiē. Unde hora nona xp̄us spūm emisit. qui sexta hora fuit crucifixus: vt eadē hora restitueret᷑ homo. q̃ de paradiso est eiectus.

In medio paradisi. abscondit se qui auersus a p̄cepto creatoris. erroris sui ꝛ arbitrij voluntate viuit.

Aug. Uocauit qꝫ d. d. adam. Increpando. s. nō ignorando. ꝛ hoc ad significatōem ptinet. ꝙ sicut viro p̄ceptum est datum: p quē veniret ad mulierē. ita vir interrogat᷑ prior. p̄ceptum em̄ a dn̄o p virū vsqꝫ ad feminam; peccatū autē a dyabolo per feminā vsqꝫ ad virū. et hec significationibus plena sūt non id agentibus in quib⁹ facta sunt. sed de his id agente sapientia dei. nunc autem non significata referimus: sed gesta defendimus.

† s. auertēs se a veritate. † s. ratio. † s. ꝯcupiscentia.

†abscondit se † adam ꝛ † vxor eius

† s. deū. s. deserentes: ꝛ qđ suū est amantes.

† s. relicta medietate in qua facti erant.

† a facie dn̄i dei in † medio ligni paradisi. Uocauitqꝫ dominus deus

s. vt redeat p penitētiā. vocat. qꝛ nō vult mortem peccatoris.

s. verba increpantis ꝛ ad confessionē cogentis ꝛ non ignorantis s. quasi in quāta miseria.

adā ꝛ dixit ei: adaꝫ vbi es? qui ait

Uocē tuā audiui in paradiso. ꝛ timui. eo ꝙ nudus essem: ꝛ abscōdi

s. stulte quasi displiceret nudus qui talis fuerat factus. s. non absconditur vt eius scelera dominus nō videret. sed vt se indignum eius aspectu ostendat. Artabantur enim duplici verecundia qꝛ nunc primū obscenū motū in menbris sentiebant. ꝛ qꝛ propter transgressionē hoc contigisse sentiebāt

† s. i. quis te ad hanc informitatem adduxit. nisi ꝙ preceptū meum non obseruasti.

me. Cui dixit deus: † Quis enim indicauit tibi ꝙ nudus esses. nisi ꝙ ex ligno de quo tibi p̄ceperam ne comederes. comedisti?

s. non humiliter ꝯfitens. sed superbe se excusās ꝛ in auctorē mulieris culpam retorquens.

Dixitqꝫ adam: Mulier quā dedisti michi sociam. dedit michi de ligno: ꝛ comedi. Et dixit dn̄s deus ad mulierem: Quare hoc fecisti?

s. similiter superbe se excusat. ꝛ in ꝯditorem serpentis iactat culpam.

Que respondit: Serpēs decepit

Uocē tuā a. ꝛc. Aug. Visto. Probabile est p congruā creaturā solere humanā formā hominib⁹ primis apparere. quos tn̄ nō pmisit aduertere nuditatē in supna sustollens. nisi post peccatū. cuꝫ pudendū in mēbris motū penali lege sensissent. Sic ergo affecti sunt. vt solent homines sub oculis hominū: quod erat pena peccati: eī. s. velle latere: quem nihil latere potest. et carnē occultare: cū corda inspiciat. Sed volentes esse sicut dij euanuerūt in cogitatōnibus suis: et obscuratū est cor eoꝝ insipiens. Sed deo auertente faciē: stulti facti sunt. erubescebāt quidē erga seipsos: et succinctoria faciebant. sed magis ab illo etiā succincti videri verebātur: qui tanqꝫ familiari temꝑamento per creaturā visibilē afferebat ad videnduꝫ velut humanos oculos. Sic em̄ apparebat: vt hominib⁹ tanqꝫ homo loqretur. sicut abrae ad quercū mambre. hac amicicia pudorē onerabat post peccatū: que ante dabat fiduciā. Nec nuditatē audebant ostendere talib⁹ oculis: que displicebat et suis. dn̄s ergo nolens peccatores punire nisi pena qua cogebant᷑ erubescere: quis inquit indicauit tibi ꝙ nudus esses: nisi ꝙ ex ꝛc. Inde em̄ mors concepta ex dei sententia qui sic minatus fuerat. fecit aduerti cōcupiscibiliter mēbra: vbi dicti sunt aperti oculi: et secutum est quod puderet.

Is. Visti. Uocē tuā ꝛc. Respondet voce eius audita se occultasse: quia nudus erat. Iam stulte respondit. quasi deo nudus displiceret: quē nudū fecerat. Sed qđ cuiqꝫ displicet: h̄ deo displicere arbitrat᷑. Sublimiter vero intelligenduꝫ est quod dicit᷑. Quis em̄ indicauit tibi ꝛc. Nudus erat a simulatōne. sed vestitus diuina luce. vnde auersus. et ad seip̄m conuersus (quod significat de illa arbore comedisse) nuditatē suā vidit: et displicuit. quia nō habebat aliquid ꝓprium. et more supbie se nō accusat ꝙ mulieri cōsensit: sed in eaꝫ culpam refundit. et de astutia quā conceperat. in deū retorquet ꝙ peccauerat. vnde addidit: Mulier quā dedisti mi. ꝛc. ꝓpriū est peccātib⁹. deo tribuere velle vnde accusant᷑. quod inde est. quia sic peccauit homo vt vellet esse par deo. liber. s. vt ille ab omni dominio. Quoniā ergo in maiestate illi par esse nō potuit: in peccato eū sibi contendit facere parem. imo eū vult ostendere nocentem. se aūt innocentē. Mulier autē culpā refert in serpentem. quasi obtempare coegisset. aut ipa potuerit verba serpentis audire: et precepto non obedire.

Grego. Uocauitqꝫ deus adā. Quia vidit in culpa lapsum iā sub peccato velut a veritatis oculis absconditū. quia tenebras erroris eius nō approbat: quasi vbi sit peccator ignorat. eumqꝫ vocat ac requirit dicens. Adam vbi es? dum vocat. significat quia ad penitentiā reuocat. dum requirit insinuat: quia peccatores iure damnatos ignorat:

Dixitqꝫ adam. M. q. d. ꝛc. Aug. non dicit peccaui. Superbia enim habet confusionis deformitatem. nō confessionis humilitatem. Ad h̄ autē scriptum est. ꝛ interrogatōes ad hoc facte vt veraciter ꝛ vtiliter scriberētur vt sciamus quando superbi laborent hodie conantes malum in creatorē referre. ꝛ si quid boni faciūt sibi tribuere. Mulier quā. d. m. s. ꝛc. quasi ad hoc data sit. vt non ipsa obediret viro ꝛ ambo deo.

Gre. in moralib⁹ li. iiij. Mulier q. m. d. ꝛc. Quattuor modis peccatū ꝑpetratur in corde. quattuor cōsūmatur in opere. In corde suggestione delectatione. consensu. et defensionis audacia. Suggestio fit p aduersariū. Delectatio fit per carnē. Consensus p spūm. Defensiōis audacia per elationem. Culpa enim que terrere mentem debuit: extollit. Unde et serpens suasit. Eua delectata ē. Adam ꝯsensit. q̇ etiā requisitus culpā confiteri p audaciam noluit. Sic quotidie hostis occultus suggerit Eua. i. carnalis sensus delectatōi se substernit. Adam mulieri p̄positus ꝯsensit. qꝛ spūs. i. ratio a rectitudine infirmatus inclinatur. Adam requisitus cōfiteri culpā noluit: quia spūs peccādo a veritate disiunctus. eo ipso in ruine sue audaciā nequius declinat. Adam p timorē seip̄m absconsur⁹ fugerat: sed tamē timens tumebat. Cū ei ex peccato pena metuit᷑: et amissa dei facies nō amatur: timor ex tumore est nō ex humilitate. Supbit em̄ qui peccatū: si liceat impune nō deserit. Iisdē etiā quattuor modis peccatū cōsūmatur. in opere prius latens culpa agit᷑. Post etiā sine cōfusione apitur. De hinc in cōsuetudinē ducit᷑. Ad extremū false spei seductione. vel obstinatōne misere desperatōnis nutritur.

Aug. Et dixit d. d. ad mulie. Nec ista confitet᷑ peccatum. sed refert in alterū. in impari sexu: pari fastu. ex his tamē natus dauid dicit vsqꝫ in finem seculi Ego dixi domine miserere mei. sana aīaꝫ meā qꝛ peccaui tibi. hoc ab istis dicendū fuit: sed nondū peccatoꝝ cōcise ceruices restabāt. Labores et dolores mortis. et cōtritio seculi. et gratia dei que in tempore subuenit. docens afflictos nō de se presumere. Serpens decepit ꝛc. quasi cuiuslibet ꝑsuasio preualeat dei precepto.

Aug. Ser. dece. Nōo his verbis. s. Scit em̄ deus ꝙ in quocūqꝫ ꝛc. crederet deū se a re bona ꝛ vtili prohibuisse. nisi inesset menti eius amor ille ꝓprie potestatis. ꝛ de se supba presumptio. que per temptationē fuerat conuincenda aut pimenda? Deniqꝫ nō contenta suasione serpentis aspexit lignum bonum esu. ꝛ decoruꝫ aspectu. nec credēs inde se posse mori. forte putauit deū alicuius significatōis causa h̄ dixisse. Si manducaueritis. m. m. Ideo manducauit ꝛ dedit viro suo. fortassis cū aliqua suasione quā scriptura intelligendā reliquit. Uel fortasse nō fuit suaderi necesse cum eo cibo. non videret eam mortuā esse.

Augu. Notandū ꝙ nō diabol⁹ est pmissus feīaꝫ tentare nisi p serpentē nec virum nisi per feminam. Serpente em̄ velut organo vsus est. mouens naturam eius ad exprimendos sonos verboꝝ ꝛ signa. quib⁹ suam mōstraret voluntatem. In muliere vero que rationalis erat. non est ipse locutus sed persuasio eius. qꝫuis instinctu adiuuaret interius: qđ p serpentem gerebat exterius. Serpēs ergo nec verba intelligebat: nec rationalis est facta. Qđ em̄ verbis marsoꝝ serpentes trahunt᷑ de latebris. dyabolica vis est. qđ permittitur ad primi facti memoriam. vt sciatur: quia sit ei cum hoc genere familiaritas. Callidissimus dictus est serpens: ꝓpter astutiā dyaboli Locutus est autem sicut asina balaam. Sed hoc dyabolicum: illud angelicum. Boni enim ꝛ mali angeli similiter operantur: sicut moyses ꝛ magi pharaonis.

Hic aūt querendum est. vtrum ab initio sua potestate delectatus discesserit ab illa societate ꝛ charitate bonoꝝ angeloꝝ: an in sancto cetu fuerit aliquādo angeloꝝ iustus ꝛ beatus? Dicitur em̄ ideo cecidisse. qꝛ inuidit homini facto ad imaginem dei: sed inuidia sequitur superbiam. Inuidendi em̄ causa est superbia: que est amor ꝓprie excellentie. Inuidia vero

odium felicitatis aliene. Qui em̄ amat excellentiam· vel parib⁹ inuidet· q̄ equantur. vel supiorib⁹: quibus non equatur. vel inferiorib⁹: ne coequentur. Quādo aūt dyabolum superbia deiecerit: vt naturam sibi bonā praua voluntate peruerteret; scriptura non dicit. sed ex hac homini inuidisse ratio ostendit.

Alc· Peccatum angeli tacitum; hominis patefactum. quia illud incurabile: hoc curatum.

Strabus. Vidit igit̄ ⁊c· Aperte inexcusabilis ostenditur: cui licuit sub tali deliberatione dolos inimici aduertere.

Et ait· d. d· ⁊c. Tota h̄ sententia figurata est. Vbi credendū tamen omnia dicta esse. Serpens nō interrogatur quare fecerit· q: non ipse propria voluntate ⁊ natura fecit: sed de illo dyabolus ⁊ per illum ⁊ in illo· qui iam pro impietate ⁊ superbia eterno igni destinat⁹ fuerat. Ad ipsum ergo refertur qd̄ serpenti dicitur· ⁊ qualis humano generi futurus sit ostenditur.

Mistice· Et ait d· d· a· s· Serpēs nō interrogatus prior excipit penam: qui nec cōfiteri potest· nec habet q̄ se excusz. Sup pectus· t· g· ⁊c· Secū dum aliā editionem. Pectore ⁊ ventre repes. qd̄ in colubro aduertitur: ⁊ ex ipso ad inimicum inuisibilem locutio figuratur. In pectore superbiam significat: in quo impetus animi dominat̄. Carnale desiderium in ventre: qui mollior pars in corpore. ⁊ quia his serpit quos vult decipere· dictum est; pectore ⁊ ventre repes· ⁊· t· co· cun· d· v· t· id est· omib⁹ quibus habes potestatem ante vltimam iudicij penam. de hac em̄ vita gaudet ⁊ gloriatur. Et terram· c· dupliciter intelligitur. Vel ad te pertinebunt· quos terrena cupiditate decipies. Vel tercium tentationis genus figuratur qd̄ est curiositas. Qui em̄ terram manducat: pfunda ⁊ tenebrosa penetrat: ⁊ tantū temporalia atq̄ terrena. Nō ponunt̄ inimicicie inter serpentem ⁊ virū· sed mulierem: q: a dyabolo nō tentamur· nisi per animalem partē· que mulieris imaginem· ⁊ exemplū in vno homine ostendit. Inter semen dyaboli ⁊ mulieris inimicicie ponunt̄. Semen dyaboli· praua suggestio. Mulieris· fructus boni opis quo suggestioni resistit. Ideo obseruat plantam mulieris: vt si in illicita labat̄: delectatio illam capiat. Illa obseruat caput eius: vt ipsum initium suggestionis male excludat.

Supra pe· t· g· ⁊c. Hie· Ventrē· lxx· addiderunt: sed in hebreo habet̄ pectus tantū: vt calliditatem ⁊ versutiā cogitationū ei⁹ apiret· id est· ⁊ q omnis gressus eius nequitie est ⁊ fraudis.

Gre. In mor· li· xx· Pectore ⁊ ventre re· Malū luxurie aut cogitatione perpetrat̄· aut ope. Hostis em̄ cū ab effectu operis expellit̄: secreta cogitationis polluere molit̄. Ventre repit: dū lubricus p membra humana sibi subdita luxuriā exercet in ope. Serpit pectore: dū polluit in cogitatiōe Sz q: p cogitationē ad opa venit̄: pri⁹ pectore ⁊ post vētre describit̄ repe

Inimicicias ponā inter· t· ⁊c. Grego· in mor· Caput serpentis cōterere· est initia suggestionis manu sollicite cōsiderationis a cordis aditu extirpare. qui cū ab initio dephenditur: pcutere calcaneo molit̄. q: quem prima tentatōne nō pcutit: decipe in fine tendit. Si aūt cor in tentatōne corrumpit̄ sequentis actionis medietas ⁊ terminus ab hoste possidetur. q: totā sibi arborē fruct⁹ ferre cōspicit: quā veneni dente in radice viciauit·

Hie· Ipsa seruabit ca· t· ⁊ tu seruabis ei⁹ calcaneū. Meli⁹ in hebreo habet̄: Ipsa conteret caput tuū: ⁊ tu conteres calcaneū eius. quia ⁊ nostri gressus prepediūtur a colubro: ⁊ dominus conteret sathan sub pedib⁹ ei⁹.

me· ⁊ comedi. Et ait dominus de⁹
dyabolum qui occulte serpit: sicut em̄ p serpētem loquebatur· ita in serpente maledicitur.
ad serpentem· q: fecisti hoc: maledictus eris inter omia animantia
superbiā· q: in pectore impetus animi dn̄at̄. in quo doli· ⁊ insidie.
⁊ bestias terre. Supra † pect⁹ tuū
† in hebreo habet asphar· i· fauillaz vel puluerem. peccatores. terrena opera.
gradieris: ⁊ † terram comedes cunctis diebus vite tue. Inimicicias
dum potestatem habes decipiendi.
† partē animalē qua tentat. ecclesiā. genus humanum. prauam suggestionem· ⁊ omnē iniquitatem. originale peccatum.
ponaz inter te ⁊ † mulierē: ⁊ semē
† fructū qui est christus. fructū boni opis. ecclesia. resurgente christo.
tuū ⁊ † semē illius. Ipsa cōteret
† Qd̄ est mors· vnde sup aspidē et ba· ambu· initium suggestionis. vt capias eam· i· supplantabis christum vt moriatur.
† caput tuum: ⁊ tu insidiaberis
† si ī illicita labatur· vel fini cui maxīe insidatur dyabolus. histo· patet. que significat
† calcaneo eius. Mulieri quoq̄
illam partem anime· que gaudet carnalitate.
dixit deus: Multiplicabo erumnas tuas· ⁊ conceptus tuos. In
difficultate vincende praue ꝯsuetudinis.
dolore paries filios tuos· ⁊ sub
rationis. per consuetudinē bonaz. vt spiritus dominetur carni. victa consuetudine praua cautius obtpabis rationi. ne ad aliquā perniciosam consuetudinem defluas.
viri potestate eris: ⁊ ipse dominabitur tui. Ade vero dixit· q: audisti vocem vxoris tue: ⁊ comedisti de ligno ex quo tibi preceperā ne comederes. Maledicta terra
hiero· nō ruris colendi· sed peccato· sicut in hebreo habetur. inueniende veritatis.
in † opere tuo. In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vite
· viciorum. punctiones tortuasarū questionum· et cogitatōes de pvisione huius vite.
tue. Spinas ⁊ tribulos germinabit tibi· ⁊ comedes herbas terre. In sudore vultus tui vesceris
i· donec finias hanc vitam.
pane tuo: donec reuertaris i terrā

Mulieri quoq̄ ⁊c. Aug· Histo· Hec figurate ⁊ prophetice melius intelligunt̄. Sed quia dolor ⁊ gemitus parturientis de corpe mortis est: q̄ transgressione concepta est. refert̄ ⁊ hec pena ad pprietatē littere. Sz qd̄ dictum est: Sub viri potestate eris: ⁊ ip· d· t· Videndū est quomodo proprie possit accipi. Sic em̄ ⁊ ante peccatū facta est: vt vir ei dominaretur. ⁊ ad eum conuersa seruiret. Sed potest intelligi hanc seruitutez potius esse condicionis q̄z dilectōis. vt etiā talis seruitus qua postea homines seruirent hominib⁹ de pena peccati orta repiatur. possunt igit̄ cōiuges p charitatē seruire inuicē. Sz mulier in virum dominari ñ pmittit̄· qd̄ nisi caueatur: depravabit̄ natura ⁊ augebit̄ culpa.

Multiplicabo erumnas ⁊c. Manifestū est multiplicatos esse dolores mulieris atq̄ suspiria. Sz sacramentū magnuz est. Nemo em̄ a voluptate carnali abstinet· qui nō patiat̄ in exordio dolores: donec cōsuetudo vertatur in melius. Sz cū ad hoc peruenerit· natus est quasi filius· i· ad bonū paratus affectus p consuetudinē bonā: sed prius reluctatum est cū dolore consuetudini male. Sub viri potes· eris ⁊c· Hoc est cū illa ps anime que carnalib⁹ gaudet· malā consuetudinē volens vicerit· difficultatē ⁊ dolorē passa· ⁊ bonā pepererit· cautius obtempabit viro· i· rationi· ⁊ libentius seruiet iubenti: ne in perniciosam cōsuetudinē defluat. Sententiā vero in adam datam patet· q: nemo euadit. Maledicta· t· in· o· t· Hoc em̄ ipm q quisq̄ in hac terra natus difficultatem patit̄ inueniende veritatis: ex corruptibili corpore habet. Corpus em̄ qd̄ corrumpit̄ aggrauat animā. hinc dolores ⁊ tristicie. hec profert homini terra. Spine ⁊ tribuli· punctiones tortuosarz questionū· ⁊ cogitatōes de prouisione huius vite. que nisi extirpata proijciant̄· suffocant verbū: ne in homine faciat fructum. hec patit̄ qui colit agrum suum: donec in terrā de qua sumpt⁹ est redeat· i· donec hanc vitam finiat.

Maledicta terra ⁊c· Aug. Histo· Hos esse labores humani generis in terra nemo ignorat· ⁊ q nō esset: si felicitas q̄ erat in padiso teneret̄· indubitanter constat.

Stra· Terra maledicit̄ nō adā· vt cuncti pter quos h̄ scripta sūt terrerent̄: ne similia faciētes sili pena plecterent̄. Ipe vero cayn· q: prime puaricatōi fratricidiū addidit maledicit̄· cū dicit̄: Maledict⁹ eris sup terrā ⁊c

Alc· Terre maledixit nō aquis· q: hō de fructu terre ꝯtra vetitū manducauit: nō de aq̄s bibit. ⁊ in aq̄s erat pctm̄ abluendū de fructu terre ꝯctum Aialia quoq̄ terrestria pl⁹ maledictōis habēt: q̄z aq̄tilia. q: pl⁹ viuūt de maledicta· t. Vñ xp̄s p⁹ resurrectōez d̄ pisce mādūcauit: ñ d̄ terrestri aīali

Gre. In mor· Maledicta· t· i· o· t· De⁹ maledicit hōi peccāti: ⁊ hō maledicere phibet̄. Sz maledictū duob⁹ modis d̄r: aliud pbat̄: aliud impbatur. aliud em̄ ex iudicō iusticie: aliud ex liuore vindicte. Maledēm in iudicio iusticie est: maledicta· t· in· o· t· ⁊ qd̄ abraā d̄r: Maledicā maledicētib⁹ tibi. De eo vero qd̄ fit liuore vindicte d̄r: Nolite maledicere: ⁊ alibi· ma· reg· d· n· p· Viri quoq̄ sācti maledicūt nō desiderio vindicte: s̄ vltōe iusticie. Int⁹ em̄ sublime dei iudiciū aspiciūt: ⁊ mala foris exurgētia q̄ maledicto debeāt feriri ꝯgnoscūt. ⁊ ñ peccāt: q: ab interno dei iudicio nō discordant. Hinc petr⁹ ait: Pecunia· t· t· s· i· p· qd̄ em̄ nō ait: est· s̄ sit· nō indicatiuo s̄ optatiuo mō se dixisse indicauit. hinc helias Si hō dei sū· descēdat ig· de· c· ⁊ ꝯsumat vos. quoz tñ sñiaz rōe veritatis, platā exit⁹ mōstrauit. Simō em̄ eterna dānatōe interijt: ⁊ duos quinq̄genarios flama ꝯbussit.

In laboribus ⁊c. R· Spine antea erant· sed non vt laborē homini

inferrent· cui post peccatum fuerunt ad laborem ⁊ afflictionē· sicut serpen-tes· ⁊ quecunq̧ noxia ante erant innoxia. Et notandū φ ade extrinseca pe-na imponitur· maledicta· t· i· o· t· mulieri vero intrinseca· cū dicitur: Multi-plicabo· e· t· ꝛc. quia seducta· seduxit virum.

Puluis es ꝛc. Grego. Homo ita conditus fuit: vt manente illo· dece-derent tempa: nec cū temporib⁹ trāsiret. Stabat ergo in momentis decur-rentib⁹: nec ad vite terminum p dierum incrementa tendebat. quia semper stanti inherebat· vbi vetitū contigit· offen-so creatore: ire cepit cū tempore: Vn̄ ter-ra es: ⁊ in terrā ibis. Statu scʒ immorta-litatis amisso: cursus eum mortalitatis ab-sorbuit. ⁊ ad mortem transeundo didicit: stando quid fuit. cu-ius radicis amaritu-dinē quasi in virgul-to tenemus: quia ei⁹ cursum nascendo sor-timur· vt ipso momē-to quo viuimus a vi-ta transeamus. dum infantia ad puericiā· puericia ad adolescē-tiam· adolescētia ad iuuentutem· iuuent⁹ ad senectutem· sene-ctus transit ad mortē.

Et uo. n. v. s. e. ꝛc. Aug. Verba primi hominis hec fuerunt qm̄ hec ē mater oīm viuentiū· tanq̧ reddat causam nominis a se impositi· cur· s· euā vocauerit.

Mistice. Post peccatum ⁊ iudicis sententiā vocauit adam vxorē suā euam: q̄ sit mater viuorū· cum mortem ⁊ mortales fetus parere merue-rit. Sed illos fetus scriptura attendit: quos in dolore cum peperit· ad vi-rum conuertitur: vt ei dominetur. Sic eīm est vita ⁊ mater viuoꝝ· vita in peccatis mors dicitur. Recte ergo pars animalis cum p rationē de verbo vite affectum recte viuendi concepit: vita appellatur· ⁊ mater viuoꝝ· i· bo-noꝝ. q̄uis in dolore ⁊ gemitu male consuetudini resistens· bonā consuetu-dinem ad recta facta pepererit. quib⁹ contraria sunt peccata: que mortua solent appellari. Mors autē que debetur nature· post peccatum in tunicis pelliceis figuratur. tandiu aūt in paradiso fuerunt· q̄uis sub sententia dā-nantis dei: donec ad tunicas pelliceas ventum est· hui⁹ vite· s· mortalitatē. Bene aūt mors quā in corpore sentimus: in pellib⁹ exprimitur· que mor-tuis corporib⁹ detrahuntur.

Fecit quoq̧ d. d. ꝛc. Aug. Hoc quoq̧ significatōis causa factū est· ⁊ in factis queritur· quid factum sit: ⁊ quid significet: ⁊ in dictis· quid di-ctum sit: quid ue significet.

Stra. Ipsi fecerūt sibi perizomata: vt peccatū suum absconderent. de⁹ vero tunicas pelliceas· quibus totum eoꝝ corpus induit. quia ⁊ in corpore et ī anima eos iuste damnauit. Stulta vero questio est: qualiter vel quo operante pelles ab animalib⁹ deducte sint· querere qui eīm de nichilo oīa condidit: quomodo ⁊ qualiter voluit hec fecit.

Et ait Ecce a. f. e. q. ꝛc. Aug. Hi. Propter trinitatē pluralis nume-rus ponitur: sicut ⁊ ibi faciamus ho· ꝛc. Replicatur igitur in caput supbi ad quez venerit exitum: qđ a serpente est suggestū· eritis sicut dij. nec sunt verba insultantis dei: sed a supbia deterrentis alios· videntes hominem non esse factum qualem voluit: sed amisisse qđ factus sit. Videte ne forte sumat de ligno vite ꝛc. Superiora verba dei sunt. hoc aūt factum est pro-pter verba dei secutū· alienatus est a vita· nō solū quā cū angelis erat ac-cepturus si perstitisset: sed ab illa quā in paradiso habebat quasi excōmu-nicatus a ligno vite· qđ erat ei pro sacramēto. sicut in ecclesia solent homi-nes a sacramentis visibilib⁹ ecclesie disciplina remoueri.

¶Gre. Arca que trecentis cubitis fieri in longitudine iussa est·quinquaginta in latitudine·triginta in altitudine·vno cubito ꝯsūmata est·ecclīā nanq̄ significat: que inferius ampla·supius angusta. q: ab ea latitudine quā adhuc in membris infirmantib⁹ habet: paruper angustata ⁊ in altum pficiens·ad vnū tendit. Ratio eīm exigit·vt in arcę longitudine·omēs be

¶In cubito·c·s·e. Sic ęcclesia in vnitate collecta sublimatur atq̄ pficitur. Unde qui non colligit mecū dispergit.

¶Hostiū aūt·a·p·ꝛc. Nemo eīm intrat ecclesiā nisi p sacramentū remissionis peccatorū·qd de latere apto emanauit.

¶Cenacula et tristega ꝛc. Lxx· Bicamerata ⁊ tricamerata·ex omib⁹ eīm gentib⁹ vel biptitam multitudinē ꝯgregat ecclesia: ex circūcisione ⁊ p̄putio. vel tripertitam ex tribus filijs noe·quorū progenie repletur orbis. inferiora autem arcę distincta sunt: quia in hac vita terrena est diuersitas gentium. In sūmo aūt omēs ꝯsūmant in vnum: q: oīa ⁊ in oībus xp̄s.

¶Alc· Congrue arca in sūmo velut tecto quodam angusto cacuminata est: vt imbriū minas diffunderet·⁊ ima in aquis stabilitate quadrata ꝯsistens·nec impulsu ventorū·nec impetu fluctuū·nec inquietudine animalium que intus erant: inclinari posset aut mergi.

¶Grego· Arca in inferiorib⁹ ampla·in superiorib⁹ angusta·in summitate ad vnius cubiti mensurā excreuit. Inferius eīm quadrupedia ⁊ reptilia. Superius vero aues ⁊ homines habuisse creditur. Ibi lata: ubi bestię. Ibi angusta·vbi homines. q: in carnalib⁹ ampla: in spiritualib⁹ angusta. Ubi eīm bestiales tolerat·lati⁹ sinum laxat·vbi rationales habet: ad summū ducitur. Lata est quippe vita·que ducit ad pditionē: ⁊ multi vadunt per eam. Angusta est porta: que ducit ad vitam·⁊ pauci veniunt ad eam. Arca in summis angustatur: vsq̄ ad vnū cubitū. q: in ecclesia: q̄to sanctiores tanto pauciores: qui in summo ad illum pducuntur: qui solus homo: sine ꝯpatione sanct⁹ nat⁹ est·sic passer vnic⁹ in ędificatōe. Tāto ergo magis mali tolerandi sunt: q̄to plures sunt: q: in areę tritura: pauca sunt grana·que in horreis seruant·grandes acerui paleārū q̄ ignib⁹ cōburunt.

¶Gre. Nora·aūt qui se ab amore mundi ꝯuertit in corde ędificat arcam salutis. habens in se longitudinem·i·trinitatis fidem. ac longitudinē vitę ⁊ immortalitatis. Latitudinē·in charitate·qua potest benefacere etiā inimicis. altitudinem in spe: qua se erigat ad cęlestia ⁊ summam actuū suorum ad vnū referat.

¶Et ex cunctis·a·ꝛc. Augu. Querit de minutissimis animantib⁹·quales sunt mures ⁊ stelliones·quales ⁊ muscę ⁊ scrabones·scarabei ⁊ pulices si numerus seruatur? Sed que non ex coitu generātur·sed de terrę humore vel cadauerum vel aliarum rerum corruptione nascuntur·nō fuit necesse in arca esse. qd innuitur cū dicitur de volucribus iuxta genus suū·⁊ de iumentis in genere suo. Illa quoq̄ que in domibus versant sicut pulices

mures·muscę: nō fuit necesse secundū numerū esse· quę intelligunt tunc in domibꝫ plura fuisse. Que aūt ex cōmixtione diuersi generis nascunt: sicut muli·burdones· ⁊ hmōi·nō est dicendū in arca fuisse. Que autē in aquis ⁊ in terris cōmuniter viuunt·sic luteres vituli marini extra arcā habebāt loculos pparatos·quibus se possent recipe velut in aridis. De auibꝫ quoqꝫ marinis ⁊ fluuialibꝫ idem sentiendū. Qȝ cuncta animalium genera includuntur in arca·significat qꝺ ex oībus gentibꝫ ⁊ nationibꝫ congregatur ecclesia·sicut in disco petri munda ⁊ immūda sunt animalia·sic in ecclesię sacramētis versant boni ⁊ mali.

Tolles igitur. ꝛc. Solet queri de animalibꝫ q̄ tm̄ putant vesci carnibꝫ vtrū pręter numerū ibi fuerint sine trāsgressione mādati q̄ aliorū alendorum necessitas coegisset includi·vel qꝺ magis credendū est pter carnes alimēta eē potuerunt·q̄ oibus conuenirent. Multa em̄ animalia quibꝫ carocibꝫ ē·fructibꝫ pomisqꝫ vescunt·maxie fico ⁊ castaneis. Potuit ergo vir iustus ⁊ sapiens·et diuinitus admonitus·q̄ cuiqꝫ congrueret·alimoniam pter carnes repire·et condere· ⁊ oibus vesci cogit fames· ⁊ nichil ē qꝺ de⁹ suaue ⁊ salubꝛe facere nō possit·qui etiā vt sine cibo viuerēt·diuina facultate donaret.


Ex oibus·a·m·t ꝛc. R. Non geminatum septenariū·i·xiiij sed tm̄ septem debemus accipe. Similit duo ⁊ duo nō quattuor·sed tm̄ duo, masculū ⁊ feminam. Et notanduz qꝫ munda animalia impari numero·i·septenario introducunt. Immunda vero pari, qꝛ impar numer⁹ virtutis speciem ptendit: par vero infirmitatē. plura sūt mūda: vt egressus noe de arca·haberet q̇d immolaret: ⁊ māducaret.

Isi· Ex omībꝫ·a·m·t·ꝛc. Non qꝫ plures sint boni qꝫ mali, sed qꝛ boni seruant vnitatem spiritus in vinculo pacis, qui septiformi opatione commendatur. Sapientię·intellectus·conscientię·fortitudinis·scientię·pietatis· ⁊ timoris domini. Vn̄ quinquagenarius numerus ad aduentū spiritussancti pertinens·in septies septē consūmatur·qui sunt·xlix·vno addito. Vnde Solliciti seruare vnitatē spiritus in vinculo pacis. Mali vero in binario continentur·tanqꝫ diuisibiles: ⁊ ad scismata faciles. Noe vero cū suis octau⁹ numerat: qꝛ in chꝛisto spes resurrectionis apparuit: qui octaua die·i·post sabbati septimā resurrexit, qui dies a passione tercius, in numero dierū qui p omne tempus voluunt· ⁊ primus· ⁊ octauus.

Aug. Queritur vtrū tam magna arca centum annis potuit fabricari a quattuoꝛ hominibꝫ·i·noe ⁊ filijs eius tribus. Sed si non potuit: non erat magnū alios fabꝛos adhibere. qꝫuis opis sui mercede adepta·nō curauerunt vtrum noe sapienter·an inaniter faceret: ⁊ in eā non intrauerunt·qꝛ non crediderunt qꝺ ille credidit.

omni reptili terrę secundū genus
† spontenō hominis actu sed dei nutu.
suum. bina de oīb⁹ † ingredient
† ne diluuio perirent.
tecum·vt † possint viuere. Tolles
quasi quereret vnde viueret.
igitur tecum ex omnibus escis q̄
mandi possunt·et compoꝛtabis
apud te: ⁊ erūt tam tibi qꝫ illis in
cibum. Fecit ergo noe oīa quę
pręceperat ei deus.

C. VII.



Dixitqꝫ dominus ad euz: Ingredere tu ⁊ oīs domus tua in arcam·te eniz vidi iustum coꝛam me in generatione hac. Ex oībus animantib⁹ mū
† vt plura essent·que hominibus pꝛodessent: qꝫ que nocerent.
dis tolles † septena ⁊ septena·masculum ⁊ fęminam. De animātib⁹
† oīa munda sunt naturaliter: sed cōparatione melioꝛis nature·quedā dicūtur immunda: sicut bos leone melioꝛ: qꝛ homini necessarioꝛ·pꝛopter quem creata sunt omnia.
vero nō † mundis duo ⁊ duo·masculum ⁊ fęminam. Sed ⁊ de volatilibus cęli septena ⁊ septena·masculum ⁊ fęminam·vt saluent semen suum super faciem vniuerse terrę. Adhuc em̄ ⁊ post dies se-

Ego pluam ꝛc. Isi· Quia omnis reatus cōtra decalogum cōmittitur per vniuersum oꝛbem·qui partibꝫ quattuoꝛ diuidit. Quater vero decem xl·fiunt. siue reatus contrahatur ex prosperitate: qꝺ pertinet ad dies. siue ex aduersitate·qꝺ ad noctes. in baptismo abluitur.

Eratqꝫ sexcentorū annorū ꝛc. Isi· Quingentorū annorū erat noe cū pręcepit ei dominus vt arcam faceret: ⁊ sexcentorū cū iam ingressus esset. Vn̄ colligitur p·c·annos arca fabꝛicata. Centū vero anni significant singulas ętates seculi. Vnde sexta cōpletis quingētis vsqꝫ ad sexcentos·significat ī manifestatōe euāgelij ecclesiā construi. Qui ergo vult vitā·sit lignum quadꝛatū·paratus ad omne opus bonū: ⁊ intret in fabꝛicam sanctā. Secūd⁹ quoqꝫ mensis sexcētesimi anni·significat senariā ętatem. duo em̄ menses sexagenario concludunt. A senario autē sexaginta nuncupant. ⁊ sexcēti ⁊ sex milia ⁊ sexcenta milia·et deinceps in maioꝛibꝫ summis·dū p eundem articulum numer⁹ consurgit. Qꝺ vigesimus ⁊ septim⁹ dies memoꝛatur·ad quadꝛaturā pertinet de qua supꝛa scriptū est. Sꝫ ⁊ hic aptius dicenduz: qꝛ nos ad omne opus bonū paratos trinitas efficit. Memoꝛia qua deuz recolimus. intelligentia qua cognoscim⁹. ⁊ amoꝛe quo diligimus. tria eniz ter ⁊ hꝯ ter· fiunt·xxvij·q̇ est ternarius quadꝛat⁹.

Ingressus est noe ꝛc. et uxor ꝛc. Rab· Notanduz qꝫ seoꝛsuz ingreditur in arcā noe cū filijs suis ⁊ vxores eorū seoꝛsuz. Ideo distincte dicit Ingressus est noe et filij eius· ⁊ distincte addit· vxoꝛ ei⁹ ⁊ vxores filiorū eius. Mixtim aūt viri cū mulieribus egressi sunt. Sic em̄ scriptum est: Egressus est noe ⁊ vxoꝛ eius. Tēpus em̄ amplectendi: ⁊ tempus abstinendi.

Cūqꝫ transissent ꝛc. Isi· Quia in spe futurę quietis·quā significat septimus dies: baptizamur. omnis caro extra arcam diluuio consumpta est. qꝛ extra ecclesiā aqua baptismi qꝫuis eadem sit·non valet ad salutem sed ad perniciem.

Anno sexcentesimo. Alc· Notandum qꝫ sexcentesimo anno inundauerunt aquę diluuij: quia sexta ętate mundi·pꝛimo commendatum est sacramentum baptismi· ⁊ hoc septimadecima die secundi mensis: quia denarius decalogum significat. Septenarius pꝛopter sabbatum septimam requiem significat. ⁊ quia in decalogo renunciatio vicioꝛum videtur·quicūqꝫ in baptismo initiatur pꝛopter ęternam requiem: omnibus intus se abrenunciare pꝛofitetur.

Catharactę. Fenestrę·nubes·s·quę sūt aperte: vt inde insolite ⁊ maioꝛes pluuię funderent. Catharactę vero ppꝛię·hostia nili: sed abusiue p omnibꝫ fenestris ponuntur.

ptem ego pluam super terrā quadraginta diebus ⁊·xl·noctibus:
sepe maloꝛum nequitiā increpando replicat·mala ventura denunciat·vt vel sic ad penitentiam moueat.
⁊ delebo omnē substantiā quam feci de superficie terrę. Fecit ergo noe oīa quę mandauerat ei dn̄s. Eratqꝫ sexcentoꝛū annoꝛū·quando diluuij aquę inundauerūt sup
seoꝛsum viri
terram. ⁊ ingressus est † noe ⁊ filij
† seoꝛsū femine·qꝛ abstinendū est in afflictōe
eius· † vxoꝛ eius: ⁊ vxoꝛes filioꝛū illius cū eo in arcaz·propter aq̄s diluuij. De animantibus quoqꝫ mundis ⁊ immundis· ⁊ de volucribus cęli· ⁊ ex omī qꝺ mouetur
† nutu diuino·quomodo adducta sunt ad adā vt nominaret ea.
super terram·duo ⁊ duo † ingressa sunt in arcam ad noe·masculus ⁊ fęmina: sicut pceperat deus noe. Cumqꝫ trāsissent septē dies: aquę
diuino nutu.
diluuij inundauerunt sup terram
† qꝺ supius pretaxatū est p oꝛdine exequitur.
† nisan qui a latinis maius dicitur.
† Anno sexcētesimo vitę noe· † mēse secūdo· septimodecimo die mēsis· rupti sunt oīs fontes abyssi
vt nō sensim de moꝛe fluerent: sed repentina inundatione terram operirent.
magnę· ⁊ catharactę cęli apertę sūt

Rꝫ. De arca solet queri vtrũ tanta capacitate quanta describit᷑ anima lia oĩa que ingressa dicunt᷑ ⁊ escas eoꝝ ferre potuerit: Qđ cubito geome trico soluit origenes. asserens nõ frustra dictũ esse moysen omni sapientia egiptioꝝ fuisse eruditũ: qui geometriã dilexerunt. ⁊ cubitum geometricum quantum sex nostros continere.

Bina et bina ꝛc. Aug. Precepit su perius septena ⁊ septe na de mundis. duo ⁊ duo tolli de immun dis Quomodo ergo nũc dicit duo ⁊ duo intrasse. siue de mun dis: siue ꝺ immũdis. sed hoc refert᷑ nõ ad numerũ mundorũ ⁊ immundorum: sꝫ ad masculũ ⁊ feminam. In oĩbus eñ duo sunt: masculus ⁊ fẽia Notanduꝫ vero qđ dicitur. In qua erat spiritus vite: nõ solũ de hoĩbꝫ: sed ⁊ de pe coribꝫ dictum. qꝛ qui dam de spiritusãcto volũt intelligi: quod scriptũ est. insufflauit in faciem eiꝰ spirituꝫ vite. Sed quidã co dices habent melius flatum vite.

Quadraginta diebus. ꝛc. Alcui. Quadragenario nu mero pluuia inunda uit: qui tribulationẽ pñie ostendit. Post xl. dies noe fenestraꝫ aperuit: significãs ie iunantibus celũ api ri. Vñ moyses. heli as. ⁊ ipse saluator q̃ dragenario numero ieiunia consecrauit: tanq̃ꝫ tribꝫ temporibꝫ necessaria ante legeꝫ sub lege. sub gratia.

Quindecim. c. a ꝛc. Si terra olimpi montis (vt tradit hi storia) potuit inuade re spaciuꝫ tranquilli aeris. vbi dicitur nec nubes videri. nec vẽ tus sentiri. cur non et aque crescendo. Se ptima vero requies. cum octaua resurre ctione iũgitur. Red dito eñ corpore san ctorum requies nõ fi nitur: que post hanc vitam datur. Sꝫ to tus homo non iã spe sed ipsa re corpore et spiritu ꝑfecta ⁊ imor tali salute renouatus in eternam vitã assu mitur. hoc ergo in sacramento regenerationis nostre. i. baptismo altũ my sterium est. altum qđ. xv. cubitis excreuit aqua super omnem altitudinem montium. Septem eñ ⁊ octo quindecim fiunt. Septenarius quietẽ: octo narius significat resurrectionẽ. Hoc igitur sacramentum resurrectionis ⁊ quietis. transcendit omnem sapientiam suꝑborum: vt non possint indaga re sciẽtie sue altitudine resurrectionis quietem. ⁊ quia. lxx. a. vij. ⁊. lxxx. ab viij. nominãtur. coniuncto vtroq̃ꝫ numero. cl. diebꝫ exaltata est aqua: cõ mendans ⁊ confirmans eandem baptismi altitudinem in consecrando no uo homine ad tenendam quietem ⁊ fidem resurrectionis.

⁊ facta est pluuia super terrã qua draginta diebus ⁊. xl. noctibus. In articulo illius diei ingressus est noe. ⁊ sem. ⁊ cham. ⁊ iaphet fi lij eius in arcam: ⁊ vxor eius: et vxores filiorum eius cũ eis. Ipi ⁊ omne animal secundum genus suum. vniuersaq̃ꝫ iumenta in ge nere suo. ⁊ omne qđ mouetur suꝑ terraꝫ in genere suo. cunctũq̃ꝫ vo latile secundũ genus suũ. vniuer se aues. oĩesq̃ꝫ volucres ingres se sũt ad noe in arcã. bina ⁊ bina ex oĩ carne: in qua erat spiritus vite. Et que ingressa sunt masculꝰ ⁊ femina introierunt: sicut ꝓcepe rat ei deus Et inclusit eũ dominꝰ

(qđ homo facere nõ poterat. ne aque introirẽt deus exterius bituminauit.)

deforis. Factumq̃ꝫ est diluuium quadraginta diebus suꝑ terram Et multiplicate sunt aque: ⁊ ele uauerunt arcam in sublime a ter ra. vehementer eñ inundauerũt: ⁊ oĩa repleuerunt in superficie terre. Porro ferebatur arca su per aquas: ⁊ aque ꝓualuerũt super terraꝫ nimis. Opertiq̃ꝫ sũt oĩes montes excelsi sub vniuer so celo. Quindecim cubitis alti or fuit aqua super montes quos operuerat. Cõsumptaq̃ꝫ est oĩs caro que mouebatur suꝑ terram: volucrum. animantiũ bestiarum omniumq̃ꝫ reptiliuꝫ que reptant suꝑ terram. vniuersi homines. et cuncta in quibus spiraculuꝫ vite est in terra: mortua sũt. ⁊ deleuit omnem substantiam que erat su per terraꝫ. ab homine vsq̃ꝫ ad pe cus. tam reptile q̃ꝫ volucres celi: ⁊ deleta sunt de terra. Remansit autem solus noe: ⁊ qui cũ eo erãt in arca. obtinuerũtq̃ꝫ aque terraꝫ centumquinquaginta diebus.

C. VIII.

(post inundationẽ. xl. dierum.)

Recordatus ẽ autẽ deus noe. cunctorũq̃ꝫ ani mantium. ⁊ omnium iumentorũ que cum eo erant in arca. ⁊ addu

(sanctũ. vl' ventũ cuius flatibus aqua recederꝫ)

xit spiritum super terram. ⁊ immi nute sunt aque. ⁊ clausi sunt fon tes abyssi. et catharacte celi: et prohibite sunt pluuie de celo.

(videtur qđ fluuiorũ ⁊ riuorũ decursus ꝑ ve nas terre ad matricẽ abyssum redeant.)

Reuersẽq̃ꝫ sũt aque de terra. eun tes ⁊ redeuntes: ⁊ ceperũt minui post. c. l. dies. Requieuitq̃ꝫ arca mense septimo: vicesimaseptima die mensis suꝑ montes armenie. At vero aque ibãt. ⁊ decrescebãt vsq̃ꝫ ad decimum mensem. Deci mo enim mense prima die mẽsis apparuerunt cacumina montiuꝫ

Quindecim. c. Sunt qui putãt. nec terre q̃litatẽ talẽ. nec altitudinẽ montium tantam ante diluuiũ fuisse. qualis ⁊ quan ta est hodie.

Deleta sũt de. t. Alc. Ideo magis ter rena animalia perie runt q̃ꝫ aquatilia. qꝛ ꝺ maledicta terra vi uunt. C. VIII.

Adduxit. ꝛc. Alc. De illo spiritu intel ligi potest. de quo di ctum est. Spiritꝰ dei ferebatur suꝑ aquas tunc ferebatur. vt cõ gregatis in suũ locuꝫ terra appareret. nunc adducit᷑: vt ablatis aquis diluuij. faciem terre reuelaret. Po test per spiritũ ventꝰ intelligi. iuxta illud. ⁊ stetit spiritus ꝓcel le. cuiꝰ scilicet flatibꝫ aqua recederet.

Reuerseq̃ꝫ sunt. ꝛc. Alc. Videtur ꝙ oĩs fluuioꝝ decur sus ꝑ occultos meatꝰ ad abyssum redeant Iuxta illud ad locũ suũ vnde exeũt flumi na reuertentur.

Requieuit arca m. ꝛc. Isi. Septena riã requiẽ significat. ⁊ qꝛ ꝑfecti requiescũt ibi: supradicte quoq̃ꝫ quadrature numerꝰ iteratur. Nam vicesi maseptima die secũ di mensis cõmendat᷑ sacramentũ. ⁊ rursus vicesimaseptima die septimi mensis. cõfir matur: cũ arca requie uit. qđ eñ promittit᷑ in spe: exhibet᷑ in re.

Aug. Vtrꝫ post c. l. dies hꝫ facta sũt: aut ꝑ recapitulatõeꝫ oĩa memorata: que post. xl. dies pluuie ceperunt fieri: vt hoc solũ ad. c. l. dies per tineat: ꝙ vsq̃ꝫ ad ip sos montes aqua ex altata. aut de fontibꝫ abyssi iã cessante plu uia. aut qꝛ mansit in altitudine nullo spiritu siccante. Cetera vero que dicta sunt. non post. c. l. dies oĩa facta sunt: sed cõmemorata. q̃ ex fine. xl. dieꝝ fieri ceperunt.

Decimo enim. m. Notandũ ꝙ decimo mense apparuerunt cacumĩa montium: que. xv. cubitis excesserant aque diluuij. quia sacramẽta eterne

quietis ꝛ gloria resurrectionis quā nesciuit sapientia supborum: intellexit eminentia sanctorū p impletionē preceptoꝝ. Unde a mandatis tuis intellexi. Et alibi. Abscondisti hec a sapientib ꝛ pruden. ꝛ reue. e. p.

Egrediebatur et nō re. Isi. Qꝛ post. xl. dies coru nō rediit. aut aqs interceptus. aut cadauere natante illectus; figurat immundicia cupiditatis teterrimos. ꝛ ideo his que foris sunt in mundo nimis intentos. aut rebaptizari aut ab his quos pter arcam. i. ecclesiā baptismus occidit: seduci ꝛ teneri.

Aug. Queritur vtrū coruus mortu sit. an aliquo modo viuere potuerit? Si em̄ fuit terra vbi requiesceret: similit columba requiem inuenisset. Vn̄ conijcitur q cadaui potuit coruus insidere: qd naturaliter refugit columba.

Emisit quoqꝫ. c. Isi. Emissa columba. nec inuenta requie. reuersa: significat p nouum. t. requiem sanctis in h mundo non esse pmissam. post. xl. enim dies emissa est: quo numero vita q̄ i mundo agit designatur.

Strabus. Arca continet coruū ꝛ columbam. ꝛ ecclesia bonos ꝛ malos. Coru emissus nō reuertit: qꝛ reprobi illecebris seculi inherentes pereunt. Columba rediit: portans ramū oliue virētib folijs in ore suo. qꝛ sancti simplicitate gaudentes. mun pacis in ore portant: dicentes. cū his qui oderunt pacē erā pacificꝰ. cū. l. i. ꝛc.

Reuersa est. a. e. Questio est. quomō columba nō inuenerit vbi resideret: cum iam nudata essent cacumina montiū. secūdum narrationis ordinem qd recapitulatione potest solui. vt posterius narrata intelligant q̄ facta sūt prius aut potius. nōdum siccata fuerant.

Cumqꝫ transissent. xl. dies. apiens noe fenestrā arce quā fecerat: emisit coruum. † Qui egrediebatur. ꝛ non reuertebatur: donec siccarentur aque super terraz. Emisit quoqꝫ columbam post eum: vt videret si iam cessassent aque super faciem terre. Que cum non inuenisset vbi requiesceret pes eius: reuersa est ad eum in arcam. Aque em̄ erāt super vniuersam terram. extenditqꝫ manum suam: ꝛ apprehendens eam intulit in arcā. Expectatis autē vltra septem dieb alijs: rursus dimisit columbaz ex arca. At illa venit ad eum ad vesperum: portans ramum oliue virentibus folijs in ore suo. Intellexit ergo noe q cessassent aque super terraz. Expectauitqꝫ nihilominus septem alios dies. ꝛ emisit columbam: que nō est vltra reuersa ad eum. Igitur sexcētesimo primo anno. primo mense. prima die mensis. imminute sunt aque super terram. et aperiens noe tectum arce aspexit: viditqꝫ q exiccata esset superficies terre. Mense scdo. septia ꝛ vicesima die mēsis. arefacta est terra. Locutus est autē de ad noe dicens. † Egredere de arca tu ꝛ vxor tua: filij tui. et vxores filiorum tuorum tecum. Cunctaqꝫ animātia q̄ sunt apud te ex omni carne. tam in volatilibus q̄ in bestijs. ꝛ vniuersis reptilibus que reptant super terrā. educ tecum: et ingredimini super terram. Crescite ꝛ multiplicamini super terrā. Egressus est ergo noe ꝛ filij eius: vxor eius ꝛ uxores filiorum eius cum eo. Sed ꝛ omīa animantia iumēta ꝛ reptilia que repunt super terram secundū genus suum. de arca egressa sunt. Edificauit autem noe altare dn̄o ꝛ tollens de cunctis pecoribus ꝛ volucribus mundis: obtulit holocausta super altare. Odoratus est dominus odorem suauitatis ꝛ ait ad eum: Nequaqꝫ vltra maledicam terre propter homines. Sensus em̄ ꝛ cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Non igit vltra

Interlinear: † in hebreo. egressus eit. exiens ꝛ reuertens donec siccarentur aque. — † coniuncti exeunt viri ꝛ femine qui disiuncti intrauerunt. — quia his replendus erat mundus. redditur prime creature benedictio.

Expectatis ꝛc. Post septem dies alios dimissa columba pter septenariam opationē spūalem; oliue fructuosum surculū retulit. signans multos extra ecclesiā baptizatos. si pinguedo charitatis nō defuerit: posteriore tempe in ore columbe tanqꝫ ī osculo pacis ad vnitatis societatē reduci.

Portans ramū. Alc. Columba ramū oliue. expulso teterrimo alite. ad noe post diluuiū portat. qꝛ columba spiritussancti ad christum post baptismum veniens. ramo refectionis ꝛ luminis. pacem enunciat.

Expectauitqꝫ nichilominus ꝛc. Isi. Post alios septem dies dimissa columba. nec reuersa. significat finem seculi: quando requies sancto erit. nō in sacramēto spei. quo nūc ecclesia sociat. q̄diu bibit qd de latere christi manauit. sed in pfectione salutis: cū tradet regnū deo ꝛ patri. vt in illa pspicua ꝯtemplatione veritatis: nullis egeam ministerijs.

Sexcentesimo. p. Isi. Uite noe. i. pactis sexcētis annis. aperit arce tectū: qꝛ finita sexta etate seculi. reuelatur sacramentū. Vicesima septima die secūdi mensis. dicit siccata terra: tāqꝫ finita sit baptizandi necessitas.

Mense secūdo. Strab. i. maio. Noe annū fecit in arca: et ipsa die qua ingressus fuerat egressus ē. Ingressus est em̄. septimadecima die mēsis secundi. Nunc dicit. qꝛ egressus est septima ꝛ vicesima die eiusdē mensis. Sed sciendū est. qꝛ si psenti diei addāt. xi. qlis luna hodie est tal erit post annum ipa die. Qn̄ ergo noe ingressus ē septimadecima luna. vl septimadecima dies mensis secūdi fuit. Ideo post annum. xi. additis. fuit vicesimaseptima dies. ꝛ vicesimaseptima luna.

Uisti. Mēse secūdo ꝛc. Sicut supradictū est decimaseptima die sexcentesimi anni aqs diluuij terra madefacta est: sed vicesimaseptima scdi mensis arefacta ē. qn̄ pceptū est. ut de arca egrederent. ꝛ pactuz acciperent: ne vltra aqs diluuij perirent. In q̊ intelligi potest qꝛ p. x. ꝛ. vij. sicut supra statuſ inchoantiū significari pt: qn̄ vicijs abrenunciat. p. xxvij. pmotio pfectoꝝ in ꝯsūmatōe virtutū. Si em̄ decē ꝛ septez decē addas. fiunt vigintiseptē. Si em̄. x. pceptis quib peccato renunciat: euāgelicā pfectionē adijcias qua pcipit ne solū n̄ irasci. s etiā inimicos diligere. ꝛ similia. ad illā etatez pfectionis puenisti. in qua nec sacramētis predictis egeas; ꝛ de arca exiēs id est. de spe ad spem perueniens. requiem in sacramentis promissam inuenies.

Egredere de arca. ꝛc. Isi. Iuncti exeunt: qui disiuncti intrauerunt qꝛ nūc caro ꝯcupiscit aduersus spiritū. ꝛ spiritus aduersus carnem. Sz in resurrectione iustoꝝ pfecta pace spiritui corp adherebit. nulla mutabilitatis indigentia vel concupiscentia resistente.

Et tol. ꝛc. Aug. Ingressa sūt ī arcā mūda ꝛ immūda aīalia: s p egressū nō offerūt deo nisi mūda. Qꝛ do ait: nō pcutiā oēm aīam. v. sic feci. ꝛ addidit. q̄ largitate bonitas donat īdignis. forte noui. t. indulgētia figurata est: vt pterita vltio ad legis ptineat seueritatē. hoc ad gratie bonitatē.

Sensus enim ꝛc. Grego. in moꝝ. li. xxviij. Nemo sibi attribuat: si cogitationes vicerit. quia corruptionis malū qd quisqꝫ ab ortu carnaliuz

desiderioꝝ sumpsit exercet in ꝑuectu etatis. ꝛ nisi ħ citi⁹ diuine fortitudinis reprimat man⁹: omē bonū nature culpa vorati ꝑ fundū. Neqꝫ q̇ plantat est aliq̇d. neqꝫ q̇ rigat: sed q̇ īcre. dat. deus. C. IX.

Crescite et multiplicamini. Nō in terrorē ceteris aīalib⁹ ꝑponit̄ in solatiū trāsacte uīdicte. ꝛ ne pauci hoīes a pluribꝫ bestijs opprimant̄. ꝛ sciant se irrationabilibꝫ ħ nō rōabilibꝫ dn̄ari

Et terror ac t. Greg. Homo nō rationabilibꝫ. ħ irrōabilibꝫ ꝑlat⁹ est natura. ideo dicitur ei: vt ab aīalibꝫ nō ab hoīe timeat̄. q꞉ contra naturā supbire. est ab eq̄li velle timeri. Unde antiq̇ p̄res nō reges hoīm: ħ pastores pecorum fuisse dicunt̄. Om̄s ergo hoīes natura eq̄les genuit. ħ ꝑ varijs meritis alijs alios dispensatio dei iusta. ħ occulta ꝑponit. vt humana formidine peccare metuant: q̇ diuina iudicia nō formidāt. Nō autem ꝑpositi ex ħ timore supbiāt: in quo nō suā gloriā ħ subditorum q̄rāt iusticiā. Nō em̄ hoībꝫ sed bestijs dn̄ant̄: q꞉ ex qua pte bestiales sunt: ea formidini sbstrati sūt Manu ergo humillime ꝯsiderationis p̄mend⁹ est tumor elationis. Si em̄ apud semet ipsā mens descēderit d̄ vertice culminis. inueniet planiciem naturalis equitatis. ut nō ꝑesse gaudeat: sed ꝓdesse.

Carnē cū. s. Isi. Dant̄ eis cūcta aīalia in escā. q꞉ in uocatione gentiū ad fidē nulla distātia est: qd̄ in disco petri figurat̄ Sāguinē māducare ꝓhibent̄: ne vita pristina quasi suffocata in ꝯsciētia teneat̄: sed effundat̄ ꝑ ꝯfessionē

Esus carnium ꝯcessus videt̄ post diluuium. ꝓpt̄ infecunditatem terre. ꝛ hominis fragilitatē.

Ecce ego statuā. ꝛc. Testamentū posuit deus inter se ꝛ homines. ꝛ

corporali iudicio.
percutiam omnē animā sicut feci cunctis diebus terre. sementis ꝛ messis ꝛ frigus ꝛ estus estas ꝛ hyems. *seruiendo homini.* nox ꝛ dies non requiescent

C IX.

BEnedixitqꝫ deus noe ꝛ filijs ei⁹. ꝛ dixit ad eos: Crescite ꝛ multiplicamini. ꝛ replete terram. Et terror ac tremor vester sit supra cun- *nō hominibus ſꝫ irrationalibus preponitur homo.* cta animalia terre. ꝛ sup omnes volucres celi: cum vniuersis que mouentur in terra. Om̄es pisces maris manui *potestati.* vestre traditi sunt: et omne qd̄ mouetur ꝛ viuit erit vobis in cibum. Quasi olera virentia tradidi vobis om̄ia: excepto ꝙ *q꞉ sedes anime in sanguine est.* carnem cum sanguine non comedetis. Sanguinem em̄ animarum vestrarum requirā de manu *fortiū hominum.* cunctaꝝ bestiaruꝫ: ꝛ de manu hominis. De manu viri. ꝛ de manu fratris eius requiram animaꝫ *omnē hominem fratrem omnis hominis vult intelligi: quia ex vno omnes.* hominis. Quicunqꝫ fuderit sanguinem humanum: fundetur sanguis illius. Ad imagineꝫ quippe dei factus est homo. Uos autem crescite ꝛ multiplicamini: ꝛ ingredimini super terraꝫ. ꝛ implete eā.

Hec quoqꝫ dixit deus ad noe et ad filios eius cū eo: Ecce ego statuam pactum meum vobiscum. ꝛ cum semine vestro post vos. ꝛ ad omnem animā viuentem que est vobiscum. tam in volucribus q̄ in iumentis ꝛ pecudibus terre. cunctisqꝫ que egressa sunt de arca et vniuersis bestijs terre. Statuaꝫ pactum meum vobiscū. ꝛ nequaq̄ interficietur om̄is caro ab aq̄s diluuij: neqꝫ erit deinceps diluuium dissipans omnē terrā. Dixitqꝫ deus: Hoc est signum federis qd̄ do inter me ꝛ vos: ꝛ ad omnē animam viuentem que est vobiscuꝫ in generationes sempiternas. Arcum meum ponam in nubibus: ꝛ erit signum federis inter me et terram. Cumqꝫ obduxero nubib⁹ celum. apparebit arcus meus in nubibus. et recordabor federis mei vobiscum. et cum omni anima viuente que carnem vegetat: et nō erunt vltra aque diluuij ad delendā vniuersam carnem. Erit *ceruleo colore designans preteritū diluuium igneo futurum iudiciū.* ꝗ arcus meus in nubibus. ꝛ videbo illum. ꝛ recordabor federis *finiti vel habiti* sempiterni qd̄ pactū est inter deū ꝛ animam viuentem vniuerse carnis que est super terram. Dixitqꝫ dominus ad noe: Hoc erit signū federis quod constitui inter me ꝛ omnem carnē super terram. Erāt igitur filij noe qui egressi sunt de arca ǀ sem ǀ chaꝫ ꝛ ǀ iaphet. *i. nomē vel nominatus. i. callidus. i. latitudo.* Porro chā ipse est pater chanaan. Tres isti sunt filij noe: ꝛ ab his dissemi natum est omne genus humanū super vniuersam terrā. Cepit aūt Noe vir agricola exercere terrā. *christus homo factus.* et plantauit vineā. *vinea dn̄i sabaoth. domus israel est.* ꝛ bibēs vinū

omnem animā viuā: ne perdat eam diluuio. arcū. s. qui apparet in nubibꝫ: q̇ nūq̄ꝫ nisi de sole resplēdet Illi em̄ non pereunt diluuio sepati ab ecclesia. qui in ꝓphetis ꝛ in oīb⁹ sanctis scripturis tanq̄ꝫ ī dei nubibꝫ agnoscūt gloriā christi: nō suā q̄runt Sed ne adoratores hui⁹ solis ītumescāt sciant ita christum significari ꝑ solē: sicut ꝑ leonem. ꝑ agnum per lapidem. similitudinis causa: nō ꝓprietatis substantia.

Arcū meū. ꝛc. Alc. Arcū dedit de⁹ in signuꝫ securitatis. Ne hoīes formidolosi timerent altero diluuio deleri pluuiaꝝ inundatōes sepe cernentes. Hic ī celo positus est. vt ab oībus videri possit. ꝛ ꝑ quacūqꝫ tribulatione ad eū attollam⁹ oculos cordis: q̇ habitat in celis. q꞉ vero arc⁹ nō est: nisi ex radijs solis ꝛ humida nube. videtur ꝙ ante diluuium nō fuissent pluuie. poterat aūt ex rore ꝛ fōtiuꝫ inundatione terra fecundari.

Stra. Arcus duos habet colores ceruleum. ꝛ igneum. Qui duo iudicia exp̄mūt Unū aque qd̄ ꝑterijt. Aliud ignis qd̄ venturꝫ credit̄ in fine seculi. Unū ceruleus color extrīsec⁹. Igneus ꝟo intrinsecus.

Erant igitur filii Hiero. Sepe. lxx. nō valentes het litteraꝫ. q꞉ duplicē aspirationem sonat: in grecuꝫ vertere. chi grecā addiderunt. docētes in hmōi vocabulis esse aspirandum. Unde cham transtulerūt. ꝓ eo ꝙ est ham. a quo egiptus vsqꝫ hodie līgua egiptiorum dicitur ham.

Bibens uinum Christus quoqꝫ inebriatus: duꝫ passus. nudatus: dū crucifixus. In tabernaculo suo. i. inter domesticos sanguinis sui. tūc nudata est mortalitas carnis: iudeis scandalū. gentibus stulticia. ipsis autē vocatis iudeis ꝛ gentibꝫ quasi sem. ꝛ iaphet. dei

virtus z dei sapientia. quia qd stultum est dei: sapientiꝯ est hominibꝯ.

Alc. Post diluuiū noe inebriatus est: quia forte nesciebat vino posse inebriari. nec em̄ ante diluuiū legunt homines vino vsi. Ideo de noe specialiter dicitur. q plantauerit vineā. Nudatio femoris sequit ebrietatem sicut libido satietatem.

Quod cū uidisset zc. Isi. Judei christi mortem videntes subsannauerunt. Sem vero z iaphet duo populi ex ꝑputio z circūcisione credentes auersi operuerūt. nec viderunt. quodā velamēto passionē xpi tegimus. i. sacramento honoramus. eiusq mysterij rationem reddentes. a iudeoꝝ detractione opimus. Vestimentum em̄ significat sacramentū: dorsa memoriam ꝑteritorum. Passio em̄ est trāsacta: nō expectatur futura. Cham vidit: q in nece dn̄i consensit. Foris nunciauit: q p eū est manifestuz: qd erat in ꝑpheta secretuz. Ideo fit seruus seruoꝝ fratrum suoꝝ: q gens illa christianoꝝ scrinaria baiulat legem et ꝑphetas in testimonium ecclesie: vt honoremus p sacramentū qd illa littera nūciat.

Quod cū zc. Heretici i maledicta medietate reputant: q nec in pariete qui ex circūcisione credidit. agnoscuntur. de quo apostoli. Nec in illo qui ex ꝑputio. ex quo gentes in vnitatē fidei tanq in pacē anguli concurrentes.

At uero sem zc. Greg. in mor. Auersari dicimur qd reprobamus. Quid est ergo q filij verēda patris superiectis dorso pallijs auersi veniendo operuerūt: nisi q a bonis subditis sic ꝑposito z suoruz mala displicent: vt ab alijs nota occultent. operimentum auersi deferunt. q diiudicantes factum. z venerantes magistrū nolunt videre qd tegunt.

† calice passionis. † passus. † crucifixus. vbi infirmitas mortalitatis apparuit.
† alu in domo. i. in gente sua. s. iudaica.
† q neci christi consensit † israhel scd̄m carnē † medius frater. i. populus iudeorum. qui nec primatū apostolorū tenuit: nec vltimus in gentibus credidit. † mortalitatē patris nudatā.
† per literam legis z prophetie.
† duo filij. maximus z minimus. duo populi sunt.
† sacramentum transacte passionis.
† velamēto honorantes. vnde sint nati sciētes
† q in necē christi nō consenserunt.
† prophetico spiritu.
plebs iudaica que dn̄ christū crucifixit penaz in filios transmisit dicens. sanguis eius sup nos z super filios nostros.
† ex quo iudei.
† ex quo gentes. † conuenientibus in ecclesia iudeis z gentibus. † ecclesijs. quas ꝯstruxerunt apostoli prophetarū filij.
† scriniarius diuinorū librorū.

inebriatꝯ ē: z nudatus iacuit in tabernaculo suo. Qd cū vidisset chā pater chanaan verēda pr̄is sui esse nudata: nūciauit duobꝯ fratribus suis. At vero sem et iaphet pallium imposuerūt humeris suis. z incedentes retrorsum: operuerunt verēda patris sui: faciesq eorum auerse erant: z pr̄is virilia non viderunt. Euigilans aūt noe ex vino. cū didicisset que fecerat ei filius suus minor. ait: Maledictus chanaan puer: Seruus seruorum erit fratribus suis. Dixitq: Benedictus deus sem sit chanaan seruus eius. Dilatet deus iaphet. z habitet in tabernaculis sem: Sitq chanaan seruus eius. Vixit aūt noe post diluuium. ccc. l. annis: z impleti sunt omnes dies eius nongentorum quinquaginta annorum. z mortuus est.

Maledictus. c. Greg. in mor. li. xxvi. Nō ꝑmittit deus multa peccata: sed ita iudiciū in nostra correctione incipit: vt in reproboꝝ damnatiōe quiescat. Incipit em̄ iudiciū a domo dei. Quis ergo finis eoꝝ qui nō crediderunt: qui temporalia flagella nō sentiunt. q in eternū peribunt quoꝝ nequitia cham peccante figurata est. Cui dicitur: Maledictus chanaan puer zc. Patre peccante. filius sententiā accepit. q reproboꝝ nequitia h diu proficit: sed perit in posterum.

Benedictus deus sem. Cum deus sit omniū gentium. quasi ꝑprio vocabulo etiā in ipsis gentibꝯ dicit deus israel. qd est ex benedictione iaphet. q in populo gentiū orbem terre occupauit ecclesia. qd ꝑnunciabatur cū diceretur: dilatet deus iaphet.

Chanaan. Strab. A quo chananei. qui hac maledictione prophetant expellendi de loco habitationis.

Dilatet deus. i. zc. Hier. De sem hebrei. de iaphet gentiles. Quia igitur lata est multitudo credentiū. a latitudine que iaphet dicitur. latitudo nominatur. q aūt ait habitet in tabernaculis sem. de nobis ꝑphetatur qui in eruditione z scientia scripturaꝝ. eiecto israel versamur.

Isi. Dilatet deꝯ zc. Sem maior natu. ipse est iudaicus populus. ex quo patriarche z ꝑphete z apostoli. Iaphet pater gentiū est. qui latitudo interpretatur. Dilatatus est em̄ gentilis populus. qui cum ꝑphetis z apostolis hereditatem accipit. Et in tabernacul' sem transijt habitatio iaphet. hoc est in domo legis z prophetarum ecclesiam iustificari. Minor est enim temporis etate: sed maior est lege gr̄e. Cham vero qd interpretatur callidꝯ. tanq medius est ab vtroq discretus: nec in primitijs israelitarum. nec in plenitudine gentium. significat non solum iudeos: sed etiā hereticos callidos. n̄ spiritu sapientie. sed impatientie: quo solent primo feruere. et sanctos perturbare. Significat etiaz omnes falsos christianos: qui passionē christi annunciant. profitendo: sed inhonorāt male viuendo. a fructibꝯ eorum cognoscetis eos. Non in se: ꝫ in filio suo maledictus est: tanq in fructu. i. in opere. Chanaan nanq interꝑtatur motus eorum. i. opus eorum.

C. X.

Hę sūt ge. Benedictis duobus filijs noe. z medio maledicto: generationes eorum texuntur. ex quibus septuaginta due generationes sūt orte. Quindecim de iaphet. triginta de chā. vigintiseptez de sem. Ad quas misit dominus. lxx. duos discipulos.

Sem. Alc. vt estimant asiam. cham africam. iaphet europam sortitus est.

C. X.

Hę sunt generationes filiorum noe Sem cham z iaphet. Natiq sūt eis filij post diluuium. Filij iaphet Gomer z magog z madai. iauan z tubal. z mosoch z thiras. Porro filij gomer. asenec z riphat z togorma. Filij aūt iauan. helisa. et tharsis. cethim. z dodanim. Ab his diuise sunt insule gentiū in regionibus suis: vnusquisq secundū linguas z familias suas in nationibꝯ suis. Filij aūt cham chus. z mesraim. et phuth. et chanaā. Filij chꝯ. saba. z euila z sabatha. z regma z sabathaca

† galathe.
† scite qui z massagete putantur † medi. † iones qui z greci. a quibus ioniū mare. et quinta lingua eorū ionica dicitur. † hiberes vel hispani.
† capadoces quorū metropolis hodie mathaca dicitur. † a quo thraces.
† quos greci regmos vocant † paflagones † et friges.
† a quo helisei. i. greci qui z eolides.
† cilices. quorū ciuitas tharsus paulo apostolo nobilis. † a quo cicij. quorū hodie ciuitas cicium dicitur † hi sunt rhodij.
† hic p prolepsim. i. preoccupationē. necdum enim lingue diuise.
† hec est ethiopia. † egiptus † libia: vn̄ fluuius mauritanie: phut et om̄is regio phutensis dicitur.
† a quo chananei. † a quo sabei † pars ethiopie occidentalis † getuli in parte remotioris africe deserto adherentes.
† a quo sabatheni: qui nunc astabari secundū hieronimum.

Iaphet. Minoris filij. de quo nati sunt septem filij. qui tenuerunt septentrionalem regionem a thauro z amano. montibus cilicie z sirie. vsq ad fluuium thanaim. In europa vero vsq ad gadira. Nomina vero locis et gentibus relinquentes. ex quibus plurima mutata. cetera permanent.

Gomer. Hi sūt galathe secundum iosephum qui latine gallogreci dicuntur.

Tubal. Hiberes qui z hispani. a quibꝯ celtiberia. licet quidam italicos suspicentur.

Chanaan. Hic obtinuit terram. quā iudei postea possiderunt. eiectis chananeis.

Regma et sabathacha zc. Hieroꝝ. Paulatim antiqua nomina perdiderunt. z que nunc pro veteribus habeant: ignoratur.

Saba. Alia q̄ʒ su
perioꝛ. ⁊ differt ī scri
ptura. Illa em̄ ꝑ sa
mech. hec per syn scri
bit᷑. vbi em̄ dicimꝰ re
ges. a. ⁊. s. d. a. in he
breo habet᷑ saba ⁊ sa
ba.

Nemroth. Qui
vltra naturā celū pe
netrare voluit: signi
ficat dyabolum. qui
ait. ascēdā sup astra
celi.

Nemroth. secūduʒ
iosephū noua regna
cupiditate ⁊ tyranni
de arripuit. ⁊ fuit au
ctoꝛ edificande turris
que tangeret celum.
Ipse cepit esse potēs.
vel gigas secundum
alios. Sed antea gi
gantes natos scriptu
ra cōmemorat. Sed
forte post diluuiū no
uitas generis huma
ni reparandi memo
ratur. q2 ipse cepit eē
gigas sup terrā.

Robustus ue
nator. Alc. i. hoim
oppressoꝛ ⁊ extinctoꝛ.
quos allexit. vt turrē
contra deū construe
rent.

Babilon. Est con
fusio. q2 ibi facta est
linguaꝝ diuisio.

Assur. Imperiū as
sirioꝝ. qd̄ primū fuit
sub nino. qui edifica
uit niniuen. q̄ ꝓpter
penitentiā pulcra ap
pellatur.

At uero ⁊c. Hier.
Exceptis laabim a q̄
bus libies postea no
minati sunt. qui priꝰ
phuthei vocabantur
⁊ celluim. qui postea
philistijm dicti sunt.
q̄s nos corrupte pa
lestinos dicimus. ce
tere sex gentes nobis
ignote sunt. q2 bello
ethiopico subuerse. pos
sederunt aūt terraʒ a
gaza. vsqʒ ad extre
mos fines egipti.

Lu. a. n. phe. ca.
Hec noīa ignorant᷑.
vel q2 delete sunt gē
tes bello ethiopico.
vel q2 ignorat᷑ q̄ no
mina nūc habeant.

De sem. De hoc
nouissime loquit᷑: q2
eiꝰ generationē ⁊ ge
nerationis lineam ꝓ
sequitur.

Heber. Qui tñ
quintꝰ a filio noe seʒ

† a rabia ⁊ ethiopie vltima regio.
Filij regma † saba. ⁊ † dadan. Por
† qui princeps superbe turris.
ro chus genuit † nemroth. Ipse
† post diluuiū † vel gigas.
† cepit esse † potens in terra: ⁊ erat
† animarū deceptoꝛ. q2 cogebat homines ignē adorare † i. nō ignorante vel contra dn̄m.
robustus † venatoꝛ † corā domino
Fuit autem principium regni eiꝰ
† confusio. † edissa mesopotamie ciuitas.
† nisibi.
† babilon. † arach. † et achath. et
† Seleucia a seleuco rege asie nunc dicta.
† babilonia: vbi putei bituminis.
† chalanne in terra † sennaar. De
† sennaar. † secundū hebreos. q̄uis ninus filius beli edificauit ⁊ niniuen appellauit
terra † illa egressus est assur: ⁊ † edi
ficauit niniuen. ⁊ plateas ciuita
† que hebraice robooth.
tis. ⁊ † chale. Resen quoqʒ inter ni
niuen ⁊ chale: hec est ciuitas ma
gna. At vero mesraim genuit lu
† hec est libies: que prius phut.
dim. ⁊ anamim. † ⁊ laabim. neptu
im. ⁊ phetusim. ⁊ chesluin alias
celluim: de quibꝰ egressi sunt phi
† filius cham.
listijm ⁊ capthurim. † Chanaā aūt
† a quo sydon ciuitas phenicis.
genuit † sidoneʒ primogenitū suū
† hos populos expulit isrl̄ de terra ꝓmissionis
† etheum. ⁊ iebuseum. ⁊ amorreū
† hiero. hic condidit archas opidū contra tripolim. in radicibus lybani.
⁊ gergeseū. ⁊ eueum. ⁊ † aracheum
† qui ciuitatem propinquā predicte noīe cyn edificauit † a quo aradū. qui aradū insulam tenuerunt. † a quo samaria.
† cyneū. ⁊ † aradiū. † Samarithen
a syris. vel hebreis anthiochia: sicut apud veteres emath vocatur.
⁊ † amatheum: ⁊ per hos dissemi
nati sunt populi chananeoꝝ. Fa
cti sunt termini chananeoꝝ veni
entibus a sidone iezaram vsqʒ ga
† he ciuitates note sunt sua subuersione.
zam: donec ingrediaris † sodomā
⁊ gomorram ⁊ adamam ⁊ seboim
vsqʒ iesa. Hi sunt filij cham in co
gnationibus ⁊ linguis ⁊ genera
tionibus terrisqʒ ⁊ gentibus suis
De sem quoqʒ nati sunt patres
† minoris fratris.
omniū filiorum heber. fratre † ia
† a quo helamite scilicet principes persidis.
phet maiore. Filij sem † helam et
† a quo assirii. † a quo chaldei. † a quo lidii. † assirii. quorū metropolis damascus.
† assur ⁊ † arfaxat ⁊ † lud et † aram.
† a qua terra vs: quā. lxx. ausitidem. i. australem dicunt. vnde vir erat in terra vs. nomine iob. hic condidit tracomtidem. ⁊ damascū. † a quo armenii. hi ab eufrate fluuio partē asie vsqʒ ad indicū occeanū tenēt. † a quo archarnanii. siue acarii.
Filij aram † hus et † hul et † gether
† a quo est mesii. quos. lxx. mosoch vocant. i. meones.
et † mes. At vero arphaxath genu
it sala: de quo ortꝰ est heber. Na
tiqʒ sūt heber filij duo. nomē vni
† diuisio. † forte in diebus eius facta est linguarū diuisio. per quā ⁊ gentes diuise.
† phaleg: eo q in † diebus eius di
uisa sit terra: et nomen fratris eiꝰ
iectan. Qui iectan genuit elmo
dad et saleph et asarmoth iare et
aduran et iazal ⁊ deda. hebal. et
abimahel saba ⁊ iophir ⁊ euila ⁊
iobab. Omnes isti filij iectan. Et
facta est habitatio eoꝝ de messa
pergentibus vsqʒ sephat montē
orientalem. Isti sunt filij sem se
cundum cognationes ⁊ linguas
et regiones in gentibus suis. He
familie noe iuxta populos et na
tiones suas. Ab his diuise sunt
gentes in terra post diluuium.

C. XI.

Erat autē ter
† hebraice lingue.
ra † labij vniꝰ. et sermo
num eorundem. Cumqʒ profici
† relicto vero sole.
scerentur de † oriente. inuenerunt
† qd̄ est fetoꝛ. vel excussio dentium. quia hereticorum dogmata nō habent bonū christi odorē sed fetorem. ⁊ dentes amiserunt: quibus cibos verbi dei molere debuerunt.
campum in terra † sennaar. et ha
bitauerunt in eo. Dixitqʒ alter ad
proximuʒ suum. Venite faciamꝰ
lateres. et coquamus eos igni.
Habueruntqʒ lateres pro saxis
† qd̄ aquis dissolui non potest nec aliqua re: nisi menstruo sanguine postq̄ʒ siccatum fuerit.
et † bitumen pro cemento. Venite
† quā deus nō ingreditur † superbiā mūdi. vel elationē hereticorū qui figmenta sua erigunt contra deum. vnde merito turris babel. i. confusio dicitur.
faciamus nobis † ciuitatē. et † tur
† vt nō possit vltra pertingere diluuium.
rim cuiꝰ culmen ꝑtingat ad † celuʒ
† celebre faciamus.
et † celebremus nomen nostrum.
† diuersitate erroris.
anteq̄ʒ † diuidamur in vniuersas
† descendere dei est humanorū actuum attendere prauitatem.
terras. † Descendit aūt dominus
vt videret ciuitateʒ et turrim quā

Utrū q2 hebrei dicū
tur ex illo appellati.
vel q2 ꝑ illuʒ genera
tio ad abraam trāsit.
Quid ergo ꝓbabiliꝰ
sit hebreos dici tāq̄ʒ
hebereos. vel tanq̄ʒ
abraeos. merito que
ritur.

Assur. Qui edifica
uit niniuen.

Natiqʒ sunt he
ber ⁊c. Heber trāsi
toꝛ. a quo hebrei. i.
transitores. Veri he
brei sunt. qui de pre
sentibꝰ ad futura: de
caducis ad mansura
transeunt.

He gentes a flu
uio chobo posséderūt
omnem regionē que
vocatur geria.

C. XI.

Erat aūt. t. Aug.
Dictū est superius q
filij noe. vel filiorum
eius distributi sūt ꝑ
terras scd̄m linguas
suas. Sʒ hic ꝑ reca
pitulatōeʒ postea cō
memorat quod priꝰ
erat. Sʒ obscuritatē
facit. q eo genere lo
cutionis ita cōtexit.
quasi de his narratō
que postea facta sunt
consequat᷑.

Venite. Timebāt
iterū diluuium. ideo
auctore nemroth vo
luerunt sibi ꝯstruere
turrim: in qua dilu
uiū nō timerent.

Stulta ⁊ impia au
dacia: vn̄ secuta vin
dicta. ⁊ linguaruʒ di
uisio.

Descendit. a. d.
Quando sensibꝰ hu
manis se commodat
vel opibus. Vn̄ vi
di afflictionē populi
mei. ⁊ descendi libera
re eos. Et alibi descē
dam ⁊ videbo vtruʒ
clamorē ope comple
uerint.

Isido. Mistice
Turris mundi super
bia. vel hereticorum
dogmata: q̄ moti ab
oriente. i. vero lumīe
⁊ venientes in senna
ar (qd̄ est excussio dē
tium) superbiam eri
gunt dogmatis ꝯtra
deum: volentes illici
ta curiositate celi alti
tudinem penetrare. &
ab vnitate fidei ⁊ cō
fessione fidei segrega
ti diuersitate erroris

quasi dissonantia lingue ab inuicem sepantur: quos armat contra deum perniciosa ꝯsensio: diuidit erroris repentina confusio. Nos damnat trinitas ⁊ dispgit: in quã offenderunt. Vñ venite igit'. d. ⁊. c. i. l. e. varietate. s. erroꝝ vel scismatũ: qñ facta est linguaꝝ diuisio. In sola domo heber pristina lingua remãsit sicut in sola ecclesia q̃ est dom' xpi vnitas ꝯfessionis ⁊ fidei.

Venite igitur. d. Ad angelos dixisse itelligit'. Vel secũdũ illud faciamus. h. ad ima. ⁊ si. no. Nã singulari numero subiũctum est: ⁊ diuisit eos ⁊c. sicut ibi: fecit de' h. ad ima. ⁊ si. suam

Grego. in moꝝ. li. ij. Venite ⁊c. dicit his qui deo adheret Venite: q2 a diuina contemplatõe nunq̃ decrescere: sed semper accrescere: ⁊ nũq̃ cor de rcedere stabili motu est semper venire. Ascendũt angeli creatorẽ ꝯspiciendo. descendunt creaturã illicite se erigentẽ examine districtionis ꝑmendo. Dicere ergo descendam' ⁊ ꝯfundamus lig. e. est in semet ipo qd recte agatur ostẽdere. ⁊ p vim interne visionis coꝝ mentib' exhibẽda iudicia. occultis motibus inspirare.

Diuisit eos. Alc. In hac diuisione linguaꝝ nichil nouũ fecit deus: sed dicendi modos ⁊ formas loquẽ larum diuersis gentibus diuisit. Vñ easdem sillabas. ⁊ eiusdem potestatis litteras aliter coniunctas in diuersis linguis inuenim'. ⁊ sepe eadẽ nomina vel verba aliud significãtia. vbi dicimus in psal. In uirga ferrea: in greco habet' enraddo sidera. igit' in latino sidera non ferrea significat: vt ĩ greco ħ astra

Sem erat. c. a. Bed. Magna questio nobis nascit' ꝑm litteram. quomõ sem biennio post diluuiũ centũ esse annoꝝ dicat': cũ supra quingẽtesimo anno noe natus asseratur. ⁊ sexcentesimo anno eiusdem noe diluuiũ venisse legatur: Vt ergo numerus tempoꝝ sibimet ipsi non repugnet. intelligendũ est. aut noe duos plus q̃ quingentos annos habuisse: quãdo natus est sem. aut duos minus ad sexcentos annos quãdo venit diluuiũ. aut sem habuisse centũ ⁊ duos annos quãdo natus est arphaxat. Solet eñ sic loqui scriptura nõ nunq̃. ut ⁊ si modicũ supsit. vl' desit plenarium tamẽ numeꝝ et ꝑfectũ in compoto sonet. videt' aũt verisimile ut mea fert suspitio. ꝙ cũ nat' eẽt sem duos sup quingẽtos annos habuisse noe. Neq; falsũ dixit scriptura: q2 quingẽtos annos habuit. etiã si quingẽtos ⁊ duos annos habuerit. q2 nimiꝝ minor numerus intra maiorẽ ꝯtinet'. forte aũt sancte scriptor historie diligentius ħ loco curauit explicare. dicendo sem biennio post diluuiũ centũ fuisse annorũ: q2 se meminit annum natiuitatis ei' q̃si negligenti' annotasse.

Nusq̃ ĩ tota hac serie generationũ addidit mortuus est: sic in etate q̃ ꝑcessit diluuiũ: q2 nemo erat ĩ tota hac ꝯplexione nascentiũ. de quo et ceteris excepto dici posset sicut ibi de enoch Ambulauitq; cũ domino. ⁊ nõ apparuit q2 tulit eũ deus.

Thare genuit. a. Augu. Nõ simul sed suis tpib' ex quo gignere cepit. nec attendend' est in his ordo natiuitatis: ħ significatio future dignitatis. in q̃ excellit abrã.

In ur chal. Hier. In hebreo in ur cesim. i. in igne chaldeorũ hic fabulant' hebrei. ꝙ abraꝫ in ignẽ sit missus. q2 ignẽ noluit adorare. quẽ chaldei colunt: ⁊ dei auxilio liberatus de ydolatrie igne effugerit. Vñ ad euꝫ dr Ego sũ qui eduxi te de ur chaldeorum.

Arã patris mel. Hier. Idẽ pr' vtriusq; arã filius thare frr abrae ⁊ nachor. duas filias genuit melchã ⁊ sarai cognomento ieschaꝫ. Melchã duxit nachor: ⁊ sarai abram. nondũ eñ int' patruos ⁊ neptes nuptie fuerant ꝓhibite. q̃ in principio etiã inter fratres ⁊ sorores sunt celebrate.

Tulit itaq; t. a. f. s. ⁊c. Augu. Vsq; facti sũt dies thare. cc. v. anni. ⁊

edificauerant filij adam ⁊ dixit: Ecce vnus est populus. ⁊ vnum est labium omnibus. Ceperuntq; hoc facere: nec desistent a cogitationibus suis donec eas ope cõ-

(trinitas in personis. vt ibi: faciamus. h. ⁊c.)

pleãt. Venite igitur descendam' ⁊ confundamus ibi linguã eorũ:

(† intelligat. †† solitam.)

vt non † audiat vnusquisq; †† vocẽ proximi sui. atq; ita dimisit eos

(† vnitas deitatis. sicut ibi: fecit. d. h. ad ima. ⁊c.)

† domin'. ex eo loco in vniuersas

(† turrẽ supbie.)

terras: ⁊ cessauerũt edificare † ciuitatem. Et idcirco vocatum est nomen loci illius babel: q2 ibi cõfusum est labium vniuerse terre. Et inde dispersit eos dominus sup faciem cunctarum regionuꝫ. He sũt generationes sem. Sem erat centum annoꝝ quando genuit arphaxat: biennio post diluuiũ. Vixitq; sem postq̃ genuit arphaxat quingentis annis. ⁊ genuit filios et filias. Porro arphaxat vixit trigintaquinq; annis. ⁊ genuit sale. Vixit arphaxat postq̃ genuit sale. ccc. iij. annis. ⁊ genuit filios ⁊ filias. Sale quoq; vixit triginta annis. ⁊ genuit heber. Vixitq; sale postq̃ genuit heber. cccc. iij. annis. ⁊ genuit filios ⁊ filias. Vixit aũt heber trigintaquattuor annis. ⁊ genuit phalech. Et vixit heber postq̃ genuit phalech. cccc. xxx. annis. ⁊ genuit filios ⁊ filias

Vixit quoqꝫ phalech triginta annis. et genuit reu. Vixit quoqꝫ phalech postq̃ genuit reu ducentisnouem annis. ⁊ genuit filios ⁊ filias. Vixit aũt reu trigintaquinqꝫ annis. ⁊ genuit saruch. Vixit quoqꝫ reu postq̃ genuit saruch ducentisseptem annis. ⁊ genuit filios ⁊ filias. Vixit autem saruch triginta annis. ⁊ genuit nachor. Vixitqꝫ saruch postq̃ genuit nachor ducentis annis. ⁊ genuit filios ⁊ filias. Vixit autem nachor vigintinouẽ annis. et genuit thare. Vixitqꝫ nachor postq̃ genuit thare centuꝫ decem ⁊ nouem annis. ⁊ genuit filios ⁊ filias. Vixitqꝫ thare septuaginta annis. et genuit abraꝫ. ⁊ nachor: ⁊ araꝫ. He sunt autem generationes thare. Thare genuit abrã nachor ⁊ arã

(† ab igne consumptus. vt aiunt hebrei. quem adorare noluit.)

Porro aram genuit loth. † Mortuusqꝫ est aram ante thare patrẽ suũ in terra natiuitatis sue in vr chaldeorum. Duxerunt autem abram ⁊ nachor vxores. nomen vxoris abram sarai. ⁊ nomẽ vxoris nachor melcha filia aram. patris melche. ⁊ patris iesche. Erat aũt sarai sterilis nec habebat filios. Tulit itaqꝫ thare abram filiũ suum. ⁊ loth filium aram filij sui. ⁊ sarai nurum suaꝫ vxorẽ abram

Masculus cuius preputii caro· Isi· Queritur quomodo pueri incircũcisi qui pactũ dei irritũ nõ faciunt· sed qui eos circũcidere neglexerunt: perire debeant? Sed pactũ dei nõ secundũ opus sed secundũ originẽ in primo homine irritum fecerũt: in q̊ oẽs peccauerũt. Nascuntur eñ om̄s nõ ꝓprie sed originaliter peccatores. Ideo pereunt om̄s qui ꝑ regenerationẽ nõ liberant̄.

Sarai uxorẽ· t· Isi· Declarat̄ ꝓmissio de vocatione gentium in ysaac filio ꝓmissionis· i· gratie nõ nature. qꝛ de sene patre ⁊ sterili matre. et qꝛ hoc nõ ꝑ generationem sicut hismael· sed ꝑ regenerationẽ futuꝝ erat· imperata est circũcisio· qñ sare filius promittit̄ in typo ecclesie: nõ quãdo hismael· qui typus iudeorum.

Hiero· Isi· Errãt qui putant primũ saram ꝑ vnũ r· scriptã fuisse· ⁊ postea additum esse alteꝝ r· ⁊ qꝛ r· apud grecos· c· significat: multas sup hoc nomine suspicantur ineptias. cũ ⁊ vtcunqꝫ velint vocabulum cõmutatum: nõ grecã sed hebraicam debet habere rationẽ hebreũ eñ est. Nemo eñ altera lĩgua quẽlibet vocans ethimologiam vocabuli sumit ex altera. Sarai ergo primũ vocata ẽ ꝑ sin· res· ioth· Sublata ergo ioth· addita est e· littera q̃ per a legit̄: ⁊ vocata est sara. Antea eñ dicebatur princeps mea· q̃si vni⁹ familie mater. postea absolute princeps· oĩm· s· gentium prĩceps futura. Quidã pessime suspicant̄ eã prius leprã fuisse vocatã· ⁊ postea principem. cum lepra sarat dicitur· qđ in nostra lingua videtur habere aliquã similitudinẽ: sed in hebreo penitus est diuersa. Scribitur eñ ꝑ sade ⁊ ayn ⁊ res ⁊ tau· quod a tribus superioribus· i· sin· res· ⁊ e· quibus scribitur sara manifeste distat.

Cecidit abraam in f· s· ⁊c. Hiero· Post paululũ sequit̄: Et vocabis nomẽ ei⁹ ysaac qui risus interꝑtatur. de risu abrae· nõ de risu sare. Post q̃ eñ ex risu abrae vocatus est filius ei⁹ ysaac: legit̄ sarã risisse.

Nomen eius ysaac. Hiero· Sciendũ ꝙ quattuor in veteri testamẽto nominibus suis aperte anteq̃ nascerentur vocati sunt· hismael· ysaac· samson· ⁊ iosias· lege scripturas.

In testimoniũ· s· ꝙ ego vester deus· ⁊ vos populus meus a gentibus diuisus.

vt sit in signum federis inter me

quia in octaua etate· i· in eternitate septenarie volubilitati succedente exuimur carnali corruptione.

⁊ vos. Infans octo dierum circuncidetur in vobis. Omne masculinũ in generationibus vestris

domo nat⁹. ‖ qꝛ ibi neqꝫ seru⁹ neqꝫ liber

tam vernaculus q̃ꝫ emptici⁹ cir-

qꝛ neqꝫ ibi barbarus neqꝫ scita.

cuncidetur: ⁊ quicũqꝫ nõ fuerit de stirpe vr̄a. Eritqꝫ pactũ meũ

In depositõe carnalium. ‖ quoniam ad eternitatem ducit.

in carne vestra in fedus eternũ

Qui carnalia non deposuerit.

Masculus cui⁹ preputij caro cir-

Non computabitur inter sanctos.

cuncisa nõ fuerit· delebit anima

de cetu sanctorum· vnde Tu autem ibis ad populũ tuũ ‖ Ade in paradiso datum i quo omnes peccauerunt. ‖ i· nõ seruauit· qđ in baptismo promisit.

illa de populo suo: qꝛ pactũ meum irritum fecit. Dixitqꝫ deus ad abraam· Sarai vxorem tuã non

i· principem meã. ‖ Absolute. ‖ Exaltando principem. quia ecclesia in omni gente principatur.

vocabis sarai· sed saram. Et be-

Non ex agar.

nedicam ei: ⁊ ex illa dabo tibi filium

In cui⁹ semine benedicentur om̄s gentes. ‖ qꝛ christus dominabitur in gentibus.

cui benedicturus sum. Erit

dauid ⁊ alii· vel mot⁹ suos bene regentes.

qꝫ in nationes: ⁊ reges populoꝝ orientur ex eo. Cecidit abraam in

Nõ retro vt reprobi ‖ gauisus est. vnde filius eius ysaac risus vocatur.

faciem suam· ⁊ risit in corde suo

Applaudendo nõ disceptando· vnde paul⁹ nec cõsiderauit corpus suũ emortuũ· cũ iã esset

dicẽs: Putas ne centenario na-

centũ annorũ ⁊ emortuã vuluã sare.

scetur filius: ⁊ sara nonagenaria

optabat eñ vt filii carnis reputarẽt̄ i semĩe

pariet? Dixitqꝫ ad dñm: Utinã

Constituã pactum· m· i· ⁊c. Pactum vero dñi cum ysaac populo scilicet fideli· quem mater ecclesia per fidem ⁊ baptismum generauit· ⁊ fedus sempiternum: quia eterne vite possessio ei soli promittitur: qui cum capite suo christo regnum celi semper possidebit.

Super hismael quoqꝫ exau· t· ⁊c. Hismael populũ iudeorum significat· qui multiplicatus est valde. duodecim duces generauit· cũ multitudo carnalium iudeorum ex duodecim patriarchis genita in duodecim tribus est diuisa.

In anno altero. Annus alter quo sara genuit ysaac· tꝑa sunt regenerationis: quibus fusus est sanguis christi· ⁊ genus humanum ad vitã restauratum.

Tulit aũt abraã ⁊c. Non intendebat deus· ut tantũ preputium carnis abrae et sobolis eius circũcideretur: sed ei quẽ a cũctis elegerat eterni testamenti munera cõferebat. Vñ paulus Nos eñ sumus circuncisio· qui spiritu deo seruimus. Et alibi· Non enim qui in manifesto iudeus est neqꝫ que in manifesto in carne est circũcisio. Circuncidamus ergo dei verbo aures labia· cor· preputiũ ⁊ om̄ia membra carnis. De circũcisione auriũ dicit̄: Qui habet aures audiẽdi audiat. In circũcisis auribus verba sapiẽtie ⁊ veritatis nõ possumus audire. Circũcidamus labia: ne aliquid turpe vel malũ vel ociosum loq̄mur. Circuncidit carnem preputij qui sola causa posteritatis certis ⁊ legittimis temporibus coniugio vtitur qui aliter agit: nõ circuncidit. Ecclesia vero gratia xp̄i pro se crucifixi roborata· nõ solũ se ab illicitis tẽperat: sed etiã a ꝯcessis· ⁊ tanq̃ virgo spõsa xp̄i pudicis virginibus floret in quibus vera circuncisio preputij seruatur in carne. Qui autem non obscenis desiderijs vel sensibus hereticis ⁊ blasphemis assertionibus mechatur· sed fidei puritatem in conscientia custodit: corde circuncisus est. et de eo dici potest: Beati mundo corde ⁊c. Circuncidantur manus· ne mala faciant. Pedes· ne in malum currant. Uisus· ne illicita concupiscat. Gustus· vt ad gloriam dei manducet ⁊ bibat. Odoratus· vt christi odorem capiat· ⁊ operib⁹ misericordie odorẽ suauitatis spargat. Singula quoqꝫ membra· si in officijs deo seruiant: circũcisa sũt. Si vltra p̄scriptaꝫ legem luxuriant: incircuncisa.

hismael viuat coram te. Et ait deus ad abraã: Sara vxor tua pariet tibi filium: vocabisqꝫ nomen

Risus propter gaudium parentis. ‖ In ysaac vocabitur tibi semen· nõ filio carnis· quia filii promissionis· filii dei vocabuntur.

eius ysaac. Et ꝯstituam pactum meum illi in fedus sempiternum

filium carnis.

et semini eius post eũ. Sup his-

quodammodo. ‖ in temporalibus: nõ eter-na promissione.

mael quoqꝫ exaudiui te: ecce be-

nedicam ei· ⁊ augebo ⁊ multipli-

duodecim tribus carnaliũ iudeorũ. ‖ Apostolos duodeciꝫ qui de iudaica plebe fuerũt· vel duodecim tribus populi.

cabo eum valde. Duodecim duces generabit: ⁊ faciam illum cre-

Eterne promissionis.

scere in gentem magnã. Pactũ

Christianũ populũ. ‖ ad eos· s· quos fide generabat.

vero meũ statuã ad ysaac· quẽ

gratia noui testamẽti. ‖ presenti vita. ‖ vetustate immutata.

pariet tibi sara tẽpore isto: in an-

in assumpta forma visibili.

no altero. Cunqꝫ finitus esset ser-

inuisibilem se prebuit.

mo loquentis cũ eo: ascendit de-

vel ab. ‖ Presigurans qꝛ ad omnẽ professionem spiritualis pertinet circuncisio. qꝛ circumcidendi sunt omnes sensus.

us ad abraam. Tulit aũt abraã hismael filium suum· ⁊ om̄es vernaculos domus sue· vniuersosqꝫ quos emerat· ⁊ cũctos mares ex omnibus viris domus sue· ⁊ circuncidit carnem preputij eorum

qꝛ obedientia est complenda sine mora.

statim in ipo die: sicut p̄ceperat ei

innouatus hoc numero insinuatur pertingere ad societatem ciuium supernorum.

deus. Abraam nonaginta ⁊ nouẽ erat annoꝝ quãdo circũcidit

Die. Stra. Queri solet quomodo femine saluabant̃ q̃ nõ circũcide bant̃. Fide. s. ꝛ hostiaꝝ oblatõe: sicut ante circũcisionem viri sancti mũda bantur. Unde fide purificans corda eorum. C. XVIII.
Apparuit aũt ei. d. Isi. Abraam triplicem figurã gerit. Primam sal uatoris: qui relicta cognatione: venit in mundũ. Alterã patris: q̃ filium vnicũ immolauit. Terciã (q̃ in hoc loco apparet) sanctoꝝ: qui aduentum xp̃i cũ gaudio susceperũt. Tabernaculũ abrae. bidlin significat. vbi p tem pore pphete ꝛ aposto li habitauerũt. ꝛ xp̃s adueniens. a creden tib⁹ except⁹: ab incre dulis in ligno suspen sus est.

Tres uiri. Alt. Tres viri xp̃i pnun ciant aduentũ. quem duo angeli comitan tur. Moyses secũdũ quosdã ꝛ helias. vn⁹ legislator. qui in lege aduentũ dñi indica uit. Alter qui in fine ventur⁹ est secundũ aduentũ christi nun ciaturus. ꝛ euãgeliũ ei⁹ p̃dicaturus. Vñ trãsfigurato domino in monte cũ eo viden tur.

Tres vidit ꝛ vnũ adorauit. saluatorẽ scilicet ostendens: cu ius aduentum p̃sto labat. Vñ abraã vi dit diẽ meum. ꝛ gaui sus est. Preuidit em̃ mysteriũ futuri sacra menti. Unde pedes eoꝝ lauit: vt in fine mundi. purificatõem lauacri futurã mon straret. Pedes enim nouissima significãt.

Quos cũ uidis. Greg. Moꝝ. Abra am tribus angelis oc currit. quia vir ꝛ dñs dom⁹. i. spiritualis in tellectus. debet in co gnitõe trinitatis clau stra carnis excedere: ꝛ quasi habitatõnis infime ianuam exire. Cura carnis quã sa ra signat. foris ad ia ctantiã nõ appareat sed post tergũ viri. i. sub discretione sp̃us solis necessarijs intẽ ta. nesciat procaciter detegi: sed verecũde moderari.

carnem preputij sui. ꝛ hismael fili
† non pertingens. s. ad expletionẽ legis ꝛ euã gelij. que quaternarii numero figuratur.
us eius † tredecim annos imple uerat tempore circũcisionis sue. Eadem die circũcisus est abraam ꝛ hismael filius eius. ꝛ om̃s viri domus illius. tã vernaculi q̃ em pticij. ꝛ alienigene pariter circun cisi sunt.

C. XVIII.

Apparuit aũt
† apparet deus humilibus.
ei dominus in † conualle mambre
† fide p quã intratur in ecclesiã. que est taber naculũ: q̃ in ea deo militatur.
sedenti in † ostio tabernaculi sui in
affectu boni desiderii.
ipso feruore diei. Cumq̃ eleuasset
† q̃ ita affectis. manifestatur fides trinitatis.
oculos. † apparuerunt ei tres viri stantes prope eum. Quos cum
† Studio hospitalitatis hoc in exemplũ relin quens nobis.
vidisset. † cucurrit in occursũ eoꝝ
† Initio fidei. † vnũ. qui tres viderat.
de † ostio tabernaculi sui ꝛ † adora
deũ in angelis sentiens. mauult dño loqui q̃ angelis.
uit in terra. ꝛ dixit: † Domine si in
† in beneplacito. † Ne transitorie frugr
ueni gratiã † in oculis tuis. † ne trãs
visione tua.
eas seruum tuũ: sed afferam pau xillum aque. ꝛ lauẽtur pedes ve stri. ꝛ requiescite sub arbore. Po namq̃ buccellã panis: ꝛ confor tetur cor vestrum: postea trãsibi
† vt hec officia vobis exhiberem.
tis. Idcirco enim declinastis ad
† Ne charitatis vitare viderentur officia.
seruũ vestꝝ. † Qui dixerũt: Fac vt
† Ne senex ministrare videretur tepide.
locut⁹ es. † Festinauit abraam in
† vt mulier infidelis. p virũ fidelẽ saluetur.
tabernaculũ ad † saraꝫ. Dixitq̃ ei:
† quasi dicatur ecclesie congregare de omnibus partibus. † amphoras. Idem misteriũ hic ꝛ in euangelio vbi mulier tria sata fermentat.
Accelera. ꝛ † tria † sata simile cõmi
† q̃ sancti spiritus igne decocti. sunt deo cib⁹ acceptabilis. † In pane vnitas credentium significatur. q̃ panis ex multis granis pficitur.
sce. ꝛ fac † subcinericeos † panes.
vt ecclesia ex gentibus congregaretur. recurrẽ dum erat ad antiquos patres.
Ipse vero ad armentum cucurrit
† christum de patriarchis natum. vñ placebit deo super vitulum nouellũ ꝛc.
ꝛ tulit inde † vitulum tenerrimum
† Excellentem in genere humano † Cõmi sit ordini prophetarũ annunciandũ.
ꝛ † optimũ. † deditq̃ puero. Qui
† Studiose predixit passione cõsummandũ.
festinauit ꝛ † coxit illum. Tulitq̃
† Euãgelicã pinguedinẽ vel doctrinã † po tum paruulorũ. veterẽ. s. legem † xp̃m passũ
† butirum. ꝛ † lac. ꝛ † vitulum quẽ
† his sacramentis aluntur ministri christi.
coxerat. ꝛ † posuit corã eis. Ipse
† q̃ sacramentũ crucis intuebat̃ † Cruce.
vero † stabat iuxta eos sub † arbo re. Cũq̃ comedissent. dixerũt ad eum: Ubi est sara vxor tua? Ille
† q̃ in ecclesia mulieri non pmittitur docere latet sara. Quasi nõ est mulieris in publicũ prodire.
respondit: † Ecce in tabernaculo
† Prius refecti vt homines in vnitate deita tis. cuius beneficio erant implẽda ventura pre dicunt.
est. Cui dixit: † Reuertens veniã ad te tempore isto vita comite. et
† Hic sara sinagogã significat. que in vmbra sacramentorum se abscondens christum venisse non credit.
habebit filiũ sara vxor tua. † Quo
† q̃ nondũ fidem adhibuit.
audito: sara † risit post ostiũ taber

Grego. Abraam nõ potuisset angelos videre. hospitio suscipere. ꝛ cibos adhibere: nisi corpus ex aere assumpsissent. Nõ em̃ apparerent. non cibos sumerent. nisi solidũ corpus ex celesti elemento haberent. nec mirũ q̃d mo do angeli. modo dñs vocantur. q̃ angeli vocãtur qui exterius ministrãt: ꝛ dominus ostenditur. qui interius imperat.

Sꝫ afferã. Ad hospitalitatis officia reuertit̃ q̃ etiã angelis exhiberi pos sunt. cũ ex elementis corporeã formã assumũt q̃d abraã intelligẽs. deitatẽ in vnitate adorabat. ꝛ dispensatõi angelice in forma visibili ministrabat.

Tria sata. Hec in typum ecclesie dicunt̃. q̃ de trib⁹ mundi partibus in vnitatẽ fidei ꝯgregata ẽ. ꝛ quasi panis sine fermẽto igne sp̃us decocta est.

Sata. Stra. Satum gen⁹ est mensure. tria sata. tres filios noe signi ficãt. ex quib⁹ omne genus disseminatũ est. Significatur ergo ecclesia vel euangelica doctrina. per totum mundum disseminanda. ꝛ in trib⁹ mundi partibus. asia. africa. ꝛ europa. multiplicanda.

Tria sata. De quibus sara subcinericeos panes facit: tres filios signifi cant noe. ex quib⁹ om̃e genus hominũ natum est: qui diuine trinitati cre dentes aqua baptismatis. p sarã. i. ecclesiã conspersi sunt. ꝛ in vnũ panem corporis xp̃i redacti. Hec sunt tria sata farine. q̃ mulier in euãgelio fermẽ tauit. Azimi sunt panes: q̃ sine fermẽto malicie ꝛ languore nequitie ꝛ fer uore puerse doctrine oportet esse credentiũ vnitatem.

Subcinericeos. Subcinericij sunt ut p penitentiã delictorum sp̃ussancti vapo re decocti. esca deo ac ceptabilis efficiant̃.

Vitulũ tenerri mum. Vitulus te ner ꝛ saginatus xp̃i corp⁹ est. q̃d p salute mundi ad arborẽ cru cis immolatum est. Hic est vitulus qui pdigo filio occidit̃.

Butirũ et lac ꝛc. Cũ carne vituli ap posuit: q̃ lac veterem legem signat. Unde Lac potũ dedi vobis nõ escã ꝛc. Tradide rat em̃ illis legis mã datum. quasi lac de uberib⁹ duaꝝ tabula rum expressum. hoc est testamentum fidei. q̃ nondũ poterãt euan gelice doctrine soli dam escã sumere.

Butirũ vberrimũ ꝛ pinguissimũ euãge licũ est testimoniũ q̃d velut oleũ fidelibus in signũ datur. Vi tulũ cum lacte ꝛ buti ro apposuit: quia nec corpus dñi sine lacte legis. nec h̃ sine euan gelio esse potest.

Sub arbore autẽ sederunt in dominice passionis signũ. cui⁹ p̃dicatores sunt.

Ecce in taberna culo ꝛc. Strabus. Abraam foris cũ an gelis. Sara in taber naculo est. q̃ fortiuꝫ ꝛ doctoꝝ est aperte p̃ dicare. exemplis istru ere. Infirmoꝝ ꝛ insi pientiũ discere: ꝛ subditos esse.

Habebit sara. f. Promittit deus sare sterili filiũ dicens. Circa h̃ tem pus veniam. nõ tempus sed qualitatẽ sui aduentus significans: q̃n p fili um repromissũ fidelis populus erat nasciturus. Unde. letare sterilis que nõ parturis ꝛc.

Quo audito ꝛc. Aug. Arguit̃ sara q̃ risit. ꝛ non abraam: cũ similiter riserit. q̃ illius risus admirationis fuit: hui⁹ dubitationis. q̃d diiudicare potuit qui corda nouit. Negat sara se risisse: cum deũ nõ possit latere. sed forte homines putabat. abraã vero deũ intelligebat. sed humanitatis offi cia prebendo. que tantum infirme carni necessaria sunt. mirum nisi homi nes prius arbitratus est. sed in quibus deum loqui intelligeret. quibusdã signis diuine maiestatis apparentibus. sicut in hominibus deum appar uisse sepe scriptura testatur. sed postea angelos fuisse cognouerũt.

Erant aũt am̄ [et]c. Senioꝝ etas minor est ꝙ̄ senũ. [et] si senes appellent̄ seniores. Unde si secundũ medicos senior vir de muliere seniore filios facere non potest: etiã si adhuc muliebria fluant secundum h̄ abraam mirat̄ dei potentiã de pmissione filij. [et] hoc miraculũ posuisse aplm accipe possumus. Emortuũ em̄ corpus nõ omĩno ad generationẽ erat: si mulier iuuenilis etatis fuisset. Sz de puecta etate generare nõ poterat. de cethura em̄ postea generauit: qꝛ iuuencula fuit. Tradunt eniz medici: qꝛ senex de femina puectioris etatis ([et] si muliebria contingãt ei) generare non possit: de iuuencula aũt possit. Rursus mulier puecte etatis [et] si adhuc muliebria cõtingant ei de seniore parere nõ potest: de iuuene potest. Miraculum ergo fuit: qꝛ vterqꝫ senex [et] puecte etatis. [et] desierãt muliebria sare.

Uoluptati o. d. Greg. morali. Cure carnis. cũ sepe dicit̄ vt de se minime ꝓsumat: [et] totam se in diuine spei fiduciã trãsferat. despicit [et] cessãte studio adesse sibi vite subsidia diffidit. Uñ sara promissiones dei audiẽs ridet. sed ridens corripitur correpta ꝓtinus fecũdatur. [et] q̃ iuuentute vigens fecundari nõ potuit: annis fracta senilib[us] cõcepit. quia cũ cura carnis sui cõfidentiã habere desistit: cõtra spem ex diuina pmissione accipit qđ habiturã se ex humana ratione dubitauit. Uñ bene q̃ generat̄ risus dicitur: qꝛ dũ supne spei fiduciaz ꝯcipit: q̃d mens nostra aliud ꝙ̄ gaudium parit.

naculi. Erant autem ambo senes
† quibus deficientibus mulier parere desinit. vt cõmendetur miraculũ si sterilis pariat.
prouecteqꝫ etatis. [et] † desierãt sare
† Menstrua. † disceptando de oraculo.
fieri † muliebria. Que † risit occulte dicens: † Postqꝫ cõsenui. [et] dominus † me[us] vetulus est. volup tati operam dabo? Dixit autẽ dñs ad abraaz: Quare † risit sara vxor
† Naturalem consequitur rationem.
† disceptando.
† Quasi quare plus acquieuit nature ꝙ̄ diuine potentie.
tua? dicens: † Nunquid † paritura sũ anus? Nunqđ deo est quicqꝫ difficile? † Iuxta condictũ reuertar ad te hoc eodẽ † tempore † vita comite. [et] habebit sara filiuz. Negauit sara dicens: Nõ risi † timore perterrita. Dominus aũt non est inquit ita: sed risisti. Cuz ergo surrexissent viri inde. † direxerũt oculos contra sodomã. † [et] abraam simul gradiebatur deducens eos. Dixitqꝫ dominus: Num celare potero abraam que gesturus sum: cum futurus sit in gentẽ magnaz ac robustissimam. [et] benedicende sint in illo om̄es nationes terre. Scio em̄ ꝙ precepturus sit filijs suis [et] domui sue post se. vt † custodiant † viaz domini. [et] faciãt † iusti
† Quasi sicut dixi fiet.
† Anni futuri. qꝛ preterito tpe vmbre succedet qui signabatur in vmbra. † antropospatos. sicut cetera.
† qꝛ s. timuit.
† Adhuc femineã incredulitatẽ increpat.
† qꝛ cũ abraam tractauerant de futura misericordia. iam cõtra sodomã iudiciũ intentatur.
† Euentũ futuroꝝ ignorãs. sed dñs sicut vult pios scire premia iustoꝝ. sic nõ ignorare supplicia impioꝝ.
Quasi ideo notifico ei iudicia mea. vt sequacibus suis nota faciat.
Nõ solum premia. sed etiã obedientiã iusticie † Eo fine.
filioꝝ eius pmisit deus abrae. vt circa eos etiã pmissa compleantur. † precepta. † Recedant a malo.

Num celare po. Bene dñs abrae secreta sua committit. quẽ voluntatis sue [et] secretoꝝ fidelẽ executorem cognouit. de q̊ ĩ carne nascitur[us] erat in quo om̄s thesauri sapientie [et] sciẽtie absconditi. Promittit quoqꝫ abrae nõ solũ premia. sed obedientie filioꝝ eius insticiã [et] circa eos promissa compleri. Rursumqꝫ promittitur ysaac in gentem magnam futurus. [et] ꝙ in eo benedicentur om̄s gentes terre. Quib[us] verbis duo illi promittuntur Gens iudeoꝝ secundũ carnem. [et] om̄s gentes p fidem.

Clamor sodomorũ [et]c. Aug. Si hec verba nõ dubitantis. sed irascentis [et] minantis accipiam[us]: nulla est questio. Humano em̄ more ad homines loquit̄ deus. [et] ira eius sine perturbatione est: quia immutabilis est. Sepe aũt sic minando dicimus. Uideamus si nõ tibi facio. [et] si nõ potero tibi facere. vel sciam. i. experiar vtrũ nõ possiz. Sed perturbatio nõ cadit in deum. Mos aũt humane locutionis est. cui deus se coaptat: vt humane infirmitati conueniat.

Grego. Mor. Peccatũ vero cũ voce culpa est in actione. Peccatũ vero cũ clamore culpa cũ libertate. Descendaz [et] videbo [et]c. Mala hoim nõ ante credam[us]: ꝙ̄ probemus. Et ecce p angelos ad cognoscẽda mala descendit. [et] tanto crimine inuolutos inueniens quasi patientiã ꝑtermisit. [et] eos igne iudicij ante iudicij diez ꝓuenit. q̊ cũ tranquillitate iudicat. vt maiora crimina tarde credant̄. [et] veraciter agnita citius puniantur.

ciam [et] iudicium. vt adducat dominus propter abraam omnia q̃ locutus est ad eũ. Dixit itaqꝫ dñs Clamor sodomoꝝ [et] gomorreorũ multiplicatus est. [et] peccatũ eorũ † aggrauatũ est nimis. † Descendã [et] videbo: vtrum clamorẽ qui venit ad me opere compleuerint. an non est ita? vt sciaz. † Cõuerterũtqꝫ se angeli inde. [et] abierunt sodomam. Abraaz vero adhuc stabat coram domino. [et] appropinquãs ait: Nunquid perdes iustũ cum impio? Si fuerint quiquaginta iusti in ciuitate peribunt simul. et non parces loco illi propter quinquaginta iustos. si fuerint in eo? Absit a te vt rem hãc facias. [et] occidas iustum cum impio. fiatqꝫ iustus sicut impius. Non est hoc tuum qui † iudicas omnẽ terram nequaqꝫ facies iudicium hoc. Dixitqꝫ dominus ad eum: Si inuenero sodomis quinquaginta iustos in medio ciuitatis. dimittaz omni loco propter eos. Respondit abraam dicens: Quia semel cepi: loquar ad dominum meum
Euidentia publicati flagitij que accusatore non eget.
† Consuetudine. quasi superposito lapide.
† vt a precipitatione iudicij cõpesceret mala sodome. prius voluit pbare ꝙ̄ iudicare.
† qꝛ dñs in angelis loquitur. nũc in ei[us] ꝑsona nunc in angeloꝝ stilus alternatur.
Per iusticiã paucoꝝ vult impetrare misericordiam multoꝝ. Aliqui remissione digni. qꝛ quinquagesimus remissionis annus est.
vt innocẽs pereat.
† Iuste disponis.
Orando hec dicit. nõ inuehendo.

Si fuerint. l. [et]c. Isi. Quinquagenarius numerus a quo vsqꝫ ad. x. descendit penitentiã significat. Uñ [et] quinquagesimus psal. penitentialis est. Si ergo ꝯuerterent̄ saluarent̄. Sz cũ deus aspicit delinquentes nolle ad penitentiam cõuerti. ilico ardorẽ immoderate luxurie igne gehenne cõpescit. vsqꝫ ad x. iustos nõ perire sodomam dixit: qꝛ si in quolibet per. x. preceptoꝝ custodiã christi nomẽ inueniatur: non peribit. Denarij em̄ numeri figura et crucẽ xpi significat.

Loquar ad d. [et]c. Greg. mora. Sancti quãto magis diuinitatis interna prospiciunt: tanto magis se nichil esse perspiciũt. Nusqꝫ legit̄ abraam se cinerẽ [et] puluerem professum esse: nisi cũ meruit dei locutionẽ habere. [et] ait: Loqr ad d. m. cum sim puluis [et]c. Fortasse eniz aliq̃d se esse crederet si verã essentiã q̃ supra ipm est non sensisset. Unde [et] dauid exclamat. Memento dñe qm̄ puluis sum[us] [et]c.

Gre. mora. Quosdam p tumorem census nõ eleuat: sed per misericordie opera. Quidam dum se terrenis abundare conspiciunt. veras diuitias nõ requirunt. [et] eternum regnum nõ amant: qꝛ temporalia sufficere putant. Nõ est ergo census in crimine. sed affectus. cuncta em̄ que deus ꝯdidit bona sunt Sed qui bonis male vtitur: hic agit vt p edacitatis ingluuiem eo quo viuere debuit pane: moriat̄. Paup ad requiem lazarus venerat: superbuz diuitem cruciabant tormenta. Diues abraam fuerat: qui lazarum ĩ sinu

tenebat. Ait tamen: Loquar ad d. m. cum sim puluis ⁊c. Quid diuitias suas estimabat: qui se ipsum puluerē cineremq; putabat. Aperte cernimus in quo loco se posuerat. qui se puluerē ⁊ cinerem etiā cum deo loqueretur estimabat. Qua ergo pena feriendi sūt. qui ad summa nō pficiunt: ⁊ de minimis se extollunt.

Quinq; fuerint Quinq; ciuitates igneis imbrib⁹ combuste. omnes enim qui quinq; corporis sensus libidinose tractauerunt: futuro incendio sunt cremandi.

Si inuenti fuerint ⁊c. Alc. Nō necesse est hoc de omni loco accipere. de sodomis autem potuit dici: quia sciebat deus nec decem esse ibi et ideo sic respondebatur abrahe ad exaggerationem iniquitatis sodomorū.

Decem. Denarius crucē christi designat quia x. littera qua denarius exprimitur in figura crucis formatur.

Dixit. Sciebat eñ nec vnum ibi esse preter loth. ad exaggerandam iniquitatem h̄ dicitur. sicut apud hieremiā. Videte si inueniatis hominem facientem iusticiam. quasi. Inuenite vel vnum. ⁊ parco eis.

C. XIX.

Ueneruntq; duo angeli ⁊c. Notandu₃ q̄ tres angeli numero īpari abrahe apparent. quia numero impare deus gaudet Sodomam venerūt pari numero. i. duo. qui numerus primus ab vnitate recedit. et princeps est alteritatis. quasi femineam figurans molliciem. Venerunt in vespere: quia iam sodomis occubuerat sol iusticie.

Qui cū uidisset. ⁊c. Vñ occurrit loth ⁊ adorat. angelos videtur intelligere Vñ ad refectionem corporis inuitat: homines videtur putare. Sz de his ⁊ de illis qui abrahe apparuerūt idē intelligendum est. Ex h̄ aūt loco scripture ⁊ multis alijs cōmendatur virtus hospitalitatis. Vñ paulus. hospitalitatē nolite obliuisci. p hanc eniz placuerūt quidam angelis hospitio receptis.

Sublimitatē promissionis temperat subiectione humilitatis.

cum sim puluis ⁊ cinis. Quid si
Quinq; sensib⁹ deditis ⁊ remissione indigni
min⁹ quinquaginta iustis quinq;
i. ppter eos qui corpus quadragenaria abstinentia domant. ⁊ sensibus quinq; ordinate vtuntur: nō parces omnibus.
fuerint: delebis propter quadragintaquinq; vniuersam vrbem?
Parcam.
Et ait: Nō delebo. si inuenero ibi quadragintaquinq;. Rursumq;
Legis ⁊ euangelii precepta seruātes. quater enim. x. xl. fiunt.
locut⁹ est ad eū: Si aūt quadraginta inuēti fuerint. quid facies?
Ait: Non percutiā ppter quadraginta.
Qz videbatur dñm interrogās artare respōso. tempat prefatione qd̄ querit.
Ne queso inquit indigneris domine si loquar. Quid si inuenti fuerint ibi triginta? Respōdit
Legē cū fide trinitatis seruantes. ter eñ. x. xxx fiūt.
non faciam: si inuenero ibi triginta. Quia semel ait cepi loqr ad dominum meū: Quid si inuēti fuerint ibi viginti? Dixit: Non
Seruantes mandata cū dilectione dei ⁊ pximi ppter denariū ⁊ binarium.
interficiā ppter viginti. Obsecro inquit ne irascaris domine. si loquar adhuc semel. Quid si inuēti fuerint ibi decem? Dixit: Non
Decalogi mandata seruantes.
delebo ppter decem. Abijt dñs postq; cessauit loqui ad abraam. ⁊ ille reuersus est in locu₃ suū.

C. XIX.

Ueneruntq; duo angeli sodomam vespere sedente loth in foribus ciuitatis.
Expectante cuiuslibet hospitis aduentum.
Qui cū vidisset eos surrexit obuiam eis: adorauitq; pronus in terram. ⁊ dixit: Obsecro domini. declinate in domum pueri vestri
Vt appareret q̄ hospitalis esset.

Lauate. Quod hospitib⁹ solet fieri. vt affect⁹ terreno puluere sordidati. ⁊ accidia ⁊ pusillanimitate tanq̄ puluerulētis squalorib⁹ emūdent. Vñ in monasterijs puenientib⁹ de uia oratio celebratur

⁊ manete ibi. Lauate pedes vestros: ⁊ mane proficiscemini viā vestram.
Futurū exterminiu₃ significant: dū se immunes ⁊ abhorrere flagicia sodomorū monstrāt.
Qui dixerūt: Minime sed in platea manebimus. Compulit illos opido vt diuerterent ad eum.
Qz humana forma indutos vel vestitos videbat.
Ingressisq; domū ei⁹ fecit conuiuiū: Coxit azima. ⁊ comederunt.
Qz immunis a fermento nequitie sodomorum.
Quia tranquillitatem castitatis semp inquietare molitur circūstrepens sartago libidinum.
Prius aūt q̄ irent cubitū. viri ciuitatis vallauerunt domū a puero vsq; ad senem. omis populus simul.
Filii noctis. operibus noctis obtenebrare volunt filios lucis.
Uocauerūtq; loth ⁊ dixerunt ei: Ubi sunt viri qui introierunt ad te nocte? Educ illos huc vt cognoscamus eos. Egressus ad eos loth post tergu₃ acclu dens ostiu₃ ait: Nolite queso fratres mei. nolite malu₃ hoc facere
Perturbatus flagitiū flagitio vult cōmutare
habeo duas filias. que necdum cognouerunt vi₃. Educā eas ad vos. ⁊ abutimini eis sic placuerit vobis. dummodo viris istis nichil faciatis mali: qz ingressi sunt sub vmbra culminis mei.
Mos fideliū est ab omī iniuria hospites defensare Homines tantū putabat.
At illi dixerūt: Recede illuc. Et rursus. Ingressus es inquiūt vt aduena nunqd vt iudices? Te ergo ipsu₃ magis q̄ hos affligem⁹. Uimq;
Quasi peregrina iudicia nō recipimus.
Quos temptatōe libido supare nō potest. grauiorib⁹ stimulis vrget.
faciebant loth vehementissime. Iamq; ppe erat vt effringerēt fores. ⁊ ecce miserūt manū viri. ⁊ introduxerūt ad se loth. clauserūtq; ostiū. ⁊ eos q̄ erāt foris pcusserūt
Qz cū castitas pene vsq; ad lapsum impetitur sepe bonorū adiutorio intra cōscientie claustra inuiolata seruatur.
Qz adit⁹ cordis ɔtra prauos mot⁹ rōe muniūt

Compulit illos. Alc. Angeli quasi coacti domum loth ingrediuntur: vt charitas ipsius tentata ⁊ probata remuneret. et vt ostenderetur quātum esset hospitalitatis bonum. hospitalem domum ingressi sunt: ⁊ hospitem liberauerunt. clausas hospitibus domos ignis ingressus. peccatores perdidit.

Habeo duas. f. Aug. Utru₃ admittenda sit compensatio flagitiorum. vel quorumlibet peccatorum: ut faciamus mala ne fiant grauiora: an perturbationi loth non consilio tribuendum: merito queritur. Et nimirum periculosissime hec compensatio admittitur. Si autē perturbatio mētis fuerit: nullo modo imitanda.

Et introduxerūt Greg. mora. Malis aduersantibus intra domum loth reducitur. ⁊ munitur. quia quisq; iustus prauorum insidias sustinēs ad mente₃ reuertitur ⁊ manz interrit⁹. Sodomite ī domo loth. ostiū inuenire nequeunt: quia corruptores mentium contra vitam iusti nullū reprehensionis aditum inueniunt. pcussi cecitate quasi domū circumeunt. quia inuidentes facta ⁊ dicta perscrutantur. Sed quia de vita iusti fortis ⁊ laudabilis actio vbiq; obuiat: errantes parietem palpāt.

Percusserūt cecitate. Aug. Grece acrisia. i. auidētia. si possit dici. que faciat nō videri. nō omnia sed qd̄ non est opus Quomodo eñ deficerent querendo ostium: si cecitate percussi essent vt nichil viderent. Sua eniz calamitate turbati: nichil vlterius requirerent. Hac acrisia percussi erant: qui heliseum querebant. ⁊ qui christum post resurrectionem cum ipso ambulantes non cognoscebant.

Egressus itaqꝫ ⁊c. Hiero. In sequē tibus filie loth virgi nes fuisse leguntur. ⁊ ipse ad sodomitas di xit Ecce due filie mee q̄ nō cognouerūt vi rum ⁊c. Nūc aūt di citur habuisse gene ros. Sꝫ quidā arbi trantur eas q̄ viros habuerunt in sodo mis perisse: ⁊ q̄ virgi nes erāt cū patre exis se. Sed hebraica ve ritas habet. Egressus est loth ⁊ locutus est ad sponsos qui acce pturi erāt filias eius Virgines ergo filie necdū fuerant matri monio copulate.

Cumqꝫ esset ma. ⁊c. Isi. Loth frater abraam iustus ⁊ ho spitalis in sodomis significat corpus chri sti. qđ in omnibus sā ctis inter impios ge mit: quorū factis nō consentit. ⁊ a quorū permixtione liberabi tur in fine seculi. illis dānatis supplicio ig nis eterni.

In monte s. t. f. Strab. Mons alti tudinem virtutum si gnificat. ad quā an gelus hortatur. scđm illud. Si vis pfectus esse. vade ⁊ vende oīa que habes ⁊ ⁊c. Qui vero uiderit se nō pos se conscendere: meli⁹ est vt ī segor. i. in par uula remaneat. con tentus laicali ⁊ cōmu ni vita. q̄z montē vir tutis arripiat: ⁊ ad se cularia redeat. Vir ginitas alt⁹ mons est ad quā angel⁹ horta tur. Si quis videt se nō posse cōscendere: maneat in segor. i. in legittimo cōiugio. qꝛ meli⁹ est mediocri bo no vti. q̄z p abrupta libidinis precipitari. Vñ ꝓpter fornicati onē vnusquisqꝫ vxorem habeat.

Nec possum ī monte. s. Perturbatus nō credebat dño. quē in an gelis agnoscebat. sicut pturbatus filias prostituebat.

Est ciuitas hic ⁊c. Isi. Sodoma interpretatur cecitas: ⁊ exprimit mū dana desideria. Altitudo montiū speculatio pfectoꝝ. Sꝫ qꝛ multi mundi illecebras fugiunt: tm̄ in actione positi. cōtemplationis apicē subire neque unt. Exiuit loth a sodomis: sꝫ ad montana non puenit. Vñ loth ait: Est ciuitas h iux ⁊c Iuxta dicit: ⁊ tm̄ ad salutē tuta. qꝛ actiua uita nec a mūdi curis ex toto discreta: nec a gaudio eterne salutis est aliena.

Ad quā possum fugere. Qui ad contemplatiuā ascendere nō suffi ciunt. ad actiuā vitam confugiūt in qua saluentur.

Gre. Mora. Arentē sodomā fugere est incēdia carnis declinare. Altitu do montiū mūdi con tempt⁹. Vel in mōte sūt q̄ carnali copule inherēt. s; nisi cura su scipiende ꝓlis. nulla soluuntur voluptate carnis. Sꝫ qꝛ multi carnis scelera deserūt nec tm̄ in ꝯiugio car nis positi. vsus solū modo debiti iura cō seruāt. Exijt loth de sodomis. sed nō mox ad montana puenit: qꝛ damnabilis vita relinquit. sed adhuc celsitudo ꝯiugalis cō tinētie subtilit nō te net. Est in medio se gor q̄ fugientē infir mū saluet: qꝛ cū p in cōtinētiā miscēt ꝯiu ges. lapsus scelerꝫ fu giunt: ⁊ cū venia sal uant. ⁊ q̄si paruā ci uitatē inueniūt: in q̄ ab ignib⁹ defendunt qꝛ ꝯiugalis vita non virtutib⁹ mira est: sꝫ tm̄ a supplicijs secura Vñ. est ciuitas h ⁊c. Vitā suā ꝯiuges. q̄ in pua ciuitate custo diūt: qñ ꝓ se assiduis oratōib⁹ intercedūt. Vñ ad loth dicitur Ecce in h suscepi p̄. t qꝛ cū deo oratio fun dit: talis vita ꝯiugij nō damnat. Unde Nolite fraudare in uicem ⁊c.

Igitur d. p. s. ⁊c. Greg. Sulphur fe tor carnis. Ignis ar dor carnalis deside rij. cū dñs carnis sce lera punire decreuis set. qualitate vltiōis innotuit macula cri minis. Sulphur em̄ fetet. ignis ardet. qui ergo ad puersa desi deria carnis fetore ar serant: iure sulphure ⁊ igne perierūt. vt ex iusta pena discerent: qđ iniusto desiderio fecissent.

Stra. Notanduꝫ qꝛ primos peccatores aqua diluuij exterminauit. q̄ similiter offenderāt deū. ꝯcupiscentia carnis Sodomite vero grauiori supplicio ignis. s. ⁊ sulphuris. diluuio perierunt Licet em̄ illi mensuram excederent: quasi naturaliter peccabant Isti vero contra naturam Ideo grauissimi supplicij exemplo damnati sunt.

Uniuersos habitatores. Alc. Infantes cū parentib⁹ in sodomis cremati sūt: vt posset aduerti impijssimū facinus sodomitaꝝ. ne de origine eoꝝ aliqđ remaneret vestigiū. Et prouisū est illis. ne diu viuētes sequant exempla patꝝ: ⁊ leui⁹ punirent. Parentes quoqꝫ tam pro se q̄z ꝓ eis rei sunt. Mors em̄ filioꝝ. crimē est parentū. Ideo futuri sūt accusatores eoꝝ Est etiā qualecūqꝫ beneficiū non reum esse. qui gloriosus non est. prodest em̄ pauperem non esse: qui rex esse non potest.

Respiciens uxor eius. Isi. Vxor eoꝝ genus figurat qui gratia

Auidentia.
cecitate a minimo vsqꝫ ad maxi
ita vt i iusto nichil reprehensibile viderent
mum: ita vt ostium inuenire nō
cetera videbant.
possent. Dixerunt autem ad loth
Habes tuorum quempiā gene
familiares loth. merito eius possent saluari
rum aut filios aut filias: Oms
si voluissent cū eo a malis longe fieri.
qui tui sunt educ de vrbe hac. de
quasi plus valuit apud eos malū inolitum q̄z bonum insolitum.
lebimus em̄ locum istum: eo q̄
increuerit clamor eorū coram do
mino. qui misit nos vt perdam⁹
illos. Egressus est itaqꝫ loth. ⁊ lo
cutus est ad generos suos. qui ac
cepturi erant filias eius. ⁊ dixit:
Surgite ⁊ egredimini de loco isto
quia delebit dominus ciuitatem
Quos praue consuetudinis amor ligauerat
hāc. Et visus est eis quasi ludēs
qꝛ opus lucis est a malis recedere.
loqui. Cūqꝫ esset mane. cogebāt
eum dicentes: Surge tolle vxo
rem tuam ⁊ duas filias quas ha
bes. ne ⁊ tu pariter pereas in sce
Qui aliquo affectu carnali malorū consorti um exire dissimulant. crebra bonorū admonitio ne cogendi sunt. ne bonos mores corrumpāt ex
lere ciuitatis. Dissimulante illo
empla malorum.
apprehenderunt manum eius. ⁊
manum vxoris. ac duarum filia
rum eius. eo q̄ parceret domin⁹
illi. eduxeruntqꝫ eum. ⁊ posuerūt
extra ciuitatem. Ibi locuti sūt ad
Ne redeas ad sodomam.
eum dicentes: Salua animā tuā
qꝛ nemo mittens manū in aratrum ⁊ respi ciens retro. apt⁹ est regno dei. Sicut sodo
Noli respicere post terguꝫ. nec
mitica cetera fuge vicia.
stes in omni circa regione: sed in
Culmine virtutū.
monte saluū te fac. ne ⁊ tu simul
pereas. Dixitqꝫ loth ad eos: Que
so domine mi: quia inuenit seru⁹
tuus gratiam coram te. ⁊ magni
ficasti gloriam ⁊ misericordiā tu
am quā fecisti mecū. vt saluares
Necdū se pfectōi virtutū ydoneū sentiebat.
animam meā. nec possum in mō
Si cepero. s. que ferre non possum
te saluari. ne forte apprehendat
segor q̄ sic vocata ē. ex quo loth dixit est. c. p
me malum: ⁊ moriar. Est ciuitas
hic iuxta ad quam possum fugere
hoc est.
parua. ⁊ saluabor in ea. Nūqđ
nō sufficit inbecillitati mee ad vitā
nō modica est. ⁊ viuet anima mea
quasi. Qui potest capere capiat.
Dixitqꝫ ad eum: Ecce etiā in hoc
i. acquiesco precibus tuis.
suscepi preces tuas. vt non sub
uertam vrbem pro qua locut⁹ es
Festina ⁊ saluare ibi: quia nō po
tero facere quicq̄z. donec ingredi
aris illuc. Idcirco vocatuꝫ est no
i. parua. qꝛ corrupta ciuitas sub luce damnata est.
men vrbis illi⁹ segor. Sol egres
fugiens incendia sodome.
sus est super terrā. ⁊ loth ingres
sus est segor. Igitꝰ domin⁹ pluit
putorem.
super sodomam ⁊ gomorram sul
vt terra in eternū aresceret non sicut post di luuium viresceret diuino iudicio. qꝛ puto re ⁊ ardore luxurie cōputruerunt qꝛ clamor
phur ⁊ igneꝫ a domino de celo
peccati eorum ascenderat in celum.
⁊ subuertit ciuitates has. ⁊ omēꝫ
que similia faciebat.
circa regionem: vniuersos habi
quibus delectati fuerant.
tatores vrbiuꝫ. ⁊ cuncta terre vi
rentia. Respiciēsqꝫ vxor ei⁹ post
quasi mente reuersa. vt fatuos hoc exemplo condiret. Ad condimentū fidelium. pena
se versa est ī statuā salis. Abraā
impu. eruditio iusti.
aūt consurgēs mane vbi steterat
prius cum domino: intuitus est
sodomā ⁊ gomorrā. ⁊ vniuersam

vocati· retro aspiciant· ⁊ ad ea q̄ reliquerant· redire contendunt. De qui
bus dicitur: Nemo ponēs manū in aratro ⁊ respiciēs retro· apt⁹ est regno
dei. Ideo prohibet̃ illis retro aspicere. In quo ostendit̃ nō esse redeundū
ad veterem vitā· his qui p gratiā regenerati· vltimū cupiūt euadere incē-
dium. Vxor retrospiciēs in salem versa est· exemplū facta· s· ⁊ ꝯdimentū
vnde alij salliantur. Vñ xp̄s ait: Memētote vxoris loth. vt nos· s· tanq̄
sale condiret· ne negligentes essemus: sed prudenter caueremus.

Cū eīm subuer· Innuit scriptura ma gis meritis abrahe de um liberasse loth: vt intelligamus iustū es se dictum quodā mo do. Maxime: q2 cole bat vnū verūq̃ deū. ⁊ cōpatione sodo- morū· inter quos vi- uens ad simile scelus flecti nō potuit.

Recordatus· a· Patz meritis abrahe loth fuisse liberatum quem scriptura appel lat iustū. Et sciendū q2 iustus erat· nō sic abraam· sed compa- tione sodomitar̄.

Ascenditq̃ ⁊c. Sic cōiugati de hu- militate actiue. aliqñ ascendūt ad altitudi nem ꝯtemplatiue.

Ascenditq̃ loth de segor ⁊c. Hier. Querit̃ cū primum montis fuge segor p̄- tulerit. ⁊ eam in qua habitaret liberari vo luerit. Rursus de se- gor ad montem tran sierit. Respōdebim⁹ verā esse hebreor̄ de segor coniecturā· q̄ frequenter terremotu obruta· primū bale ⁊ post salisa dicta sit. ti mueritq̃ loth dicēs: Si ceteris stantibus ista sepe subuersa est q̄to magis in cōmu- ni ruina nō poterit li berari? ⁊ hanc occasi onē infidelitatis cau sā incest⁹ fuisse. Qui enim ceteras viderat subrui· ⁊ hanc stare· seq̃ dei auxilio erutū de eo q̄d sibi ꝯcessū audierat ambigere ñ debuit.

Dixitq̃ maior ad minorem ⁊c. Hiero. Q̄d p excu- sationē dicit̃ filiarū q2 genus humanū defecisse putauerunt. ideoq̃ cū patre accubuerūt. Nō aūt excusat patrē q̄d sequit̃: ⁊ nesciuit q̄ dormissent cū eo. ⁊ cū surrexissent ab eo. appungūt desup hebrei obelo· quasi superfluū· quasi incredibile sit: q2 rer̄ natura nō capiat coire quēpiam nescientem.

Strabus. Loth inexcusabilis est· primo q2 angelo nō credidit· deinde q2 inebriatus est: ⁊ fuit peccatū causa peccati.

Hie. Sic praua suggestio ⁊ delectatio· vt inceste mulieres insidiant̃ cōtinentib⁹· vt accepta occasione torpentes vino fallacie imbuant· ⁊ a sta tu rectitudinis quasi ignorantes deijciant.

† per reliquias combustionis imprimitur no bis memoria subuersionis· ad exemplum corre ctionis.

terram regionis illius. † Viditq̃ ascendentem fauillam de terra q̄si fornacis fumū. Cum eīm subuer- teret dominus ciuitates regionis illi⁹· recordatus est abrahe: ⁊ libera uit loth de subuersione vrbiū in quibus habitauerat. Ascenditq̃

† In quē prius monente dn̄o ascēdere noluit.

loth de segor· ⁊ mā sit in † monte: due quoq̃ filie eius cū eo. Timu erat eīm manere in segor. Et man sit in speluca ipse ⁊ due filie ei⁹ cū eo. Dixitq̃ maior ad minorē: Pa ter noster senex est· ⁊ nullus viro rum remansit in terra· qui possit ad nos ingredi iuxta morem vni uerse terre· veni inebriemus eū vino: dormiamusq̃ cū eo: vt ser uare possimus ex patre nostro se

† quē sodoma nō vicit: vina vicerunt.

men. Dederūt itaq̃ † patri suo bi

† Sicut loth in sodomis iustus· in monte pec cauit. sic quidā seculares inter malos· statū re ctitudinis tenēt· cū vero ad altitudinē vite ascē dunt: negligentiores facti grauiter peccant.

bere vinū nocte illa. † ⁊ ingressa ē maior· dormiuitq̃ cū eo. At ille ñ sensit· nec quando accubuit filia nec quādo surrexit. Altera quoq̃ die dixit maior ad minorē: Ecce dormiui heri cum patre meo· de mus ei bibere vinum etiā hac no

Veni inebriemus ⁊c. Alc. Didicerant due filie loth consummatio-
nem mundi futurā p ignē. Sed tanq̄ puelle nō pfecte· neq̃ sciebāt q̄ so-
domitis igne vastatis· multū spaciū integrū remaneret. ⁊ suspicate sunt ta
le aliquid factum· quale in temporib⁹ noe audierāt. ⁊ ad reparandū gen⁹
humanum supstites se esse cum patre. Et q̄uis grande crimen cōcubitus
patris· grauior videbat̃ impietas: si seruata castitate spem posteritatis de
lerent. Ideo cōsiliū ineunt· ⁊ patris mesticiam vel rigorē vino molliūt: et
singulis singule no- ctibus suscipiunt ab ignorāte conceptum nec repetunt.

Dederūt itaq̃ ⁊c. Isi. Loth in hoc loco legem significat quā quidā ex illa p- creati ⁊ sub illa positi male itelligēdo quo- dammodo inebriant eaq̃ ñ legittima vtē do· infidelitatis opa pariūt. Bona est eīm lex· si quis ea legiti- me vtatur.

Cōceperūt ergo due f. l. ⁊c. Hiero. Moab interp̄tatur· ex patre. ⁊ totū nomē ethimologiam habet Ammon vero cuius quasi causa nominis reddit̃· filius generis mei· siue vt meli⁹ est in hebreo· filius popu li mei· sic deriuat̃· vt ex parte sensus nois ex parte ipse sit sermo Ammon enī a quo ammonite· vocat̃ po pulus meus.

cte· ⁊ dormies cū eo· vt saluemus semē de patre nostro. Dederūtq̃ etiā ⁊ illa nocte patri suo bibere vinū. Ingressaq̃ minor filia dor miuit cū eo. ⁊ nec tunc quidē sen sit quādo concubuerit· vel quan do illa surrexit. Conceperūt ergo

† tales fructus parit desidiosum ocium.

due filie loth de pr̄e suo. † Peꝑit

q̃ maior filium: ⁊ vocauit nomē

qz interpretatur ex patre· ⁊ significat abutē tes lege· quibus dicitur: vos ex patre dyabolo estis.

eius moab. ipse est pater moabi tarum vsq̃ in presentem diē. Mi nor quoq̃ peperit filium· ⁊ voca

† qui interpretatur filius populi mei· ⁊ signi ficat hereticos· de quibus dicitur: a nobis exie runt· sed nō erant ex nobis.

uit nomen eius † ammon· i· filius populi mei. ipse est pater ammo nitarum vsq̃ hodie.

C. XX.

Rofectus in

q̄ feruorē tribulatōis significat.

de abraam in terram australē· ha

† vbi moises ꝑduxit de petra aquā ꝯtradictōis † cades fons iudiciū. † Sur angustia.

bitauit inter † cades ⁊ † sur· ⁊ pere

† Terra palestinorū. † dum habet homo

grinatus est in † geraris. † Dixitq̃

quid faciat· nō debet tentare deū.

de sara vxore sua: soror mea est.

Ex priori pharaonis correctione certus erat quia violari non poterat.

Misit ergo abimelech rex gerare

q̄uis abraam humana ratione vsus· tñ totū se deo cōmisit.

⁊ tulit eā. Venit aūt de⁹ ad abime lech per somnium nocte ⁊ ait illi:

C. XX.

Cades. Fons indi cij· sur angustia· qui- bus figurat̃ patiētia

Dixitq̃ de sara· ⁊c. Aug. Queri so- let· quomō in illa ꝑta te abraam p sare pul critudine piclitari ti- muerit. Sz forme il- lius vis miranda est que adhuc amari po terat.

Isido. Dixitq̃ de sara ⁊c. Tacuit vxo rem· dixit sororē· ne ipse occideret· ⁊ illa captiua ab alienige- nis possideret̃: certus q̄ a deo īuiolata ser uaret̃· sicut apd̄ pha raonem. Vñ abime lech somno cōmoni- tus intactam reddi- dit. Abraam christū· sara significat ecclesiā· que in hac peregrinatōe inter alienigenas· sine macula viuit ⁊ ruga. in gloriā christi viri sui· cui⁹ pulcri- tudo honor christi· cui⁹ pulcritudini reges offerūt munera· sicut abimelech sare. Plus in ea admirās forme decus q̄d amare potuit non violare. Est eīm ecclesia xp̄i vxor in occulto· abscondito quippe secreto inheret anima dei verbo in carne vna. Hoc magni coniugij sacramentū in xp̄o ⁊ in eccle sia apostolus cōmendat. Regnū vero terrenū q̄d reges significāt qui nō permittunt̃ violare saram: nō expertū est ecclesiā esse coniugē xp̄i· nisi cum violare tentauit. Diuino eīm testimonio p fidē martirū cessit· correptūq̃

in posterioribꝫ munere honorauit: quā in priorībꝫ corrūpe nō valuit. Qd̄ eīm in vno rege prius ⁊ posterius figuratū est: hoc in isto regno vno prioribus ⁊ posterioribus regibus impletū est

¶Cuius vxor sit ecclesia occultatᷣ alienigenis: nō cuius soror: q̄ intellectu difficile est· quomodo anima hūana verbo dei copuletᷣ. Cū ille sit de⁹. hec creatura: secūdū h̄ eīm sponsus ⁊ sponsa· vl̄ vir ⁊ uxor. Qd̄ vero cognatōne frēs sint christus ⁊ oēs sancti gratia diuina non consanguinitate terrena. hoc est· de patre· nō de matre. ⁊ affabilius dicitᷣ: ⁊ capacius auditᷣ. Inter se eīm sancti oēs ꝑ eandem gratiam fratres. Sponsus aūt ceterorum societate nullus illoꝝ est.

¶Dicitᷣ ecclesia soror xp̄i de patre· non de matre· nec terrena generatio q̄ euacuatᷣ h̄ gratie celestis que eterna ē cognatio cōmendatᷣ. qua accepta mortales nō erimus h̄ filij dei. Neq̄ eniz hanc gratiā de sinagoga matre xp̄i secūdum carnē: h̄ de deo patre percipim⁹ Vn̄ Nolite vocare prē ꝫ super terram· Vnus est eīm pater vester q̄ in celis est.

¶Dixitq̄ ad eum ⁊c̄. Aug. Qd̄ dicitᷣ abimelech ꝓ sara· Et peperci tibi ne peccares in me. aduertēdū est deū fecisse· qñ admonuit vxorem esse abrae: quā putabat sororē. Et notanduꝫ ꝙ in deū peccatᷣ: cuꝫ talia cōmittuntᷣ q̄ putant hoīes· vel nō esse peccata· vel leuia haberi· tanq̄ ī carne peccata.

¶Alias aūt uere s. Hier. Qm̄ ī hebreo habetᷣ p̄terea vere soror mea est· filia prīs mei h̄ ñ filia mrīs mee ⁊ sonat magis ꝙ soror abrae fuerit. In excusatione eius dicimus· nondū tales nuptias lege ꝓhibitas.

¶Admonendo dicit: vt caueat: nō affirmādo.

En morieris ꝓpter mulierē quā tulisti. Habet eīm virum. Abimelech vero nō tetigerat eam. Et ait

¶Nō putat se adulteriū cōmittere· volens sororem abrae in coniugiū ducere.

domine· num gentē ignorantem ⁊ iustam interficies? Nōne ipe dixit michi: Soror mea est· ⁊ ipsa

† ¶Putans verū esse qd̄ dicebatur.

ait: Frater me⁹ est? † In simplici-

† ¶Coniugii fidem conseruare volens· nō concubinam querens.

tate cordis mei· ⁊ † mundicia manuum meaꝝ feci hoc. Dixitq̄ ad eum deus: Et ego scio ꝙ simplici corde feceris· ⁊ ideo custodiui te

¶Peccantes in ꝓximū in deū peccamus.

ne peccares in me· ⁊ non dimisi

† ¶Vt puenires ad flagitiuꝫ. † ¶Soluitur cōmissum· cū restituitur amissum.

† vt tangeres eā. † Nūc igitᷣ redde

† ¶Vt dimittatur tibi illicita iniuria.

vxorem viro suo· ⁊ † orabit pro te

¶futurorū presagus.

q̄ propheta est: ⁊ viues. Si aūt

† ¶Q̄ peccatū incorrectū· nō remanebit inultū

nolueris reddere: † scito ꝙ morte morieris tu ⁊ oīa que tua sunt.

¶Visione perterritus.

Statimq̄ de nocte consurgens abimelech· vocauit oēs seruos

¶Ne temere videretur repudiare coniugium.

suos: ⁊ locutus est vniuersa verba hec in auribus eorum. Timueruntq̄ omnes viri valde. Vocauit autē abimelech etiā abraam· et dixit ei: Quid fecisti nobis?

¶Quidquid hoc facto cōmisit· in euꝫ reflectit: qui veritatē suppressit. parū eīm distat· vtrū facinus cōmittas: an admittas.

quid peccauimus in te? q̄ induxisti super me ⁊ super regnum meū peccatum grande· Que nō debuisti facere fecisti nobis. Rursusq̄

¶vel explorans.

expostulans ait: Quid vidisti vt hoc faceres? Respondit abraam

¶Filia patris. Alia trāslatio apertius a patre ⁊ nō ex matre· erat eīm filia aran fratris abrae· soror loth.

¶Tulit igitur. Alr̄. Abraam significat christū· Sara ecclesiā· Abraā honoratᷣ ꝓpter sare pulcritudinē· ⁊ christus propter ecclesiam. Unde mirabilis deus in sanctis suis. Habebat sara virum· sed latebat. Habet ecclesia christum· qui in seculo nō videtᷣ: in celo receptus

¶Postq̄ autem ⁊c̄. Postq̄ sermo dei repulsus est a iudea· oēs fideles soror christi ⁊ fratres. Unde· Quicūq̄ fecerit voluntatem patris mei qui in celis est ipe frater me⁹· ⁊ soror ⁊ mater.

¶Ubicūq̄ tibi placuerit ⁊c̄. Qui aliqñ terrore principum credere distulerant· eisdeꝫ iubentibꝫ ad ecclesiā q̄ xp̄i soror ⁊ vxor est sese cōtulerūt· ⁊ ꝑ oēs mundi partes gloriā xp̄i ⁊ ecclesie dilatauerūt.

¶Mille argēteos ⁊c̄. Quasi iocādo loquitur· quia illa dixit fratrem suum esse qui marit⁹ erat. ⁊ hortatur vt in posterum hoc meminerit; ne deinceps simile improperiuꝫ deprehensa incurrat.

¶Mille argētei dantur christo· cum eloquio doctores mūdi de gentili conuersatione ad fidem xp̄i tenendam· ⁊ predicandam assumuntᷣ. Millenarius eīm ex denario quadratus· stabilem ⁊ solidā dsignat euangelice p̄dicationis doctrinam.

¶Orante aūt a. Orante filio patrem sanatur infecunditas mundanoꝝ principū ⁊ subditorum populorum.

¶Quasi nolui tentare deum.

Cogitaui mecum dicens: Forsitā

† ¶Sic iudei

non est timor dei ī loco isto· † ⁊ in-

christū occiderūt propter ecclesiā· que est soror christi· de patre celesti· nō de matre terrestri.

terficient me propter vxorē meā· alias aūt vere soror mea est: filia patris mei· ⁊ non filia matris mee ⁊ duxi eam in vxorē. Postq̄ aūt eduxit me deus de domo patris mei· dixi ad eaꝫ: Hanc misericordiam facies mecū· In omni loco ad quē ingrediemur· dices ꝙ fra-

† ¶Q̄ principes terre pulcritudinem ecclesie dilexerunt: omnia que habebant in obsequiū christi dederunt.

ter tuus sim. † Tulit igitur abime-

¶alias ⁊ ancillas.

lech oues ⁊ boues ⁊ seruos ⁊ dedit abraam. Reddiditq̄ illi saraꝫ vxorem suam· ⁊ ait: Terra coram vobis est: Ubicūq̄ tibi placuerit habita. Sare aūt dixit: Ecce mille argēteos dedi fratri tuo. Hoc erit tibi in velamen oculoruꝫ· ad omnes qui tecum sunt· ⁊ quocūq̄ perrexeris: memento te deprehensam. Orante aūt abraam sanauit deus abimelech· ⁊ vxorem ancillasq̄ eius· ⁊ peperunt. Concluserat enim deus omnē vuluā domus abimelech· propter saraꝫ vxorem abrae.

¶C. ¶XXI.

¶C. ¶XXI.

in seyr dicat̃ habitasse. Sʒ fieri potuit vt iacob fugiente in mesopotamiã: esau dolore prerepte benedictionis a parente recesserit. ⁊ habitauerit in seyr. xx. annis quibꝰ iacob aufuit. Qui reuerso recõciliatꝰ rursus de seyr: reuersus cuʒ fratre suo: donec pater viueret: ꝗ mortuo a fratre r̃cessit. qꝛ diuites erant ⁊ simul habitare nõ poterãt.

Isti filii seyr ⁊c. Hiero. Postq̃ʒ enumerauit filios esau. altius repetit qui ante esau in terra edom principes extiterũt ex genere horreorũ. qui liberi interp̃tant̃. In deutronomio manifestius scribit̃ quomõ venerũt filij esau ⁊ interfectis horreis terrã eoꝝ hereditauerunt.

Stra. Filij seyr ⁊c. Id est. liberi q̃ sicut ĩ paralipomenon legit̃ primo habitauerunt in monte seyr. quibꝫ expulsis ydumei habitauerũt pro illis.

Erat aũt soror. Hier. Hec est thãna de qua supradictum est. ⁊ thamna erat cõcubina eliphaʒ primogeniti esau ⁊c. Hõ horreoꝝ recordat̃: qꝛ primogenitus filioꝝ esau ex filiabus eorũ accepit cõcubinã. Pr aũt dicit̃ theman ⁊ ceneʒ ⁊ amalech. ⁊ reliqua. Sciamꝰ postea regionibꝫ ⁊ gentibus ydumeoꝝ ex his vocabula imposita.

Iste est ana ⁊c. Str. Quidã simplicit̃ aq̃s calidas hũc ĩ deserto repisse dicũt. q̃s vocamꝰ thermas.

Hiero. Iste ẽ ana Qui inuenit ianum in deserto cũ pasceret asinos sebeon patris sui. Varia apud hebreos de h̃ capitulo disputãt̃. Apud grecos eñ ⁊ nostros silẽtiũ est. Alij putant iãnuʒ maria appellata Hisdẽ eñ scribũtur litteris. ⁊ volũt illum pascentẽ asinos aq̃ꝝ cõgregatões repperisse. q̃ iuxta ydioma hebree lingue maria di

a fratre suo iacob. Diuites enim erant valde: ⁊ simul habitare nõ poterant: nec sustinebat eos terra peregrinationis eorum pre multitudie gregũ. Habitauitq̃ʒ esau in monte seyr. ipse est edom. He aũt sũt generationes esau patris edom in monte seyr: ⁊ hec nomi- ſ Themanites. na filioꝝ eius. Eliphaʒ filius ada vxoris esau. Rahuel quoq̃ʒ filiꝰ basemath vxoris eiꝰ. Fueruñtq̃ʒ fi- ſ themanites. lij eliphaʒ theman omar sephua et gathan. ⁊ ceneʒ. ⁊ chore. Erat aũt thamna ꝯcubina eliphaʒ filij esau. que peperit ei amalech. Hi sunt filij ada vxoris esau. Filij autem rahuel. naath. ⁊ zara. semma ⁊ meza. Hi filij basamath vxoris esau. Isti quoq̃ʒ erãt filii oolibama filie ane filii sebeon vxoris esau quos genuit ei: iehus ⁊ ihelon ⁊ chore. Hi duces filioꝝ esau Filii eliphaʒ primogeniti esau: Dux theman. dux omar. dux sephua. dux ceneʒ. dux chore. dux gathan. dux amalech. Hi sunt filii eliphaʒ in terra edom. ⁊ hi filii ada. Hi quoq̃ʒ filii rahuel filii esau. dux naath. dux zara. dux semma. dux meza. Hi aũt duces rahuel in terra edom. Isti filii basemath vxoris esau. Hi aũt filii oolibama vxoris esau. Dux iehus. dux ihelon. dux chore. Hi duces oolibama filie ane vxoris esau. Isti sunt filii esau. ⁊ hi duces eo- ſ Qui ⁊ esau ⁊ seyr. rum: ipse est edom. Isti filii seyr ſ. i. liberi quos expulerunt ydumei. ⁊ habitauerunt pro illis. horrei habitatoris terre. Lothan ⁊ sobal. ⁊ sebeon. ⁊ anan. dison. ⁊

eser. ⁊ disan. Hi duces horrei filii seyr in terra edom. Facti sũt autem filii lothan horrei ⁊ eman. Erat autẽ soror lothan thamna. Et isti filii sobal. aluhan ⁊ maneth ⁊ ebal sephi ⁊ onan. Et hi filii sebeon achia ⁊ anan. Iste est anã qui inuenit aquas calidas in solitudine cum pasceret asinas sebeon patris sui. Habuitq̃ʒ filiuʒ disan ⁊ filiam oolibama. Et isti filii disan: abdaʒ. ⁊ iesban. ⁊ iethram ⁊ charan. Hi quoq̃ʒ filii eser bala annan. ⁊ zeuan ⁊ achan. Habuit autem filios disan hus ⁊ aran. Hi duces horreorũ: dux lothan dux sobal. dux sebeon. dux ana. dux dison. dux eser. dux disan. Isti duces horreorum qui imperauerunt in terra seyr. Reges autẽ qui regnauerunt in terra edom anteq̃ʒ haberent regem filii israel ſ nõ qui in libro numeroꝝ legitur cõduxisse fuerunt hi. Balach filius beor: balaam ariolũ. ipse eñ rex moab: ⁊ filius sephor iste rex in seyr. ⁊ filius beor. nomeñq̃ʒ vrbis eiꝰ denaba. Mortuus est auteʒ balach. ⁊ regnauit pro eo iobab filius zare de bosra. Cunq̃ʒ mortuus esset iobab regnauit pro eo husan de terra themanorum. Hoc quoqʒ mortuo: regnauit pro eo adad: filius badadi. qui percussit madian in regio- ſ vel cophin. ne moab. ⁊ nomẽ vrbis eiꝰ auith. Cunqʒ mortuꝰ esset adad. regnauit pro eo semla de maserecha. Hoc quoqʒ mortuo regnauit ꝓ eo saul de fluuio rooboth. Cũqʒ ⁊ hic obijsset. successit in regnum balaannan filius achobor. Isto quoqʒ mortuo. regnauit pro eo

cunt̃. qꝛ stagnũ r̃ppit qđ ĩ heremo difficile inuenit̃. Nõ nulli putãt aq̃s calidas ligua punica q̃ hebree ꝯtermina ẽ. h̃ noĩe significari. Sũt q̃ arbitrãt̃ onagros hũc asinabꝫ admisisse: ⁊ huiõi reppisse ꝯcubitũ vt velocissimi nascerẽt̃ asini q̃ vocãt̃ iamin. Alij dicunt ꝙ equaꝝ greges ab asinis primꝰ fecit ascẽdi. vt muli cõtra naturã nascerẽt̃.

Isti duces. De p̃cedentibꝫ ait. qui de seyr. nõ de his quos h̃ incipit numerare q̃ de esau sunt.

Reges aũt Sciẽdũ ꝙ non oms reges cõmemorat q̃ fuerũt anteq̃ʒ haberẽt reges filij isrl̃. quoꝝ primus saul. s̃ hos oẽs tm̃: q̃ regnauerũt añq̃ʒ moreretur moyses.

Reges a. Scđm tempꝰ q̃ viuebat scriptor cõmemorat. cuʒ aũt seyr q̃ istos genuit ibi habitaret nõdũ veniẽte esau in terrã illã. ab eo vocabatur terra edom.

Augu. Nõ mirꝝ ꝙ numerãtibꝫ ab abraam ꝑ esau prẽm gentis edom. ad quẽ per rahuel filiũ esau. ⁊ zara filiũ rahuel: ⁊ iobab filiũ zara cui successit balach. q̃ primꝰ fuit rex in terra edom vsq̃ʒ ad vltimũ regẽ quẽ nominare potuit moyses. pl̃es generationes inueniunt̃ q̃ʒ numerant̃ ab abraã. ꝑ iacob vsq̃ʒ ad moysen. Illic eñ inueniũtur fere. xij. Hic autẽ vsq̃ʒ ad moysẽ ferme vij. Fieri eniʒ potuit vt ideo pl̃es ibi noĩarent̃: qꝛ citiꝰ moriẽdo pl̃es alt̃ alteri successerũt. sic cõtigit vt aliũ ordinẽ seq̃ns mathꝰ ab abraã vsq̃ʒ ad ioseph. xl. duas generationes numeret. Lucas alio ordĩe. nõ per salomonẽ sic ille: s̃ ꝑ nathan. lxxvi. In illo eñ ordĩe vbi plures numerant̃ citius mortui sũt q̃ʒ hic vbi pauciores.

Husan. Hiero. Quẽ quidã suspicãt̃

esse iob. vt in fine voluminis ipsius additū est. Sed hebrei asserunt eū de stirpe nachor generatū vt iam supradictum est. C. XXXVII.

Ioseph cū sedecim ₇c. Aug. Quomodo potuerit mors ysaac decē ₇ septem annoꝝ ioseph inuenire. sicut scriptura videtur ex ordine narrare: inuenire difficile est. Si eñ post mortem aui sui ysaac decē ₇ septē annoꝝ fuit. qñ eū fratres in egipto vendiderunt. pater eius iacob. xvij. anno filij sui ioseph. c. xx. annoꝝ fuit. Genuit eñ eum ysaac cū esset annoꝝ. lx. sicut scriptū est. Vixit ergo ysaac postea. c. xx. annos. q₂ centesimo octogesimo āno mortuus est. Idcirco dimisit filios. c. xx. annos habētes. ₇ ioseph x. ₇. vij. Ioseph autē xxx. annoꝝ fuit quādo apparuit in cōspectu pharaonis. Secuti sūt aūt. vij. anni vbertatis. ₇ duo famis donec ad eū pater cū fratrib₉ venit. Triginta ergo nouē annos habebat ioseph. quādo iacob introiuit in egiptū qui tunc: sicut pharaoni dixit centesimū tricesimū annum agebat etatis. Centū aūt. xx. annoꝝ erat iacob: qñ erat ioseph. x. et. vij. qđ verū esse nō potest Si eñ decimoseptimo anno ioseph: iacob. c. xx. agebat: tricesimo nono anno ioseph. nō. c. xxx. sed. c. xl. duos agebat ānos Si autem die mortis ysaac nōdum erat ioseph. x. ₇. vij. annoꝝ. ſ₃ aliquāto post mortem aui. ad septimū decimū puenit annū Quo anno testante scriptura vendit₉ est in egiptū. plusq₃. c. xl duoꝝ annoꝝ debuit esse pater eius. quando filium in egiptū secutus est. Scriptura enim postq₃ narrauit vltimum annum vite ysaac cētesimū ₇ octogesimum. ₇ eius mortem ₇ sepulturā. deinde memorauit quomodo digressus est esau a fratre suo de terra chanaan in mōtem seyr. ₇ contexuit memorationem regum ₇ principum gentis illius in qua se constituit. vel qua ppagauit esau. postea de ioseph sic intulit. habitabat iacob in terra chanaan. hec autē procurāte iacob: Ioseph decē ₇ septem annorum erat pascens cum fratrib₉ oues. Deinde narrantur cause somnioꝝ quomodo odiosus factus sit fratribus ₇ venditus. Aut ergo eodē decimo ₇ septimo anno. aut aliquāto maior venit in egiptum: ₇ quolibet modo manet questio. Si enim. x. ₇. vij. annorum fuerit post mortem aui. quando pater ei₉ centū viginti annorum fuit. profecto anno eius. xxx. nono. quando iacob venit in egiptum. c. xlij. annū idem iacob debuit agere. Fuit autē centum triginta. Si ergo decē ₇ septem annoꝝ ioseph venditus est. ante duodecim annos q₃ moreretur auus eius venditus inuenitur. Decem eñ ₇ septē annorum esse non potuit nisi ante duodecim annos mortis ysaac. Centesimo ₇ octauo anno vite patris sui iacob. his eñ cū adiacerimus vigintiduos annos quib₉ vsq₃ ad aduentum patris sui fuit in egipto fient anni ioseph triginta ₇ nouem. ₇ iacob centū triginta. ₇ nulla erit questio. S₃ q₂ scriptura post mortē ysaac hec narrauit: putatur ioseph post mortem ei₉ decem ₇ septem annoꝝ fuisse. Intelligamus ergo de vita ysaac tanq₃ multū decrepiti tacuisse scripturā: cū de iacob ₇ ei₉ filijs loqueretur viuo tñ ysaac. x. ₇ vij. annoꝝ cepit esse ioseph.

adad: nomenq₃ vrbis eius phou Et appellabatur vxor illi₉ meezabel filia mathreth filie mizaab Hec ergo nomina ducum esau in cognatōib₉ ₇ locis ₇ vocabulis suis: Dux thāna: dux aluba. dux iectheth. dux oolibama dux ela dux phynon. dux cenez. dux theman dux mabsar. dux mabdihel. dux hiran. Hi duces edom habitantes in terra impij sui: ipse est esau pater ydumeoꝝ. Habitauit aūt iacob in terra chanaan in qua pater suus peregrinat₉ est: ₇ he sunt generationes eius.

C. XXXVII.

ſ Christus.

Ioseph cum † ſ qđ esse cepit ante mortē ysaac. ſ Perfecte. s. vite ₇ doctrine ⁒ ſ Euāgelico pane.

†sedecim esset annorum ⁒ pascebat † ſ Oues sibi a patre cōmissas. ⁒ ſ apostolis †gregem cum ⁒ fratribus suis adhuc puer. Et erat cū filijs bale et zelphe vxorum patris sui: accusauitq₃ fratres suos apud patrem † ſ Qđ est fraternū odiū. vel q cū pecorib₉ misceebantur. vel solū ruben accusauit ꝓ cōcubina patris vt p synodochen partē a toto accipiam₉ nō eñ oms accusauit. ⁒ ſ deus pater. †crimine pessimo. ⁒ Israel aūt dili † ſ Christū. ⁒ ſ In humano genere. gebat †ioseph ⁒ sup omes filios su

ſ. s. mundi incarnari fecisset.

os. eo q in senectute genuisset eū ſ Alle. tunicā polimitā. i. varietatē populorum ex oñibus gentib₉ ꝯgregatā in christi corpe. ſ Adherentē sibi ecclesiā ex omnibus gentib₉. † ſ Per gratiam virtutū.

Fecitq₃ ei tunicam † polimitā. Vi † ſ Iudei secundū carnem. ⁒ ſ deo. dentes aūt †fratres ei₉ q a ⁒ patre plus cunctis filijs amaretur. oderant eum: nec poterant ei quicq₃ † ſ Non est hic homo a deo qui sabbatum non †pacifice loqui. Accidit quoq₃ vt custodit. visum somnium referret fratrib₉: que causa maioris odij ⁒ seminari ſ Alias dixit ioseph fratribus suis. um fuit. Dixitq₃ ad eos: Audite somnium meum qđ vidi. Putabam colligare nos manipulos in ſ In resurrectione. agro. ₇ quasi consurgere manipulum meū ₇ stare. vestrosq₃ circum ſ Christo flectitur oñe ge. ce. ter. ₇ infernorū. stantes adorare manipulū meū. ſ quasi Responderunt fratres eius: Nū dicant iudei nō habem₉ regem nisi cesarem. quid rex noster eris aut subijciemur dicioni tue? ſ q₂ sibi pphetias aptabat Hec ergo causa dicēs moyses de me scripsit. ₇ prophete. somnioꝝ atq₃ sermonū inuidie ₇ ſ Repetita odij fomitem ministrauit. Aliud est p alias imagines futurorū cōfirmatio. quoq₃ vidit somnium qđ narrās ſ Sanctorū excellentiā. fratribus ait: Vidi quasi solem ₇ † ſ ecclie claritatē. ⁒ ſ populorū multitudinē †lunā ₇ ⁒ stellas vndecim adorare me. Qđ cū patri suo ₇ fratribus ſ hec increpatio duriciā significat iudeorū qui christum ꝯtemnunt. q₂ ex se natū cognoscunt. retulisset. increpauit eum pater

Et erat cum f. Ioseph vn₉ ex duodecim filijs iacob pre ceteris patri dilectus xp̄m significauit. quē de₉ pater secundum carnē natū ceteris fratrib₉ ex abrae stirpe ꝓgenitis ꝓtulit. Vñ amabat eū iacob. eo q in senectute genuisset eū. Senescēte eñ mundo filius dei de virgine natus fuit tā q₃ fili₉ senectutis.

Et erat cū ₇c. In primitiua ecclesia nec abijciebat sibi adherentes p p̄dicationē pseudo apostolorum quos significāt ancille iacob. quos ₇ noluit phiberi cū in noīe ei₉ miracula facerēt.

Fecitq₃ ei tuni. Hiero. Pro tunica varia aquila interp̄tatus est astrologon. i. talarem. Simach₉ manicatā. siue q ad talos vsq₃ descenderet. ₇ manib₉ artificis mira eēt varietate distincta. siue q haberet manicas. Antiqui eñ magis colobijs. i. vestib₉ sine manicis vtebantur.

Grego. Quia ioseph inter fratres vsq₃ ad finem vite iustus pseuerasse describitur: solus talarē tunicam habuisse phibetur. Quid est talaris tunica nisi actio cōsūmata? Quasi eñ ꝓtensa tunica talum corpis opit: cum bona actio ante oculos dei vsq₃ ad terminos vite nos t̄git. Unde moyses caudā hostie offerri p̄cepit. vt opus bonum qđ incipim₉ pseueranti fine compleamus.

Videntes aūt f. ₇c. Fratres xp̄i secundū carnē iudei. de quoꝝ cognatione carnem suscepit. S₃ q₂ videbant q gratia virtutū in eo fiebat: qđ testabatur patris precipuā dilectionē. inuidebant nec poterant ei quicq₃ pacifice loqui: ₇ sepius insidias tendebāt. ₇ patremfamilias in beelzebub principe demoniorū demonia eijcere blasphemabant.

Putabam colligare ₇c. Isi. Hoc spiritualiter in xp̄o impletum. Vñ adorabūt eū oms reges. o. g. ser. ei. p fidem. s. bonoꝝ opum manipulos offerentes. Ipse est quē sol luna ₇ stelle adorāt. secundū illud Laudate eū sol ₇ lu. lau. e. o. s. ₇ lu. Ipm eñ adorat sanctoꝝ excellētia. tāq₃ sol: ₇ ecclie claritas tāq₃ luna. ₇ oīm pploꝝ numerositas in stellaꝝ figura.

Num ego ⁊c. Queri potest secūdū litterā quando a patre adorat⁹ sit qui p solem ⁊ a matre q̄ p lunā designat᷑. Neq3 eīn iacob qn̄ descendit in egiptū legitur adorasse eū. Mater vero iā defūcta erat. Sed ad allegoriam recurramus q̄ in xp̄o impletur.

Cūq3 fratres illius ⁊c. vsq3 renunciа michi ⁊c. Isi. Jacob mittit filiū vt de fratrib⁹ curā gereret. ⁊ de⁹ pater filiū vnigenitum: vt gen⁹ humanum peccatis languidū visitaret. Vn̄ misit deus filiū suum in similitudinē3 car. pec. Missus ē ioseph ut videret si cuncta p̄spera essent erga oues. Et xp̄s ait: Nō veni nisi ad oues q̄ perie. domus israel.

In dothaim. Defectionē. In grā di eīn defectione erāt qui de fratricidio cogitabant.

Ruben. Preuidens h̄ sermo p̄pheticus quem ruben significat (q̄ interp̄tatur visio filij) p̄pheticis comminationib⁹ deterrebat vt innocētes se seruarent a sanguine xp̄i fratris sui secundū carnem.

suus ⁊ dixit. Quid sibi vult hoc
† vel nunquid. †† Quasi sol.
somnium q̄d vidisti? †Num ††ego
† Quasi luna. †† quasi stelle.
⁊ †mater tua ⁊ ††fratres tui adorabimus te super terram? Inuide-
pharisei.
bant igitur ei fratres sui: Pater vero rem tacitus considerabat.
pharisei.
Cumq3 fratres illius in pascēdis
Subditis sibi populis.
gregibus patris morarentur in
† que interpretatur humer⁹: q2 pressi onere legis. †† deus pater. ††† ad quos visitandos
†sychem. dixit ad eū ††israel. †††Fratres ††††tui pascunt oues in †sichimis
misit pater filiū qui curā eorū gereret. † presi onere legis.
† Incarnatū. †† visitandos.
veni mittam †te ad ††eos. Quo re
† obediens sine mora. †† vt videatur si est
spondente †p̄sto sum. Ait: ††Vade
intelligens aut re. d.
⁊ vide si cuncta sint prosp̄a erga
† pharisceos. †† Subditos.
†fratres tuos ⁊ ††pecora. ⁊ renuncia michi quid agatur. Missus d̄ valle hebron venit in sychem. In
† Propheticus sermo. †† querentem quis se agnosceret ⁊ nō inuenientem.
uenitq3 eum †vir ††errantem ī agro ⁊ interrogauit quid quereret. At ille respōdit: fratres meos quero indica michi vbi pascant greges
Nō inuenienti iudeos quos querebat. Rndit sermo propheticus.
Dixitq3 ei vir: Recesserūt de loco
Omēs declinauerunt simul inutiles ⁊c.
isto. Audiui aūt eos dicentes: ea
defectionem.
mus in dothaim: Perrexit ergo
Sequens fugitiuos.
ioseph post fratres suos. ⁊ inuenit eos in dothaim. Qui cū vidissent eum procul anteq3 accederet
q2 credere nolebant.
Sic iudei cogitauerunt christum occidere ⁊ consiliū statuerūt dicentes cru. cru. e. q̄d ⁊ aliis
ad eos. cogitauerunt eum occidere. ⁊ mutuo loquebantur: Ecce
verbis dicitur. Mittamus l. in. p. e.
† Iudei verba christi somnia reputāt. †† de
†somniator venit. Venite ††occidamus eu3. ⁊ mittamus in cister
leamus nomē eius. In infernu3.
Iudaica seuicia. vn̄: Ecce ego mitto vos sicut o. in medio l.
nam veterē. dicemusq3: Fera pessima deuorauit eum. ⁊ tunc apparebit quid illi prosint somnia sua
vaniloquia sua.
Audiens hoc ruben nitebatur liberare eum de manibus eorum.
† que cū carne moritur. veritatē
⁊ dicebat: Nō interficiam⁹ †aīam
q2 damnabilius est veritatē negare q̄3 tacendo celare.
eius. nec effundamus sanguinē:

taciturnitatis.
sed proijcite eum in cisternā veterem que est in solitudine: manusq3 vestras seruate innoxias. Hoc autem dicebat volens eripere eū de manibus eorum. ⁊ reddere patri suo. Confesti3 igitur vt p̄uenit
Christus.
Iudeos.
ad fratres suos. nudauerunt eu3
Carne assumpta que omī virtute perfecta.
tunica talari ⁊ polimita. miserūtq3 in cisternam veterem que non
In infernum.
Refrigeriū.
habebat aquā. Et sedentes vt comederent panē. viderunt hysmaelitas viatores venire de galaad
Mundi cōtemptores. qui de gentibus ad fidē venientes testimoniis legis ⁊ p̄phetarū odorifera ⁊ salutifera mundo languenti supposuerūt malagmata
⁊ camelos eorum portantes aromata ⁊ resinā ⁊ †stacten in egiptū
† gutta est mirre arboris. ⁊ ipsa mirra vocat᷑
qui credentes iudeos significat qui nec morti christi vult cōsentire nec tacendo supponere.
Dixit ergo iudas fratribus suis:
sed gentib⁹ cōmunionē fidei patenter exponere
Quid nobis prodest si occiderimus fratrem nostrum. ⁊ celauerimus sanguinem ipsius? Melius est vt vendatur hysmaelitis: ⁊ manus nostre non polluātur. frater
q2 iudei christum gentib⁹ reliquerūt. ⁊ a se repulerunt.
eīn ⁊ caro nostra est. Acquieuerūt fratres sermonibus eius: ⁊ p̄tereuntibus madianitis †negociatoribus. extrahentes eum de cisterna
† felix negociator. vbi salus emitur. ⁊ vita a morte redimitur.
tanq3 vile manciplū.
vendiderunt eum hysmaelitis triginta argenteis. Qui duxerūt eū
q2 doctores fidei predicauerunt eum in mundo. Et nos cū reuertimur ad propheticū sermonē. videmus: quia sic
in egiptu3. Reuersusq3 ruben ad
oportebat christū pati ⁊ resurgere.
cisternam non inuenit puerum:
apertis sacramentis legis. dicitur iudeis. q2 christus surrexit.
⁊ scissis vestibus pergens ad fratres ait: Puer non cōparet ⁊ ego
quasi. q2 indignos vos fecistis vel exhibuistis verbo dei. transibo ad gentes.
quo ibi? Tulerunt autem tunicā
In suspitionē peccati vitā ei⁹ blasphemātes q̄3tum in se erat duxerūnt.
eius. ⁊ in sanguinem hedi quem
q2 apud homines eū
occiderāt tinxerūt: mittentes qui
infamabant. apud patrem quoq3 infamare volebant dicentes. nō esse filiū dei.
ferrent ad patrem ⁊ dicerent hāc inuenimus. vide vtrū tunica filij
testimoniū p̄hibet filio pater: hic est f. m. d.
tui sit an nō? Quā cū agnouisset

Nudauerūt eū ⁊c. Isi. Et iudei christum p̄ morte expoliauerunt tunica corporali. ⁊ polimita. i. decorata omniū virtutum diuersitate. Resperserūt aūt tunicā sanguīe hedi q2 falsis testimonijs eū accusātes in inuidiā peccati deduxerunt. Joseph mittit᷑ in cisternā. i. in lacū. ⁊ christus expoliatus carne humana descēdit ad infernū.

Viderūt hysmaelitas. Aug. Queritur quare hysmaelitas scriptura quibus venditus est ioseph etiā madianitas vocat. cū hismael sit de agar filius abrae. de cethura vero madianite. An q2 scriptura dixerat de abraā q̄d munera. s. dederat filijs concubinar3 suarum. Agar. s. ⁊ cethure. diuisitq3 eos ab ysaac filio suo in terram orientis. ⁊ ideo vnā gentem fecisse intelligēdi sunt? An vera est opinio hebreorum qui dicūt agar ⁊ cethuram vnā fuisse

Extrahētes e. Isi. Joseph d̄ cisterna leuatus. hismaelitis vendit᷑. ⁊ xp̄s ab inferno regressus ab omībus gentib⁹ fidei cōmertio cōparatur. Ille p̄ iude cōsilium triginta argēteis distrahitur: ⁊ hic p̄ consiliū iude scarioth numero eodē venūdat᷑.

Et uendiderūt ⁊c. Hier. Hebraica veritas habet argenteis. neq3 eni3 viliori metallo domin⁹ vendi debuit q̄3 ioseph.

Scissisq3 uestibus ꝛc. Isi. Jacob posteritatis sue plorās dispendia quasi pater filium lugebat amissum · ꝛ quasi ꝓpheta interitū iudeorū. Scidit vestimentū qđ in passione dn̄i fecit princeps sacerdotū. Sed ꝛ velum templi scissum est · vt ꝓpheta ꝛ nudatū ꝓplm suū · ꝛ diuisū ostenderet regnū Descē·lu·in ifernū ꝛc. Querit' quomodo hoc intelligat' · vtrum mali tantum · an etiā boni in infernū descendant: Si tantū mali · quomodo iste ad filium suum dicit se lugentem descendere velle: Non enim in penis inferni credibile est eū esse. An pturbati ꝛ dolentis verba sūt mala sua etiā h exaggerantis · an credibile est apud infernum quedā loca secreta · ꝛ minus penalia ante passionez dn̄i fuisse · ad que etiā sancti descendebant · q2 null9 paradisūz ingredi poterat · donec christus romphea igneā amoueret.

Vie · Madianei aūt vendiderunt ioseph in egipto phutiphari eunucho pharaonis archimachiro. Plerunq3 archimachiros · i · cocoꝝ principes · ꝑ magistris exercit9 scriptura ponit. Machires q̄ppe grece interp̄tat' occidere. Venditus est igitur ioseph principi exercitus ꝛ bellatorum nō petefre · vt in latino scriptū est · sed phutiphari eunucho. Vbi querit' quomodo postea vxorē habere dicatur. Tradūt hebrei emptum ab h ioseph ob nimiā pulcritudinem in turpe ministerium · ꝛ a dn̄o virilibus ei9 arefactis · postea ereptū esse iuxta morem gerophantarum · i · sacra loquētium in pontificatū eliopoleos · ꝛ huius filiā esse asenez quā postea ioseph accepit vxorem.

pater ait: Tunica filij mei est. Fera pessima comedit eum. Bestia deuorauit ioseph. Scissisq3 vestibus indutus est cilicio · luges filiū suum multo tempore. Congregatis aūt cunctis liberis eius · vt lenirent dolorē patris · noluit consolationem recipe · sed ait: Descendam ad filiū meū lugēs in infernum. Et illo pseuerante in fletu · madianei vendiderunt ioseph in egipto phutiphari eunucho pharaonis magistro militū.

Interlinear glosses: innocentia. — seuicia iudaica — Juxta illud: zel9 dom9 tue comedit me. — Bestialis populus. — Apertis sacramentis. — † Singulis annis ex paterna traditione recordatur ecclesia tristiciā apostolorū de morte christi. — † Planct9 iacob ꝓpheticus de morte christi filij · plus luget iudeorum perditionē q̄3 filij sui passionem. — Quia potestas paterna ꝑ filiū debellauit infernū. — † de cecitate iudeorum. — Indurata pfidia iudeorum. — doctores ex gentib9 accepto fidei precio christum in vniuerso mundo predicauerūt. — q2 emit eū in disciplinis ecclesiasticis castus popul9 qui sub malis principibus christianam nouit exercere militiā.

C. XXXVIII.

Anteq3 ioseph esset venditus.

Eo tempore descendens iudas a fratrib9 suis diuertit ad virum odollamitem nomine hiram: Viditq3 ibi filiaz hominis chananei vocabulo sue. Et vxore accepta ingressus est ad eam. Que cōcepit ꝛ peperit filiū: vocauitq3 nomē eius her. Rursū concepto fetu · natum filiū nominauit onā. Terciū quoq3 peperit quē appellauit sela. Quo nato: parere vltra cessauit. Dedit autē iudas vxorem primogenito suo her nomine thamar. Fuit quoq3 her primogenitus iude nequam in ꝯspectu dn̄i: ꝛ iō ab eo occisus est. Dixit ergo iudas ad onan filium suum: Ingredere ad vxorez fratris tui · ꝛ sociare illi: vt suscites semen fratri tuo. Ille sciens non sibi nasci filios: introiens ad vxorem fratris sui · semē fundebat in

Interlinear glosses: Principes qui nocēt. — Pelliceus. — Principes inutiles. — Meror eorum. — † dimissio ei9 · q2 regnū iudeorū postq3 nocuit aut nō profuit · iudea reges habere desiit. — q2 peior est in nequicia nocens q̄3 nō proficiēs. — † quia taliū potestas destructa. — Per hunc significantur qui prodesse noluut. — Sic iudei terreno intelle

C. XXXVIII.

Eo tempore ꝛc. Aug. Querit' quomō ista fieri potuerūt. Si eniz postea q̄3 ioseph venit in egiptum · quomō intra · xx · ꝛ duos annos. Nam post tantū temporis colligit' in egiptū ad ioseph eos venisse cuz patre suo fieri potuit · vt filij iude ei9 etatis possent oms ducere vxores: Nā thamar nurū suā mortuo primogenito alteri filio dedit: quo etiā mortuo · expectauit vt cresceret tercius · ꝛ cū creuisset · nec illi dedit: timēs ne ꝛ ipse moreret'. Vn̄ factū est vt eidē socero se supponeret. Quomō h oia infra tā paucos annos fieri potuerūt · merito querit': nisi forte vt solet scriptura ꝑ recapitulationē aliquot annos ante venditum ioseph h fieri cepisse intelligi velit. Quia sic positū est vt diceret': Factū ē aūt in illo tp̄e. Vbi tn̄ querit': Si sedecim annoꝝ erat ioseph qn̄ vendit9 est: quot annoꝝ potuerit esse iudas quart9 fili9 iacob · qn̄ ip̄e primogenit9 ruben vt plurimū fratrē suū ioseph v · aut · vi · annis potuit ꝓcedere. Euidenter aūt scriptura dicit · xxx · annoꝝ fuisse ioseph qn̄ innotuit pharaoni. Cū ergo ip̄e āno septimodecimo venditus credat' · xiij · annos in egipto ꝑegerat ignot9 pharaoni. Ad hos aūt xiij · accesserunt · vij · anni vbertatis · ꝛ facti sunt · xx · His addunt' duo anni famis · q2 secūdo anno famis intrauit iacob in egiptū · cū filijs suis decē · et sunt vigintiduo quib9 aufuit Joseph a patre ꝛ fratrib9 suis. Quo medio tempore quomō fieri potuerūt de vxore ꝛ filijs ꝛ nuru iude oia q̄ narrant' inueniri difficile est · nisi forte credam9 mox vt adolescere cepit iudas: incidisse eū in amorē ei9 quā duxit vxorē: nōdum vendito ioseph.

Judas a fratribus ꝛc. Hic sicut ceteri patriarche xp̄m significat qui descēdit ad baptismū iohānis. Hyras eñ interp̄tat' vidēs deū. Odollamites testimoniū in aqua · q2 iohānes vidēs xp̄m venientē ad baptismū ait: Ecce agn9 dei. Ad h testimoniū adhesit xp̄o synagoga · quā significat sue filia chananei · q2 ei danda erat terra humilis ꝓfessionis · qđ interpretat' chanaā. Hec ergo synagoga p̄mo adhesit xp̄o · qn̄ petr9 ꝛ andreas ꝛ ceteri iohannis discipuli facti sunt discipuli xp̄i · quo ordine completa sunt: seq̄ns significat hystoria · narrans quomodo iudas intrauit ad thamar · q̄ idē significat qđ sue.

Que cōcepit ꝛc. Genuit synagoga principes · q̄ ei tanq̄3 mariti ꝓfuerūt · quoꝝ alij fuerūt nocentes · quos significat her: q̄ interpretat' pelliceus. Pellis eñ mortē significat · q2 primi parentes pellib9 induti addicti sunt morti. Alij inutiles · quos significat onā: q̄ interp̄tatur meror eoꝝ · q̄bus · s · nō prosunt.

Terciū quoq3 Isi. Terci9 filius qui thamar nō iungit': significat temp9 ex q̄ reges de tribu iude illi ꝓplo defecerūt. Erat quidē fili9 iude · h eū thamar non accepit: q2 erat trib9 iuda: h de ea nemo regnabat. Vn̄ sela Interpretatur dimissio ei9. Nō ptinēt ad hāc significatōez viri sancti · q̄ licet illo tp̄e fuerunt · ad nouū ptinēt testamentuz: q̄ ꝓphando vtiles fuerūt · sic dauid. Eo sane tp̄e q̄ iudea cepat ex iuda reges nō habere · nō ē ꝯparād9 maior herodes i regib9 ei9 · tā q̄3 marit9 thamar · q̄ alienigena. Hec ei sacramēto illo mystice vnctōis · tāq̄3 ꝯiugali federe coherebat. Sz extrane9 potestatē a romanis accepat · sicut filij ei9 tetrarche: quoꝝ vnus herodes · q̄ cū pilato in passione dn̄i ꝯcordanit. Hi ergo alienigene a deo nō deputabant' i regno mystico iudeoꝝ: vt ip̄i iudei publice clamarēt · nō habem9 regē nisi cesarē. Cū eñ ꝺ tribu iuda regnū defecerat: ventuꝝ erat regnū xp̄i qui nō obesset: ꝛ multū ꝓdesset. Vn̄ nō deficiet princeps ex iuda: donec veniet q̄ mittend9 est. Illo eñ tp̄e oīe magisteriū iudeoꝝ · ꝛ mystica vnctio vn̄ xp̄i vocabant' defecerat: qn̄ h̄m ꝓphiam danielis venit cui repositū est. Et vnct9 est sanctussanctoꝝ oleo exultatōis ꝓ ꝑticipib9 suis. Nat9 eñ herodis maioris tp̄e · passus in tp̄e herodis tetrarche. Hui9 venietis ad oues q̄ pierāt dom9 isrl' figurā gessit iudas · cū iret ad tondēdas oues in thamnas · qđ interp̄tabat' deficiēs. Jā eñ defecerat princeps ex iuda · ꝛ oīe magisteriū ꝛ vnctio iudeoꝝ. Venit aūt cū hyra odollamite. Odollamites interp̄tat' testimoniū in aqua. Cū h testimonio dn̄s venit habēs testimoniū quidē mai9 iohāne. Sz ꝓpter infirmas oues h testimonio vsus est i aqua. Hyras eñ interp̄tat' fratris mei visio · vidit frēm suū iohānes · cognate ei erāt maria ꝛ elizabeth. Vidit quoq3 dn̄m ꝛ deū suū: q2 sicut ait · ex plenitudine ei9 accepit. Vn̄: Inter natos mulieꝝ nō surrexit · m · i · b · q2 ex oīb9 ꝓnunciantib9 christū ipse vidit: q2 multi iusti ꝛ ꝓphete voluerūt videre · ꝛ non viderunt. Salutauit ex vtero · agnouit perfectius in columba: ꝛ ideo tanq̄3 odollamites ꝓhibuit testimonium in aqua.

Judas u · p · ꝛc. De iuda regia trib9 ꝓcessit · q̄ diu ꝓfuit iudaice plebi quā significat thamar · q̄ interp̄tat' amaritudo: q2 amaram se in passione exhibuit christo.

Thamar. Isi. Plebs iudaica cui de tribu

iuda reges tanq̄ ma riti dabant: q̄ amari tudo interp̄tatur. q2 dn̄o fellis poculū de dit. Duo genera pri cipū nō recte operanti um ī plebe. Vnū qđ obest. alter qđ nō ꝓ dest: significant in fi lijs iude. quorū vnus malignus ante dn̄m. alter fundebat semē in terra. ne fecūdaret thamar. Nec sūt am plius q̄ duo genera hominū inutilia. No centes. s. ⁊ ꝓdesse no lentes. ⁊ si quid boni habent in hac vita. ꝑdunt tanq̄ in terra fundentes. ⁊ q2 ī ma lo peior est qui nocet q̄ qui nō ꝓdest: ideo maior dicit' malign⁹ ñ minor q̇ semē fūde bat. Her quoq̄ int' pretat' pelliceus. qua lib⁹ tunicis iduti sūt primi homines. in pe na damnatōis. Onā meror quib⁹. s. nō ꝓ dest. cū habeat vnde ꝓsit. Mai⁹ vero ma lum est ablate vite quā significat pellis. q̄ non adiute qđ si gnificat meror eorū deus tñ vtrosq̄ occi dit: q2 regnū a talib⁹ tollit.

Cōsolatōe susce. Hier. Et cōsolat⁹ iu da ascēdit ad eos: q̇ tondebāt oues. ipse ⁊ hyras pastor eius odollamites. Pro pastore ī hebreo ami cus legit'. sed verbū ambiguū: q2 iisdē lit teris vtrūq̄ scribit'. ꝟ amicus rem. pastor room legitur.

Ad tonsores o. Strab. Venit dn̄s ad oues tondēdas. i. peccatis exonerādas de quib⁹ dicitur: den tes tui sicut grex ton sarum. thamar habitū mutat. Nā ⁊ cōmu tans interp̄tat'. Mu tat habitū ⁊ nomē. ⁊ fit de synagoga eccle sia. Sꝫ nomē amari tudinis manet. nō in qua fel dn̄o ministra uit: sed in qua petrus amare fleuit. Nam ⁊ iudas ꝯfessio dicit'. Confessioni ergo amaritudo mi sceatur: vt vera penitētia presignet'. Hac penitentia fecundet' in omib⁹ gē tib⁹ ecclesia cōstituta. Oportebat eñ pati christū ⁊ resurgere: ⁊ p̄dicari in nomine ei⁹ penitentiā ⁊ remissionem peccatorum ꝑ omnes gentes. Habitus quoq̄ meretricis. cōfessio peccatorum est. Thamar quippe ecclesiā de gē tib⁹ vocatā significat. sedēs cū ꝟ habitu ad portā enam. qđ interpretatur

ctu verba legis adulterantur. ne auditores eorū christiani fiant.

terram: ne liberi fratris nomine nascerentur. Et idcirco ꝑcussit eū dominus: eo ꝙ rem detestabilē faceret. Quāobrem dixit iudas thamar nurui sue. Esto vidua in domo patris tui: donec crescat se la filius meus: Timebat eñ ne ⁊ ipse moreretur sicut fratres eius. Que abijt. ⁊ habitauit in domo patris sui. Euolutis autē multis diebus mortua est sue vxor iude Qui post luctum consolatōe su scepta: ascēdebat ad tonsores oui

† Christus. ⁘ fratris mei visio. i. iohānes baptista. Testimoniū in aqua.

um suarum. † ipse ⁊ ⁘ hyras opilio gregis odollamita in thamnas. Nunciatūq̄ est thamar. ꝙ socer illius ascenderet in thamnas ad tondendas oues. Que depositis

† velamē est quo vtebātur palestine mulieres

viduitatis vestib⁹. assumpsit † teri

de synagoga fit ecclesia.

strum. ⁊ mutato habitu sedit ī bi uio itineris qđ ducit thamnā: eo ꝙ creuisset sela. ⁊ non eū accepis set maritū. Quā cū vidisset iudas suspicat⁹ est esse meretricē. Ope ruerat eñ vultū suū ne agnosce retur. Ingrediensq̄ ad eam ait: Dimitte me vt coeam tecum. Ne

Iam eñ ꝓpter preuaricationes post dorsum posue rat synagogam.

sciebat enim qđ nurus sua esset. Qua respondente: Quid dabis michi. vt fruaris cōcubitu meo?

Exprobrationē peccati. que penitenti anime obiicitur du dicitur. Quē fructū habuistis tunc in quibus nunc erubescitis.

Dixit: Mittā tibi hedū de gregi bus. Rursumq̄ illa dicente: Pa tiar qđ vis. si dederis michi arra bonem. donec mittas qđ pollice ris. Ait iudas: Quid vis tibi ꝓ arrabone dari? Respondit: Anu

Signaculū secretorū. † fidei sponsionē. ⁘ Iusticiā fidei.

lum tuum ⁊ † armillam ⁊ † baculū

Que sub antiquis infecūda manserat. nūc chri sto sociata filios diuersi generat meriti.

quē manu tenes. Ad vnū igit' coi tum concepit mulier: ⁊ surgens

q2 tempore primitiue ecclesie multi ex iudeis ad iudaicas reuersi sunt obseruātias:

abijt. Depositoq̄ habitu quē as sumpserat: induta est viduitatis

† vt plebs iudaica veteri vite renūciaret. ⁘ Christus. ⁘ Exprobrationē peccati.

vestibus: † Misit aūt ⁘ iudas ⁘ he

† dicentē. genimina vipe. ⁊c.

dum ꝑ pastorem suum † odollami

vt sacramenta cōmissa nō perderet.

tem: vt reciperet pignus qđ dede

q2 iudea postq̄ firmiter adhesit christo. nō se dit in biuio. nec fit mentio preteritorū delictorū

rat mulieri. Qui cū nō vidisset eā interrogauit homines loci illius Vbi est mulier que sedebat in bi uio? Respondentibus cunctis. non fuit in loco isto meretrix. Re uersus est ad iudā. ⁊ dixit ei: Nō inueni eam. Sed ⁊ homines loci illius dixerunt michi: Nunq̄ ibi sedisse scortū. Ait iudas: Habe

Quasi habeat pignora que accepit. quā cōfessio pecca ti immunem fecit ab exprobratione delicti.

at sibi: Certe mendacij nos argu ere non poterit. Ego misi hedum quē promiseram: ⁊ tu nō inueni sti eam.

Post cōfessionem trinitatis accusantur iudei cōuersi a non cōuersis: tanq̄ post deos alienos abierint. ⁊ semē abrae se nō fuisse mōstrauerint

Ecce aūt post tres mēses nunciauerunt iude dicentes: For nicata est thamar nurus tua. ⁊ vi detur vterus eius intumescere.

qui hic iudaicū populū significat. iniuste con demnantem christianorū fidē.

Dixit iudas: Producite eam vt comburatur. Que cum educeret' ad penam. misit ad socerum suū

Accusata a iudeis ecclesia. ostendit in se esse cōpleta legis ⁊ ꝓphetarū sacramēta. quibus cō probatis liberatur ab infamia.

dicēs: De viro cui⁹ hec sūt ꝯcepi Cognosce cuius sit anulus ⁊ ar milla et baculus. Qui agnitis

fons: q2 currebat ve lut ceruus ad fontes aquarū. ꝑuenire ad se men abrae. Illo nō cognoscēte fecundat' secundū illud. Po pulus quē nō cogno ui seruiuit michi. Ac cepit in occulto anu lum. monile. ⁊ virgā q2 vocatione signat'. iustificatōe decorat'. glorificatōe exaltat'. Quos eñ p̄destina uit. vocauit. iustifica uit. glorificauit: ꝟ in occulto vbi cōceptio sancte vbertatis fit.

Que depositis. ⁊c. Notandū etiā in tpib⁹ patriarcharū certa ⁊ sua fuisse vesti menta viduarū: nec qualia coniugatarū.

Sedit in biuio. Hie. Et sedit ad por tam enam. q̄ est ī trā situ thāna. Sermo hebraicus enā trāsfer tur in oculos. Nō est igit' nomen loci. ⁊ est sensus. Sedit in bi uio. siue in compito. vbi diligenti⁹ debet viator aspicere: quo gradiatur.

Misit aūt iudas Mittitur ꝓmissus he dus. tanq̄ meretrici. i. exprobratio peccati. ꝑ odollamitē. tanq̄ increpātem. Genimi na viperarū ⁊c. Sed eā nō inuenit peccati exprobratio. quā muta uit ꝯfessionis amari tudo.

In hoc facto iude nō iusticie cernit' sin ceritas: ꝟ ꝓmissionis fidelitas. Si eñ ser uaret iusticiā. seruan do castitatē: nō intro isset vt opinabat' ad meretricē. Sꝫ qđ ꝓ misit fideliter per pa storem transmisit.

Que cū educe. Isi. Postea vo pu blicis signis anuli mo nilis ⁊ virge. vicit te mere iudicātes iude os: quos iam iudas significabat. qui ho die quoq̄ dicūt non hūc esse populū chri sti: nec abrae semē. ꝟ ꝓlatis documentis nostre vocationis. iustificatōis. ⁊ glorificatōis cōfun dunt'. ⁊ nos magis q̄ se iustificatos esse ꝯfitent'. Pignora eñ se habere re fert ecclesia. q̄ accusatur a iudeis quasi adultera legis. ꝟ ostēdit virgā signū passionis. ⁊ monile legittima legis. ⁊ anulū pign⁹ immortalitatis.

Qui agnitis ⁊c. Hiero. Cognouit aūt iudas ⁊c. In hebreo habe tur. Iustificata est ex me; non ꝙ iusta fuerit: sed ꝙ comparatione illius.

minus male fecerit ñ vaga turpitudine: ƀ requirendo filios.

Instante aũt ꝛc. Nõ prim⁹ q̇ dicitur zara manuz emisit: ꝛ obstetrix coccinũ ligauit ꝛ ipso manum retrahente: posterior q̇ vocat' phares manũ porrexit: ꝛ nascendo ꝑcessit. significauit ꝙ israel ĩ ope legis manum extenderet ꝛ ꝓphetaꝝ ꝛ ipsi⁹ christi cruore pollutã cõtraheret. Popul⁹ vero gentiũ postea ꝓrumperet: vt essent primi nouissimi ꝛ nouissimi primi.

Quare diuisa. ꝛc. Hiero. Pro maceria aq̇la ꝛ simach⁹ diuisionẽ trãstulerũt qd hebraice dr phares. Ab eo igit' qd diuiserit mẽbranulã secundinaꝝ diuisionis nomen accepit. Vñ ꝛ pharisei q̇ se q̃si iustos a ꝓplo sepauerãt .i. diuisi dicebantur.

Zara interpretatur oriens. qꝛ prim⁹ apparuit. Vel qꝛ plurimi iusti ex eo nati sunt. sicut dicit' in paralipomenon.

C. XXXIX. Igitur ioseph. ꝛc. Augu. Ad ordinẽ tendit scriptura vnd recesserat eorum que supra gesta sunt.

Fuit dominus ꝛc. Grego. Multi humana sapiẽtia inflati dũ desiderijs suis diuina iudicia cõtraire aspiciũt astute reluctari conantur: ut ad votũ suũ sńperne dispositionis vim intorqueant: ƀ inde volũtatẽ dei ꝑagunt. vñ mutare cõtendunt. ꝛ cõsilio dei resistentes obsequũtur. qꝛ h ei⁹ dispositioni militat. qd ꝑ humanũ studium resultat. Vñ qui cõprehendit sapientes in astutia eoꝝ. Ioseph somniũ viderat ꝙ manipuli fratrũ manipulũ suũ adoraret: ꝛ se ipsum sol ꝛ luna cũ ceteris stellis. Cũq3 fratres subijci ei⁹ dominio metuerent: in puteũ deponũt ꝛ hismaelitis vendunt. Qui in egiptũ duct⁹ seruituti subditus. luxurie accusatõe damnatus. castitatis merito adiutus. ꝓphetie iudicio erept⁹. omi egipto prelatus est. Per supnam vero sapientiã ꝓuidus frumẽta cõgessit: ꝛ futuro periculo necessitatis obuiauit. Cunq3 in orbe fames inhorruit. iacob filios in egiptum misit. qui frumentoꝝ dispẽsationi ioseph ꝑpositum inueniũt. quẽ vt alimẽta mererent' cõpulsi sunt adorare. Ioseph ab eis venditus fuerat ne adoraret': ꝛ adorat⁹ est. qꝛ vendit⁹. ꝛ coacti sunt dei volũtatem ꝑagere qꝛ moliti sunt cõmutare. Iustus quoq3 ꝛ misericors de⁹ mortalium facta

† Laudatur fides ecclesie. cognoscitur eniz regnum iudeorum defecisse.
munerib⁹ ait: † Iustior me est: qꝛ nõ tradidi eã sela filio meo. At tñ
.i. carnales nõ approbauit obseruãtias.
vltra nõ cognouit illaz. Instante
figura duorũ populorũ.
autem partu apparuerũt gemini in vtero. Atq3 in ipsa effusione in
Iudaic⁹ qui manũ in exterioribus exercuit. pollutã sanguine sanctorũ ꝛ ipsius christi.
fantum vnus protulit manuz in
figurã sanguinis effundẽdi.
qua obstetrix ligauit coccinum dicens: Iste egredietur prior. Illo
qꝛ carnalia christo veniẽte exercere nõ potuerunt sacrificia.
vero retrahente manuz egressus
† qui gentilem populũ significat.
est † alter. Dixitq3 mulier: Quare
Secũdinarũ mẽbranula quã rupit cũ manũ emisit vt alter nasceretur. miratur ergo mater de hac contentione ꝙ primus fit nouissimus ꝛ nouissimus primus.
diuisa est propter te maceria? Et ob hanc causam vocauit nomen
diuisio.
eius phares. Postea egressus est frater eius in cui⁹ manu erat coc
.i. orientem.
cinum: quẽ appellauit zaram.

C. XXXIX.
Redit ad ordinẽ superiorũ.
IGitur duct⁹
† .i. xp̄s predicat⁹ ꝑ mundũ. †† preccio fidei
est † ioseph in egiptũ: †† emitq3 euz
Castus in fide popul⁹ qui aliquãdo cogitur mundanis seruire principibus.
phutiphar eunuchus pharaonis princeps exercitus vir egiptius
qꝛ gentes gentibus christũ annunciauerũt.
de manu hysmaelitaruz a quib⁹
pater.
perductus erat. Fuitq3 dominus
† filio. †† factis ꝛ dictis.
cum † eo: ꝛ erat vir in †† cunctis pro
Ecclesia
spere agẽs. Habitauitq3 i domo
dei cui⁹ christus seruus secundũ carnẽ.
domini sui. qui optime nouerat esse dominũ cum eo: ꝛ omnia que
quecũq3 faciet prosperabuntur.
gereret ab eo dirigi in manu illi⁹. Inuenitq3 ioseph gratiaz coram domino suo ꝛ ministrabat ei. A

quo prepositus omibus gubernabat creditam sibi domũ ꝛ vniuersa que ei tradita vel credita fuerant. Benedixitq3 dominus domui egiptij ꝓpter ioseph ꝛ multiplicauit tam in edibus q̃3 in agris cunctam eius substantiam. Nec quicq̃3 aliud nouerat: nisi panez
christ⁹ speciosus
quo vescebatur. Erat aũt ioseph
forma pre filiis hoim. in cui⁹ manu oĩa dirigũt
pulcra facie ꝛ decorus aspectu.
Post multos itaq3 dies iniecit
† synagoga. †† Luxuria que pudiciciã infestare tentat. sed vir castus bona sibi collata ad memoriã reducit. ꝛ tentationem qua pulsatur euincit.
† domina sua †† oculos in ioseph ꝛ ait: Dormi mecuz. Qui nequaq̃3 acquiescens nephario operi dixit ad eam: Ecce dominus me⁹ omibus michi traditis ignorat quid habeat in domo sua: nec quicq̃3 est qd in mea non sit potestate. vl' non tradiderit michi preter te: q̃ vxor ei⁹ es. Quomodo ergo possum malum hoc facere: ꝛ peccare
Sic incẽtiua libidinum frequẽter impetunt castitatem.
in dominuz meũ? Huiuscemodi verbis per singulos dies loquebãtur ꝛ mulier molesta erat adolescenti: ꝛ ille recusabat stuprum Accidit autem quadam die vt intraret ioseph domũ ꝛ opis quippiam absq3 arbitris faceret: ꝛ illa
qꝛ solitudo sceleri oportuna videbatur.
apprehensa lacinia vestimẽti ei⁹ diceret dormi mecũ. Qui relicto i manu ei⁹ pallio fugit: ꝛ egressus

disponẽs. alia ꝯcedit ꝓpitius: alia ꝑmittit irat⁹. ꝛ q̃ ꝑmittit iratus: sic tolerat vt ĩ cõsilij vsũ vertat. Vñ fit. vt qd sine volũtate dei agit': volũtati dei ꝯtrariũ nõ sit. qꝛ dũ in bonũ vsũ mala facta vertunt': ei⁹ consilio militãt. etiã que repugnãt. Vñ: Magna opa dñi exq̇sita in o. v. e. Sic ei opa magna sũt: vt ꝑ omẽ qd agit' ab hominib⁹ ei⁹ volũtas exq̇ratur Nã sepe inde pficit': vnde repelli putatur Vñ: Oĩa quecũq3 voluit de⁹ f. in c. ꝛ in t. Hinc salomon ait Nõ est sapiẽtia. non est prudẽtia. nõ ẽ cõsilium ꝯtra dñm. In cũctis ergo q̃ agim⁹. vim supne volũtatis inq̇ram⁹. cui cognite debemus famulari. ꝛ q̃si ducẽ itineris seq̇ ne etiã nolẽtes seruiamus ei. Vitari enim vis supni ꝯsilij nõ ṗt ƀ magna uirtute hãc temperat: q̇ se sub ei⁹ nutib⁹ r̃frenat. eiusq3 pondera leuiat: q̇ volens portat.

Post multos itaq3 ꝛc. Gre. Qui mundi successib⁹ eleuat⁹. luxuria se tentari sẽsit. ioseph ad memoriã reuocet: ꝛ se in arce castitatis seruet q̇ ait: Ecce dñs me⁹ oĩb⁹ michi traditis .i. q. h. i. d. s. ꝛc. Ubi patet. qꝛ oĩa q̃ assecutus fuerat. repẽte ad memoriã r̃tulit: ꝛ malũ qd pulsabat euicit Cũ em̃ voluptas tentat in ꝓspis. ipsa sũt opponẽda tentationi ut eo erubescam⁹ praua cõmittere: quo a deo meminim⁹ gratuita bona pcepisse. qꝛ em̃ voluptas ex ꝓspitate nascit': eiusdẽ ꝯsideratõe feriat'.

Iniecit domina sua. Isi. All'. Hec figura est synagoge. que sepe mechata est post deos alienos: ꝛ volebat xp̄m in adulterij sui scelere detinere. vt negaret se deuz esse. ꝛ pharisçoꝝ magis ꝛ scribaꝝ. q̃3 legis ꝑcepta seruaret. q̇ illi velut marit⁹ erãt. Sȝ nõ acquiescens illicite doctrine synagoge. manu veste corpis apphensus: carne se exuit: ꝛ lib in celũ ascendit. Calumniata est meretrix: vbi tenere nõ potuit dicẽs: ꝙ templum dei blasphemaret. ꝛ legis transgressor esset. Illũ aũt carcer nõ terruit: nõ inferna tenuerunt. Ubi em̃ veluti puniend⁹ descẽderat: inde alios liberauit.

Qui relicto in manu ꝛc. Sic nos tentãt carnis illecebre. ꝛ succutiunt vestem carneã. Sed vir castus mauult omia vincula dirumpere: q̃3 se turpitudini subiugare.

Grego. Alt'. Qui
relicto in manu. e. zc.
Quia dñi synagoga
xp̄m purũ hominem
credẽs: adulterino cõ
plexu cõstringere vo
luit: ipse tegimẽ litte-
rę oculis ei⁹ obiecit. ⁊
ad cognoscendã di-
uinitatis potentiã cõ
spicuũ se gentib⁹ prę-
buit. Vñ. Vsq3 ho-
die dũ legit' moyses
velamẽ est super ocu
los cordis eoꝝ: q2 sci
licet adultera palliũ
retinuit: ⁊ quez male
tenebat: nudũ amisit

est foras. Cunq3 vidisset mulier
ſ velamen littere.
vestem in manibus eius. ⁊ se esse
contemptam: vocauit homines
domus suę. ⁊ ait ad eos: En intro
duxit virum hebręũ vt illuderet
nobis. Ingressus ē ad me. vt coi
ſ Quē no potuit contaminare verisimilib⁹ cõ
ret mecum. Cunq3 ego succlamas
iecturis nititur infamare.
sem. ⁊ audisset vocem meam: reli
quit pallium qd̕ tenebam ⁊ fugit
ſ ad gentes.
foras. In argumentuz ergo fidei
retentum palliuz ostendit marito
reuertenti domũ ⁊ ait: Ingressus
est ad me seruus hebręus quem
adduxisti: vt illuderet michi. Cũ-
q3 vidisset me clamare: reliqt pal
lium. ⁊ fugit foras. His auditis
ſ vel nimium.
dominus. ⁊ multũ credulus ver
bis coniugis. iratus est valde.
ſ descendit christ⁹ in infernũ. ſ Innocentem ad penam nocentiũ.
tradiditq3 ioseph in carcerez. vbi
vincti regis custodiebãtur: ⁊ erat
ibi clausus. Fuit aũt domin⁹ cuz
† ſ q2 christ⁹ inter mortuos liber.
ioseph. ⁊ † misertus illius: dedit ei
ſ Sui. sine cui⁹ nutu nec puniuntur mali. nec coronantur boni.
gratiã in cõspectu principis carce
ſ q2 tradita est christo potestas supernorum ⁊ infernorum.
ris. Qui tradidit in manu ipsius
vniuersos vinctos q̄ in custodia
tenebãtur. ⁊ quidquid fiebat sub
ipo erat: nec nouerat aliquid cun
ctis ei creditis. Dominus eñ erat
cum illo: ⁊ omnia opera eius diri
gebat.

C. XL.
Duo eunuchi
Isi. Inuenit ioseph
duos eunuchos ĩ car
cere. i. duos populos
fideliũ ⁊ infideliũ. q̄
sub peccato adę trãs
gressioni obnoxij te-
nebant'. Eunuchi di
cti: q2 castã accepant
regulã disciplinę. elo
quia dñi. eloquia ca
sta. Sz post trinã lu
cem dño ab inferis re
surgente. ⁊ legis ob-
scura tanq3 ioseph sõ
nia reuelante: solut⁹
est a peccatis ⁊ carce-
re inferni credentiuz
populus. ⁊ ministerio
diuinę legis reddit⁹
Incredulus autem.
iudeoꝝ popul⁹: q2 in
cõuersione ligno nõ
credidit: trãsgressiõis
ligno suspenditur'

Pincerna regis
Hiero. Vbi nos po
suimus principem vi
narioꝝ. in hebręo ha
bet' meseth. illud ver
bum qd̕ in noĩe serui
abrae dudũ legimus
qd̕ nos posuim⁹ mo-
re vulgi vocare pin-
cernam. ⁊ vsq3 hodie
apud barbaros ma-
xime dignitatis est re
gi poculũ porrexisse.

C. XL.

His ita gestis
ſ q2 peccauerũt duo populi ori
accidit vt peccaret duo eunuchi
ginaliter ⁊ actualiter. ⁊ ideo in infernũz. quasi in carcerem retrusi.
pincerna regis ęgipti. ⁊ pistor do
mino suo. Iratusq3 ꝯtra eos pha
ſ gẽtilis. qui mustũ dilectõis ꝓpinauit dilecto
rao. nam alter pincernis pręerat
ſ Iude⁹. qui apud hieremiã lignũ mittit in panem vite.
alter pistoribus: Misit eos ĩ car-
cerem principis militum. in quo
† ſ Innocẽs cũ nocentibus ·†· ſ cui⁹ nutu omnia fiunt.
vinct⁹ erat ⁊ † ioseph. At ·†· custos
† ſ Erudiendos. ·†· ſ Christo.
carceris tradidit † eos ·†· ioseph qui
ſ verba salutis.
⁊ ministrabat eis. Aliquãtum tem
ſ Iudei sub lege. gentiles sub tutoribus ⁊ actorib⁹ vsq3 ad prefinituz tem
poris fluxerat: ⁊ illi in custodia te
pus a patre. † ſ Non pro meritis suis videtur
nebantur. Viderũtq3 ambo † som
somnium. sed vt ioseph qui latebat manifestaretur ⁊ magnificaretur.
nium nocte vna. iuxta interp̄tati
onem congruã sibi. Ad quos cũ
introisset ioseph mane. ⁊ vidisset
eos tristes. sciscitatus est dicẽs:
Cur tristior est solito hodie facies
vestra? Qui responderũt: Som
ſ q2 clausa fuit ꝓphe
nium vidimus. ⁊ nõ est qui inter
tia. donec venit christus qui apuit librũ ⁊ soluit signacula eius.
pretetur nobis. Dixitq3 ad eos
ioseph. Nunquid nõ dei est inter
pretatio? Referte michi quid vi-
ſ q2 paucis de iuda saluatis. popul⁹ gentiũ ad
distis. Narrauit prior ꝓpositus
salutem precucurrit.
pincernarum somnium suũ. Vi-
† ſ que dicit. ego vitis vera. in qua radicata est ecclesia. de qua dicitur. ⁊ vos palmites.
debam coram me † vitem in qua
† ſ Coniugati. continẽtes. rectores.
erant tres † propagines. crescere
ſ Ecclesia ꝓducit paulatim germen fidei. florida in neophitis. matura in pfectis. de qua etiaz vinũ exprimitur cũ prelo passionis calcatur qd̕
paulatim in gemmas: ⁊ post flo-
pharaoni. i. mundi potestatibus ꝓpinatur. cum
res vuas maturescere. calicemq3
christi passio eis imitãda aut credẽda predicat.
pharaonis in manu mea. Tuli er
go vuas. ⁊ expressi in calice quē
tenebam: ⁊ tradidi poculum pha
† ſ Quãuis ad
raoni. Respõdit ioseph: † Hęc est
christiana tempora ptinet ꝓphetia. interpretatur tñ secundũ euentũ rerũ mox futurorum.
interpretatio somnij. Tres ꝓpa-
gines tres adhuc dies sunt. post
quos recordabitur pharao mini
sterij tui. ⁊ restituet te in gradum
pristinum: dabisq3 ei calicē iuxta
officium tuuz sicut ante facere cõ
sueueras. Tantuz memento mei
cũ bene tibi fuerit: ⁊ facias mecũ
misericordiam vt suggeras pha-
raoni vt educat me d̕ isto carcere
quia furto sublatus sum de terra

Videbã corã
zc. Hiero. Et ecce vi
tis in cõspectu meo: ⁊
in vitę tres fundi. ⁊
ipsa germinans tres
undos. tria flagella
tres ramos siue ꝓpa-
gines hebrę⁹ sermo si
gnificat: q̄ ab illis vo
cant' syriachim.

Tria canistra
Aug. Ubi in latinis codicib⁹ tria canistra farine scriptũ est. greci habent codrithon. qđ interp̃tat᷑ panes cibarios. Sed illud mouet quomodo panem cibariũ potuerit pharao habere ĩ escis. Dicit eñ supiore canistro om̃ia opa fuisse pistoria. e quibus pharao edebat. Sꝫ intelligendũ est etiaꝫ p̃mũ canistꝝ habuisse panes cibarios: qꝛ dictum erat tria canistra codrithon. ⁊ desuper fuisse illa. ⁊ ex omni genere pistorij opis. in eodẽ .s. canistro supiore.

Natalicius pharaonis. Pharao ⁊ herodes diẽ natiuitatis celebrauerũt: qꝛ ex hora natiuitatis se reges fuisse putauerunt.

C. XLI.

Putabat se ⁊c.
Aug. Sicut seruus abrae dixit Ecce ego sto sup fontẽ aque h̃ locutõ si intelligatur in psalmo ubi scriptũ est: Qui fũdauit terram sup aquas: non cogunt᷑ homines putare sicut nauẽ natare terraꝫ sup aquas. Intelligit᷑ eñ ꝙ altius sit terra q̃ꝫ aqua. Altius quippe aquis sustollit᷑: vbi habitãt terrena animalia.

De quo ascen.
Hier. Ecce de fluuio ascendebant septẽ boues speciose ad vidẽdũ. ⁊ electe cornib⁹. ⁊ pascebãtur in inachi chis. ⁊ ĩ genesi scriptũ ẽ inachy. ⁊ nec grec⁹ sermo ẽ. nec latinus. Hebre⁹ quoqꝫ corrupt⁹ ẽ. Dicit᷑ eĩ iachy .i. in palude. Sed qꝛ u. littera apud hebreos ⁊ y. similes sunt. ⁊ tñ magnitudĩe differũt. p hahu hahi. lxx̃ transtulerũt ⁊ secũdũ ꝯsuetudinẽ suã ad exprimendã duplicem aspirationẽ heth. hebraice littere. chi grecam copulauerunt.

hebreorũ: ⁊ hic innocens in lacũ missus sum. Uidens pistorũ magister ꝙ prudenter somniũ dissoluisset. ait: Et ego vidi somniuꝫ. ꝙ
† Hiero. Pro tribus canistris codrithon. tres cophinos farine habetur in hebreo.
haberem † tria canistra farine sup caput meuꝫ. ⁊ in vno canistro qđ erat excelsius. portare me omnes cibos qui fiunt arte pistoria: auesqꝫ comedere ex eo. Respondit ioseph: Hec est interpretatio somnij. Tria canistra tres adhuc dies sunt: post quos auferet pharao caput tuum. ac suspẽdet te in cruce: ⁊ lacerabunt volucres carnes tuas. Exinde dies tercius natalici⁹ pharaonis erat: Qui faciẽs grande conuiuiũ pueris suis. recordatus est inter epulas magistri pin
Qui cali
cernarum ⁊ pistoꝝ principis. Re
cem domini accepit liberari meruit.
stituitqꝫ alteꝝ in locum suum: vt
Etiã p vasa ire ministratur poculum vite vasis misericordie. qui in panẽ do
porrigeret regi poculũ. Alteꝝ su
mini lignũ misit. p ugnũ periit.
spendit in patibulo: vt cõiectoris
prosperitas stul
veritas probaretur. Et tñ † succe
torũ perdet illos.
dentibus prosperis: prepositus pincernarum oblit⁹ est interpretis sui.

C. XLI.

Post duos annos vidit pharao somniũ. Puta
† qui significat cursũ labiliũ sup quẽ stat qui amorẽ temporaliũ calcat.
bat se stare sup † fluuium. de quo
† gratie spirituales que pcesserũt ad nutriendam infantiã primitiue ecclesie.
ascendebant septem † boues pul
cre ⁊ crasse nimis: ⁊ pascebantur
† humilibus. vnde. Sup quẽ r. s. m. n. s. h. ⁊. q ⁊. t. u. m.
in locis † palustribus. Alie quoqꝫ
Spirituales nequitie.
septem emergebãt de flumine fe
nulli nutrimento apte.
de. confecteqꝫ macie. ⁊ pascebantur in ipsa amnis ripa in locis
† Tenellis mentibus. † Cõsumpserũt omnem decoreꝫ virtutũ in animab⁹ que specieten⁹ habebant cultum virtutum.
† virentib⁹: † deuorauerũtqꝫ eas. quaruꝫ mira species ⁊ habitudo corporum erat. Expergefact⁹ pha
† geminatio somnii. cõfirmatio est presagii.
rao rursũ dormiuit: ⁊ † vidit aliud somnium. Septem spice pullulabant in culmo vno plene atqꝫ formose. Alie quoqꝫ totidẽ: † spice te
† Spicarũ macie. verbi dei famẽ. cum refrigescẽte charitate. in fine seculi abũdabit iniquitas
nues ⁊ pcusse vredine oriebãtur: deuorantes omneꝫ prioꝝ pulcritudinem. Euigilans post quieteꝫ ⁊ facto mane pauore pterrit⁹ misit ad oẽs ꝯiectores egipti. cũctosqꝫ sapientes. ⁊ accersitis narrauit somnium: nec erat qui interp̃tare
qꝛ mysteriũ qđ absconditũ in deo a seculis in deo apparẽte mediatore ⁊ predicãte. maĩfestũ ẽ.
tur. Tunc demũ reminiscens pincernarum magister ait: Cõfiteor peccatum meũ. Iratus rex seruis suis me ⁊ magistrum pistoruꝫ retrudi iussit in carcerem principis militũ: Ubi vna nocte vterqꝫ vidimus somnium presagium futurorum. Erat ibi hebreus eiusdeꝫ ducis militum famulus. cui narrantes somnia: audiuim⁹ quidquid postea rei probauit euent⁹. Ego eñ redditus suꝫ officio meo ⁊ ille suspensus est in cruce. Pro
Christus re
tinus ad regis imperiũ eductum
surgẽs a morte tondetur. qꝛ passibilitate ⁊ mortalitate. quasi capillorum supfluitate exuitur. ⁊ veste immortalitatis induitur.
de carcere ioseph totonderũt: ac veste mutata obtulerunt ei. Cui ille ait: Uidi somnia. nec est qui
vel sapientissime
edisserat q̃ vidi: ⁊ audiui te prudẽtissime cõijcere. Respõdit ioseph Absqꝫ me deus respondebit prospera pharaoni. Narrauit ergo
Alias pharao.
ille que viderat. Putabã me stare super ripam fluminis. ⁊ septeꝫ boues de amne ꝯscẽdere pulcras
Rotundis ⁊ plenis pinguedine.
nimis ⁊ obesis carnibus: que in pastu paludis virecta carpebant Et ecce has sequebant᷑ alie septẽ

Tunc demum.
Quia gentilis ppl'us tandẽ p exhibitionẽ p̃teritoꝝ: se intulit in spem futuroꝝ.

Putabaꝫ me stare super ripã
Septem anni qui septeꝫ spicis plenis. vl' septẽ vaccis pinguibus ostendũtur. spiritualia dona significant: quib⁹ vbertas fidei larga pietate redundat Septẽ vero steriles ⁊ ieiuni. veritatis ⁊ iusticie fameꝫ in nouissimo tẽpore.

Nunc ergo &c.
Hoc tempore gratie videmus impletũ. q̄r abundante doctrina apostolica septiformi spiritu ministrata. diuina dispositione per singulas vrbes epi & doctores ordinati sũt qui abundantia doctrine diuinitus sibi collate libros sãctos scripserũt. quib9 abũdante fame verbi. et deficientib9 doctoribus indigẽtiã vestrã reficeremus.

Et quintã partẽ
Notandũ q̄ egiptij quintã partẽ frugũ in horrea regis cõgregant: q̄r filij tenebrarum quinq̄ sensibus dediti celestia nõ curant. sed veri israelitę decimas dant. q̄r celestem patriã cui9 decima pars corruit. reformare laborant.

Isi. Cõgregauit
ioseph p septẽ annos omnẽ frugũ abundãtiam. i. frumẽta fidei sanctoꝝ horreis condens per septẽ charismata. quasi septẽ annos. ut cũ. vij. ãni inopię ceperint. i. cũ iniq̄tas occurrerit septem capitaliũ criminũ sb antixp̄o. qñ fames fidei fuit & salutis. tũc sancti habeãt copiosam iusticię frugẽ. ne fides eoꝝ inopia sermonis deficiat.

Qui spiritu &c.
Aug. Tercio nisi fallor insinuat nobis in h libro spiritussanct9 Primo vbi dictum est. Spirit9 dei ferebat sup aquas. Secundo vbi dixit deus Nõ pmanebit spiritus me9 in hominib9 istis &c. Tercio cum dicit pharao in ioseph esse spiritũ dei Nondũ tñ legimus spiritũsanctum.

Dixitq̄. Isi. Joseph qui typũ xp̄i gerebat. currum meruit & preco p̄conauit ante eũ. & cõstituit eum pharao sup vniuersam terrã egipti: & dominus noster postq̄ distractus est a iuda sicut ioseph a fratribus: & de inferni carcere surrexit: ascendit

boues. intantũ deformes & macillentę. vt nunq̄ tales i terra egipti viderim. Que deuoratis & cõsumptis prioribus. nullum saturitatis dedere vestigiũ. sed simili macie & squalore torpebant. Euigilans rursum sopore depressus vidi somniũ: Septem spicę pullulabant in culmo vno plenę atq̄ pulcerrimę. Alię quoq̄ septem tenues & pcussę vredine oriebantur e stipula. quę priorum pulcritudinẽ deuorauerunt. Narraui coniectoribus somnium: & nemo est qui edisserat. Respõdit ioseph Somnium regis vnũ est: Quę facturus est deus ostendit pharaoni. Septem boues pulcrę & septem spicę plenę septẽ anni vbertatis sunt: eandemq̄ vim somnij

† Sic somniũ interpretatur. vt temporũ euentui & mistico intellectui seruiat.

comp̄hendũt. † Septẽ quoq̄ boues tenues atq̄ macilentę q̄ ascẽderunt post eas. & septem spicę tenues & vento vrente percussę septem anni sunt vẽturę famis: qui hoc ordine complebuntur. Ecce septem anni venient fertilitatis magnę in vniuersa terra egipti: quos sequentur septem anni alij tante sterilitatis: vt obliuioni tradatur cuncta retro abundantia. Cõsumptura est eñi fames omnẽ terram: & vbertatis magnitudinẽ perditura est inopię magnitudo. Qd autẽ vidisti secundo. ad eandem rem pertinens somnium firmitatis indicium est: eo q̄ fiat sermo dei. & velocius impleat. Nũc ergo prouideat rex virũ sapientẽ & industrium. & p̄ficiat eũ terrę egipti. qui constituat p̄positos

vel cunctas.

per singulas regiones: & quintã partem fructuum per septem annos fertilitatis. qui iam nunc futuri sunt congreget in horrea: et omne frumentum sub pharaonis potestate condatur: seruetur q̄ in vrbib9. & p̄paretur futurę septẽ annorum fami. quę pressura est egiptum: & non consumetur terra inopia. Placuit pharaoni consilium: & cunctis ministris eius. Locutusq̄ est ad eos: Num inuenire poterimus talem virũ qui spiritu dei plenus sit? Dixit ergo ad ioseph: Quia ostendit tibi deus omnia quę locutus es: nunquid sapientiorem & consimilem tui inuenire potero? Tu eris super domum meam: & ad tui oris imperium cunctus populus obediet. Uno tantum regni solio te p̄cedam. Dixitq̄ rursum pharao ad ioseph: Ecce cõstitui te super vni-

Qd pontificatum fidei significat qd est in potestate christi.

uersam terram egipti. Tulit anulum de manu sua. & dedit in manu eius. vestiuitq̄ eum stola † bissina: & collo torquem auream circũposuit. Fecitq̄ eũ ascẽdere super currum suum secundum clamante p̄cone: vt omnes coram eo genu flecterent. & p̄positum esse scirent vniuersę terrę egipti. Dixit quoq̄ rex egipti ad ioseph Ego sum pharao: absq̄ tuo imperio non mouebit quisq̄ manum

† Que significat carnẽ christi. de terra virgĩe assumptam. & ad decorẽ immortalitatis diuersis passionibus ductam.

Celestem sapientiã. que sicut circulus. nec initio nec fine clauditur.

Sic christ9 munerib9 decorat9 diuinis celos ascendit.

q̄r transcẽdit omnẽ volubilitatẽ tpaliũ rerũ.

Johãne baptista. qui ait. Parate viam domino. vel tuba angelica que venientẽ ad iudicium preueniet.

currũ cęlestis regni. de quo dicit: currus dei decẽ milib9 multiplex. & accepit potestatem p̄dicandi & iudicandi a patre. Vnd Dedit ei nomen. qd est sup om̄e nomẽ &c Accepit quoq̄ anulum. i. pontificatũ fidei: quo credentium anime salutis signo signant. frontibusq̄ & cordib9 nostris p signum crucis figura ęterni regis imprimit. Induit stola bissina. i. carne sancta bysso splendidiore. & stola immortalitatis. Accepit quoq̄ torquẽ auream. i. intellectũ bonum. Preco antecedit eum. i. iohs baptista. qui ait: Parate viã domino. Habebit & aliũ preconem: q̄r veniet in tuba angeli.

Ecce cõstitui te &c. Joseph de carcere eductus: super egiptum cõstituit. & xp̄s resurgens accepit nomen qd est sup om̄e nomẽ. vt in nomine hiesu omne genu flectatur.

Clamãte p̄cone &c. Et clamauit ante eum p̄co: & cõstituit eũ sup omnẽ terrã egipti. pro quo aquila transtulit. Et clamauit in cõspectu eius adgeniculationem Simach9 ipsũ hebręũ posuit. Et clamauit ante eũ abreth Vñ michi videt nõ tam p̄co vel adgeniculatio. q̄ in salutãdo vel adorando ioseph accipi potest intelligenda. q̄ qd hebręi tradunt dicẽtes patrẽ teneꝝ ex h sermone trãsferri. ab q̄ppe dicitur pater. reth delicatus vel tenerrimus. significante scriptura: q̄ iuxta prudẽtiam omniũ pater fuit: sed iuxta ętatẽ tenerrimus adolescens & puer.

Et vocauit zc.
Hiero. Et vocauit
pharao nom̄ ioseph
phasnecphane. z de/
dit ei assenez. f. p. s. e.
Licet h nomē hebrai
cę absc̄ōditorꝝ repto
rem sonet: tn̄ quia ab
egiptio ponit' ipsius
linguę debet habere
rationez. Interp̄tat'
ergo phasnecphane.
siue vt. lxx. transferre
voluerūt spontūpha/
nec saluator mundi.
eo ꝙ orbem terrę a fa
me liberauit. Notan
dū aūt ꝙ dn̄i quon/
dam z emptoris sui
filiā vxorē acceperit:
qui ad id locorꝝ pon
tifex eliopoleos erat.
Neqꝫ ph as erat abs
qꝫ eunuchis ydoli il/
lius esse antistites: vt
vera illa hebreorꝝ su/
per eo quā ante dixi/
mus suspitio compro
betur.

Et dedit illi ux.
zc. Aug. Queri solz
cui⁹ phutipharis al's
petefre vt pleriqꝫ ha
bent z corruptę vt su
pra dictū est. vtrum
illi⁹ cui⁹ seru⁹ fuit. an
alteri⁹? Sz credibili
us alterius. Nā de il
lo quomodo credat'
multa sunt q̄ moue/
ant. Primum q: scri
ptura nō memorauit
cū videat' hoc nō pos
se pręterire qd̄ ad io/
seph gloriā ptinebat
vt ei⁹ filiam duceret
cui⁹ seruus fuit. De/
inde quomodo spa/
do filiā habere potuit
Sed respondet' quo
modo vxorem? Po
stea eñ credit' absci/
sus vel casu vel spon
te. Et ꝙ honor ei⁹ q̇
solet nō memoratur
.i. ꝙ archimachir⁹ fu
it: quē principē coco/
rum latini interp̄tati
sunt. principem mili/
tię quidā intelligunt
Sz etiā hic respōde
tur. duos illum hono
res habuisse: sacerdo
tium solis. z militię
principatū. Cōgruę
autez alibi ille honor
memorat': qui talib⁹
congruit actib⁹. Hic
vero postq̄ꝫ in ioseph
apparuit non parua
diuinitas: honor soce
ri ei⁹ debuit nomina
ri. qui ptinet ad diui

aut pedem in omni terra egipti.
† ſ vt recti⁹ gereret christi similitudinē: qui sal
Vertitqꝫ nomē illi⁹: z † vocauit eū
uator nō modo egipti: sed totius mundi.
lingua egiptia ca saluatorez mun
ſ Joseph sublimat⁹ ducit vxorē. z christ⁹ ascē
dit ad celos subleuat⁹. sociat sibi ecclesiā de gē
tibus. quā bene significat filia sacerdotis elio
di. Deditqꝫ illi vxorē assenez filiā
poleos: qui sacerdos erat gentiū. Eliopolis quo
qꝫ interpretatur ciuitas solis: de qua sociat sibi
sponsā. qui in sole posuit tabernaculū suum.
phutipharis sacerdotis eliopole
os. Egressus est itaqꝫ ioseph ad
† ſ Hac etate christ⁹ predicare cepit euāgeliuz
aū quā nemo debet assumi ad sacerdotiū vl' pre
dicationis officiū.
terram egipti. † Triginta aūt erat
† ſ In mundo se presentādo per predicationē
annorꝝ quando † stetit in cōspectu
z miracula.
regis pharaonis: z circūiuit oēs
regiones egipti. Venitqꝫ fertili/
tas septem annorum. z in mani/
pulos redactę segetes congrega/
tę sunt in horrea egipti. Omnis
etem̄ frugum abundantia in sin/
gulis vrbibus condita est. tanta
ſ Innumerabilis. s. sicut arena.
qꝫ fuit m'ltitudo tritici. vt arenę
ſ vsitatam.
maris coęquaretur: z copia † men
suram excederet. Nati sunt autez
† ſ Christo. ⁞ ſ discessio a fide quā faciet an
† ioseph filij duo anq̄ꝫ veniret ⁞ fa
tichristus.
mes: quos ei peperit assenez filia
phutipharis sacerdotis eliopole
os. Vocauitqꝫ nomen primoge/
ſ Obliuio. hic est iudaic⁹ popul⁹ dei sui oblit⁹
niti manasses dicens: Obliuisc
me fecit deus omniū laborū meo
rum: z dom⁹ patris mei. Nomē
† ſ fructificatio. qd̄ significat ecclesiā d̄ gentib⁹
quoqꝫ secundi appellauit † ephra
per totū mundū dilatatam.
im dicens: Crescere me fecit deus
in terra paupertatis meę. Igitur
ſ Tempore pacis ecclesiastice finito.
trāsactis septem annis vbertatis
qui fuerant in egipto: cęperūt ve
nire septez anni inopię quos prę
dixerat ioseph: z i vniuerso orbe
† ſ verbi dei. ⁞ ſ q: nō erat qui faceret bonū.
† fames ⁞ p̄ualuit. In cuncta au/
ſ alias fames erat.
tem terra egipti non erat panis.
Qua esuriente. clamauit popul⁹
ad pharaonem alimenta petens
ſ In angustia spiritualis famis. cōsiliū vnicuz
est vt recurram⁹ ad horrea ioseph. i. sanctas scri
Quibus ille respōdit: † Ite ad io
pturas a sanctis patrib⁹ nobis ad cōsolationez
inopię reseruatas.
seph. z quidquid vobis dixerit fa
cite. Crescebat autē fames quoti/
ſ alias omni.
die in vniuersa terra. Aperuitqꝫ
† ſ venduntur frumēta verbi dei egiptiis. cū se
ioseph vniuersa horrea: z † vende
mancipant diuinis obsequiis.
bat egiptijs. Nam z illos oppres
ſ verbi dei.
serat fames: omnesqꝫ prouintię
veniebant in egiptum vt emerēt
escas. z malū inopię tparent.

C XL II.

Vdiēs aūt
† ſ Judaic⁹ popul⁹ ⁞ ſ euā
† iacob ꝙ ⁞ alimenta
gelica doctrina predicaretur in mundo.
venderentur in egipto. dixit filijs
suis: Quare negligitis? Audiui
ꝙ triticum venundetur in egipto
Descēdite z emite nobis necessa/
ria. vt possimus viuere: z nō con
ſ Jā de famelica litte
sumamur inopia. Descendentes
ra minime gloriātur iudei sub decalago ꝯstituti
igit' fratres ioseph decem vt eme
ſ paulo adhuc
rent frumēta in egipto. Beniamin
paternis traditionib⁹ occupato.
domi retento a iacob. qui dixe/
rat fratribus eius: ne forte in iti/
† ſ humiliauerūt se ad intellectū eorūz de qui
nere quicq̄ꝫ patiat' mali. † Ingres/
bus dictū est. vt qui nō vident videant.
si sunt terram egipti cuz alijs qui
pergebant ad emēdum. Erat aūt
† ſ panis in terra vel intelligentie. ⁞ ſ Ju
dea. ⁞ ſ Christus.
† fames in terra ⁞ chanaan. z ⁞ io/
† ſ Mundi. ⁞ ſ Alii sermo scientie alii sermo
seph princeps † egipti: atqꝫ ad ⁞ illi
sapientie aliū interpretatio sermonū.
us nutum frumenta populis ven
† ſ Christū adorat omnis cetus sanctorum.
debantur. Cunqꝫ † adorassent eū
fratres sui z agnouisset eos. qua/
si ad alienos durius loquebatur
interrogans eos: Unde venistis
Qui responderunt: De terra cha
naan. vt emam⁹ victui necessaria
ſ Cognoscebantur iudei a christo. Ipsi aūt nō
cognoscebant eum.
Et tn̄ fratres ipse cognoscēs: non
est agnitus ab eis. Recordatusqꝫ
ſ quib⁹ vidit ꝙ sol z luna z stelle adorarēt eū.
somniorū quę aliquādo viderat
ait ad eos: Exploratores estis. vt
videatis infirmiora terrę venistis

nitatē nō paruā secū
dum opinionē egipti
orūz in sacerdotio. s.
solis. Sz in omibus
his qui p̄positus fuit
custodiarū carceris:
incredibile est esse p̄/
positū in officio sacer
dotum. Deinde non
simpliciter dictū ē. ꝙ
sacerdos solis esset: s
ciuitatis solis q̄ vo/
cat' eliopolis. Abesse
autē dicit' plusq̄ꝫ. xx.
milib⁹ a ciuitate mē/
phi vbi pharaones
.i. reges maxime cō/
manebant. Quomō
deserto officio sacer/
dotij potuit strenuę
regis seruire militię
principatui? Accedit
etiā ꝙ egipt ij sacer/
dotes phibent' nō ser
uire nisi templis deo
rum. nec aliud officij
gerere. Sz forte tūc
aliter fuit. Credat qs
qꝫ qd̄ placet. nō ē mi
chi questio cui⁹ exit⁹
sit clausus. siue vnus
fuit petefres. siue duo
q̇ olibet eñ hor̄ q̇sqꝫ
existimet. nō est fidei
piculosum: nec cōtra
rium veritati scriptu
rarum.

Nati aūt sunt
zc. Hiero. Obserua
ꝓpter questionē quę
post de filijs ioseph
ꝓponenda est. ꝙ an
te famis tempus quo
iacob intrauit i egip
tum. duos tm̄ filios
habuit manassen et
ephraim.

Aperuitqꝫ io/
seph zc. Joseph in
penuria frumenti sal
uat egiptum. z xp̄s a
fame dbi liberat mū
dū. Apuit horrea sua
xp̄s in orbē terraruz
z erogatione frumēti
sui omia subiugauit
Nisi fratres ioseph
vendidissent: defece/
rat egiptus. nisi iudei
christū crucifixissent:
perierat mund⁹. Jo
seph interp̄tatur au
gmentatio. Sz i illo
ioseph ampliationez
non habuit. nisi sola
egipt⁹. in nostro vni
uersus mundus. Ille
erogauit triticum. no
ster dei verbum. In
omnē eñ terrā exiuit
son⁹. e. C. XLII.

Dixit iacob zc.
Jsi. Est frumentū in

egipto. Dicit ⁊ deus pater: ex egipto vocaui filiũ meũ. Descendunt decẽ ꝓuectores .i. iudei ſb decalogo ꝯstituti quos ipſe cognoſcẽs: nõ eſt agnitus ab eiſ. Cognoſcũtur hebrei a xp̄o: ⁊ ipſi nõ agnoſcũt eum. Vederũt illi pecuniã ſed ioſeph .i. xp̄s triticũ dedit ⁊ argentum reddidit: q2 nõ pecunia emit xp̄s: ſʒ gr̄a.

Per ſalutẽ pha. Aug. Quid eſt ꝙ ioſeph vir ſapiens nec ſolũ inter homines ſʒ etiã ſcp̄tura teſte laudatus iurauit ꝑ ſalutem pharaonis ñ exituros de egipto frẽs ſuos: niſi frater iunior veniret? An etiam bono ⁊ fideli vilis fuerat ſal⁹ pharaonis? Quãto em̃ magis ipſi q̃ eũ in tanto honore locauerat: fidẽ ſeruabat ſi illi q̃ eũ hũi empticiũ poſſidebat. Qđ ſi non curabat pharaonis ſalutẽ: nũquid piuriũ ꝑ cuiuſlibet hoīs ſalutẽ vitare nõ debuit. An nõ eſt piurium? Tenuit em̃ vnũ eoꝝ donec veniret beniamin: ⁊ veruʒ fc̄m eſt qđ dixit nõ exibitiſ donec veniat fr̄ veſter. Ad oĩs eĩ potuit ꝑtinere qđ dictũ eſt. Nam quomõ ille ventur⁹ eſſet: niſi ad eũ deducendũ aliqui rediſſent? Sʒ qđ ſeq̇tur magis vrget q̄ſtione vbi iteꝝ iurauit dicẽs: Mittite ex vobis vnuʒ ⁊ adducite frẽm veſtrũ ⁊ cetera. vſqʒ ꝑ ſalutẽ pharaonis exploratores eſtis. Huic ſñie interpoſuit iuratõeʒ: q2 ſi vera nõ dixiſſent exploratoreſ eſſent .i. exploratorũ pena digni eſſent quos tñ vera dicere ſciebat nec ꝑiurus eſt q̇ſqʒ ſi ei queʒ caſtiſſimũ nouit dicat. Si h̄ adulteriuʒ de q̊ argueris cõmiſiſti: damnat te de⁹. et his verbis adhibeat iurationẽ. Veꝝ omĩno iurat: ibi em̃ cõdicio eſt qua dicit. Si feciſti: quẽ tñ nõ feciſſe certũ habet. Sʒ dicit aliq̇ſ. veꝝ eſt q2 ſi fecit adulteriũ: damnat illũ dñs. Hoc ãt veꝝ ñ eſt. Si ãt veꝝ nõ dicitis: exploratores eſtis, cum etiam ſi mentiant̄: nõ ſunt exploratoreſ. ſʒ ita dc̄m eſt: exploratores eſtis tanqʒ ſi dictũ eſſet exploratoꝝ pena digni eſtis. Hoc eſt exploratores deputabimini merito mẽdacij veſtri. Eſtis aũt potuiſſe dici ꝓ habebimini ⁊ ꝯputabimini in num̃ere ſimiles locutõeſ docẽt. Vñ ⁊ illa locutio helye. Quicunqʒ exaudierit in igne erit deus: nõ em̃ erit ſed habebit̄.

Nesciebãt aũt. Aug. Quid eſt ꝙ cũ inter ſe penitẽtes loq̄rent̄ de ioſeph ꝙ cũ illo male egerant ⁊ h̄ eis diuino iudicio r̄ddereť: ꝙ ſe periclitari videbãt adiũgit ſcriptura: Ipſi ignorabant ꝙ audiebat ioſeph. Interpres eniʒ inter illos erat hoc .ſ. intelligendũ eſt ideo putaſſe eos ꝙ ille nõ audiret: q2 videbant interpretem q̇ inter illos erat: nichil ei dicere eoꝝ q̄ loquebant̄. quẽ adhibitũ putabant: q2 eoꝝ neſcieret liguã. Nec cura erat interp̄tis ea dicere illi a quo poſit⁹ fuerat q̄ non ad illũ ſed int̄ ſe loquebantur.

Querit̄ cur ioſeph vir mitiſſim⁹ frẽs taliter afficere voluit in ꝓtelatione agnitõis ſue cũ poſſet eis ſe innoteſcendo cito ſubuenire. Sed h̄ nõ vltionis cauſa fecit: vt vindicaret malũ qđ ſibi factũ fuerat: ſʒ vt cognoſceret vtrũ eodem ſtimulo fratrem vterinũ ꝑimerent: ſicut ipm̃ in exteras ꝓuincias vendiderant

Apertoqʒ v. ſ. Fratres ioſeph dãt argentũ q2 iudei cõuerſi dimittunt lr̄ãm occidentẽ ⁊ accipiũt ſpũm viuificãtẽ. repꝑit̄ tñ argentũ in ore ſaccoꝝ q2 ꝓpt̄ fructũ ſpũalis itelligẽtie nõ ꝯſerit̄ nitoꝛ eloq̄ntie.

Qui dixerũt: Nõ eſt ita domine ſed ſerui tui venerunt vt emerent cibos. Omnes filij vnius viri ſum⁹. Pacifice venim⁹: nec quicq̄ʒ famuli tui machinant̄ mali. Quibus ille reſpondit: Aliter eſt. Immunita terrę huius cõſiderare veniſtis. Et illi: Duodecim inquiũt fratres ſerui tui ſumus filij vniuſ viri in terra chanaan. Minimuſ cũ patre noſtro eſt. alius nõ eſt ſuper. Hoc eſt ait qđ locutus ſum: Exploratores eſtis. Iam nũc experimentũ veſtri capiã. Per ſalu-

ſ Subaudi oĩs.

tem pharaonis non egrediemini

† ſ De anguſtia littere. ·¦· ſ Credat paul⁹ apoſtoloꝝ minimus tanq̄ʒ abortiuus.

†hinc ·¦· donec veniat frater veſter

ſ Hoc cõpletũ eſt quãdo miſſus eſt ananias ad baptizandum eum.

minim⁹. Mittite ex vobis vnum

ſ Multa erat in verbis ſeueritas multa in corde tranquillitas vt hinc doceatur quãta his beniuolentia debeat̄ quos forte pl⁹ equo corripim⁹.

vt adducat eum: Vos aũt eritis in vinculis donec ꝓbentur que dixiſtis vtrum falſa an vera ſint.

ſ .i. exploratorũ pena digni

Alioquin ꝑ ſalutẽ pharaonis exploratores eſtis. Tradidit ergo eos cuſtodię tribus diebus. Die aũt tercio eductis e carcere ait: Facite quę dixi ⁊ viuetis. Deuʒ em̃ timeo. Si pacifici eſtiſ frater veſter vnus ligeť in carcere: Voſ aũt abite ⁊ ferte frumenta q̄ emiſtis in domos veſtras ⁊ fratrem veſtrum minimum ad me adducite: vt poſſim veſtros probare ſermones ⁊ non moriamini. Fecerunt vt dixerat ⁊ locuti ſunt inuicem.

ſ Hoc eſt quorundã iudeorum cõfeſſio amiſſo loco ⁊ gente ⁊ apertis ſacramentis que prius clauſa erant in velamine littere.

Merito hęc patimur q2 peccauimus in fratrem noſtrũ videntes anguſtiam animę illius dum deprecaretur nos ⁊ non audiuimus: idcirco venit ſuper nos tribulatio iſta.

† ſ Hic ſignificat nicodemũ ⁊ ioſeph qui nõ cõſenſerunt ꝯſilio ⁊ actib⁹ iudeoꝝ ĩ morte ihesu.

E quib⁹ vn⁹ † ruben ait: Nunquid non dixi vobis: nolite peccare in pueꝝ: ⁊ nõ audiſtiſ me?

ſ .i. vindicta fuſi ſanguinis ſumitur.

En ſanguis eius exquiritur. Neſciebãt autẽ ꝙ intelligeret ioſeph

ſ Quaſi nõ intelligens linguã eoꝝ.

eo ꝙ ꝑ interpreteʒ loq̄retur ad eos. Auertitqʒ ſe parumper et fleuit: ⁊ reuerſus eſt ad eos. Tollenſqʒ ſymeon: ⁊ ligans eum illis pręſentibus. iuſſitqʒ miniſtris vt implerent ſaccos eorum tritico ⁊ reponerent pecunias ſinguloruʒ in ſaccis ſuiſ: datis ſupra cibarijſ in via. Qui fecerũt ita. At illi portantes frumenta in aſinis ſuis ꝓfecti ſunt. Apertoqʒ vnus ſacco vt daret iumento pabulum in diuerſorio contemplatus pecuniã in ore ſacculi dixit fratribus ſuis: Reddita eſt michi pecunia en habetur i ſacco. Et obſtupefacti turbatiqʒ mutuo dixerũt: Quidnã eſt hoc qđ fecit nobis deus? Veneruntqʒ ad iacob patrem ſuum in terra chanaan. ⁊ narrauerũt ei omnia que accidiſſent ſibi dicentes: Locutus eſt nobis dominuſ terrę dure ⁊ putauit noſ exploratores eſſe prouincię. Cui reſpondimus pacifici ſumus nec vllas molimur inſidias. Duodecim fratres vno patre geniti ſumuſ. Vn⁹ non eſt ſuper: minimus cum patre verſatur i terra chanaan. Qui ait nobis: Sic probabo ꝙ pacifici ſitis. Fratrem veſtrum vnum dimittite apud me: ⁊ cibaria domibus veſtris neceſſaria ſumite ⁊ abite. Fratrẽqʒ veſtrũ minimũ

Singuli repperunt. Fratres ioseph dederūt pecuniam in emptione frumenti: sed eā accepto frumēto receperunt. qꝛ noster ioseph non querit nostra. sed nos Gratis eniꝫ dat sua munera. ⁊ in nostra emptione nos ditiores facit.

Cui respondit. Strab. Ruben ait. Duos filios meos interfice si nō r. e. t. ⁊c. Nec tū obtinuit. At iudas dicēs. reus ero peccati in patrē om̄i tempore impetrauit. qꝛ ei cōmissus est beniamin. Plus est ergo reū esse peccati q̄ corporaliter occidi.

Deducetis canos ⁊c. Aug. Queritur vtrū ideo ad infernū. qꝛ cum tristicia an etiā si abesset tā q̄ ad infernū moriendo descensurus h̄ loquatur. De inferno eniꝫ magna questio est. ⁊ q̄d inde scriptura sentiat vbicūqꝫ h̄ memoratū fuerit obseruandum est.

adducite ad me: vt sciam ꝙ nō sitis exploratores. ⁊ istuꝫ qui tenetur in vinculis recipere possitis. Ac deinceps que vultis emendi habeatis licentiam. His dictis cum frumenta effunderent: singuli repperérunt in ore saccorum ligatas pecunias. Exterritisqꝫ simul omnibus dixit pater iacob: Absqꝫ liberis me esse fecistis. Joseph nō est super. simeon tenetur in vinculis: et beniamin auferetis. Jn me hec om̄ia mala reciderunt. Cui respondit ruben: Duos filios meos interfice: si non reduxero eum tibi. Trade eum in manu mea. ⁊ ego eum tibi restituaꝫ. At ille: Non descendet inquit filius meus vobiscum. Frater eius mortuus est: ipse solus remansit. Si quid ei aduersi acciderit ī terra ad quā pergitis: deducetis canos meos cū merore {alias dolore,} ad inferos.

C XLIII.

INteriꝫ fames vehementer omnē terram premebat. Consumptisqꝫ cibis quos ex egipto detulerant. dixit iacob ad filios suos: Reuertimini ⁊ emite pauxillum escarum. Respōdit iudas: Denunciauit nobis vir ille sub attestatione iurisiurādi dicēs Non videbitis faciem meaꝫ: nisi fratrem vestruꝫ minimū adduxeritis vobiscum. Si ergo vis mittere eum nobiscum. pergem⁹ pariter. ⁊ emem⁹ necessaria tibi: Si autem non vis: non ibimus. Uir enim vt sepe diximus. denunciauit nobis dicens: Non videbitis faciem meam absqꝫ fratre vestro minimo. Dixit eis israel: Jn meā hoc fecistis miseriam: vt indicaretis ei ⁊ alium habere vos frēm At illi responderunt: Interrogauit nos homo per ordinē nostrā progeniem. si pater viueret: si haberemus fratrem. Et nos respondimus ei cōsequenter iuxta id q̄d fuerat sciscitatus. Nunquid scire poteramus q̄d dicturus esset: adducite vobiscum fratrem vestrū. Judas quoqꝫ dixit p̄ri suo: Mitte puerum mecum vt proficiscamur ⁊ possimus viuere: ne moriamur nos ⁊ paruuli nostri. Ego suscipio puerum: de manu mea require illū. Nisi reduxero ⁊ reddidero eum tibi: ero peccati in te reus omni tempore. Si non intercessisset dilatio: iaꝫ vice altera venissemus. Igitur israel pater eorum dixit ad eos: Si sic necesse ē facite q̄d vultis. Sumite de optimis terre frugibus {vel ctibus.} in vasis v̄ris ⁊ deferte viro munera: modicum resine ⁊ mellis ⁊ storacis {species resine.} ⁊ stactes ⁊ therebinthi {therebinthus arbor est. cu⁹ resina similiter vocatur.} ⁊ amigdalarum. pecuniamqꝫ dupliceꝫ ferte vobiscū ⁊ illam quā inuenistis in sacculis reportate. ne forte errore factum sit. Sed ⁊ fratrem vestruꝫ tollite ⁊ ite ad virum. Deus autē meus om̄ipotens faciat eum vobis placabilem. ⁊ remittat vobiscum fratrem vestrum quē tenet in vinculis: ⁊ hunc beniamin. Ego auteꝫ quasi orbatus absqꝫ liberis ero.

Modicū resine. Hiero. Aliq̄d resine ⁊ mellis ⁊ thimiama ⁊ stactē ⁊ therebinthū ⁊ nuces. siue vt aq̄la ⁊ simachus transtulerunt amigdala. vbi ī nostris codicib⁹ habet thimiama. in hebreo est nechota. q̄d aquila storacē trāstulit ex quo domus nechotha q̄ in ysaia legitur: manifeste cella thimiamatis siue storacis intelligit̄. eo ꝙ in illa sunt aromata diuersa credita.

Tulerunt ergo viri munera · ꝛ pecuniam duplicē: ꝛ beniamin. Descenderuntq; in egiptum: ꝛ steterunt coram ioseph. Quos cū ille vidisset · ꝛ beniamin simul: pcepit dispensatori domus suę dicens. Introduc viros domum · ꝛ occide victimas · ꝛ instrue conuiuium: quoniā hodie mecum sunt comesturi meridie. Fecit ille sicut fuerat impatum: ꝛ introduxerunt viros domum. Ibiq; exterriti dixerunt mutuo: Propter pecuniaz quā retulim⁹ prius in saccis nostris introducti sumus: vt deuoluat in nos calumniam · ꝛ violenter subijciat seruituti · ꝛ nos ꝛ asinos nostros. Quāobrem in ipsis foribus accedentes ad dispensatorem locuti sunt: Oramus dñe vt audias nos. Jam ante descendimus vt emeremus escas: quibus emptis cum venissemus ad diuersoriū · apuimus sacculos nostros · ꝛ inuenimus pecuniam in ore saccoruz: quā nunc eodē pondere reportamus. Sed ꝛ aliud attulimus argentuz: vt emamus q̄ necessaria sunt. Nō est in nostra conscientia · quis eaz posuerit in marsupijs nostris. At ille respondit: Pax vobiscum · nolite timere. Deus vester · ꝛ deus patris vestri: dedit vobis thesauros in sac

† Nō mentitur sapiens dispensator · qꝛ de pecunia verbi dei dicit.

culis vestris. † Nā pecuniaz quā dedistis · probatam ego habeo. Eduxitq; ad eos symeō. Et introductis domum attulit aquā · ꝛ lauerunt pedes suos: deditq; pabula asinis eorū. Illi vero parabāt munera: donec ingrederet̄ ioseph meridie. Audierāt eñ q ibi essēt comesturi panem. Igitur ingressus est ioseph domum suā: Obtuleruntq; ei munera · ꝛ tenentes in manibus adorauerunt proni in terra. At ille clementer resalutatis eis · interrogauit eos dicēs: Saluus ne est pater vester senex de quo dixeratis michi: Adhuc viuit: Qui responderunt: Sospes est seruus tuus pater noster · Adhuc viuit. Et incuruati adorauerunt eum. Attollens aūt oculos ioseph vidit beniamin fratrē suū vterinum · ꝛ ait: Iste est frater ve

Alias paruulus.

ster minim⁹ de quo dixeratis michi: ꝛ rursum: Deus inquit misereatur tui fili mi. Festinauitq; in domum: qꝛ cōmota sunt viscera

vel eius.

sua super fratre suo · ꝛ erumpebāt lacrimę: ꝛ introiens cubiculū fleuit. Rursumq; lota facie egressus continuit se ꝛ ait: Ponite panes. Quibus appositis · seorsū ioseph

Quasi extraneis. Quasi indigenis.

ꝛ seorsuz fratribus · egiptijs quoq; qui vescebantur seorsum. Illicitum eniz est egiptijs comedere cū hebreis: ꝛ prophanuz putant huiuscemodi conuiuiū: Sederūt coraz eo primogenitus iuxta primogenita sua · ꝛ minimus iuxta etatem suā. Et mirabantur nimis sumptis partibus quas ab eo ac

qꝛ paulus plus omnibus laborauit.

ceperāt. Maiorq; pars venit bēiamin: ita vt quinq; partibus ex

Satiati secundū ydioma hebraice lingue.

cederet. Biberuntq; ꝛ inebriati sunt cum eo.

Deus vester ꝛc. Aug. Mendaciū videtur · si aliquid significare credendum est. Argentū eñ qd dat̄ ꝛ nō minuit̄ · qd ꝛ pbatū appellatū est · illud forte est de quo dicit̄. Eloquia domini · eloquia casta · a · i · e · p · t · p · septuplū · i · pbatū pfectę.

Vidit ioseph ꝛc. Isi. Paulū qñ lux circūfulsit eū qui paruulus · qꝛ nōdum maturā fidei etatē gerebat. Vñ etiā adolescens legit̄ · dū lapidantiū stephanū vestimēta seruabat · fleuit ioseph · cecitas pauli fletus est xpi · lauit faciem xps · cū baptisat̄ paul⁹ · p quē a plurimis vidend⁹ est xps. Aug. Affect⁹ boni animi semp procliuus est ad pietatem. Vñ in ioseph virtutum possumus cōsiderare copiam. Castus erat · cū spreuit impudiciciā dñe. Sapiēs cū diligēti inuestigatione fratrū animos explorabat · qualiter sentirēt de fratre suo vterino. Justus erat in adhibitōe discipline delinquētib⁹. Pius in cōuersione penitentium.

Quibus appositis ꝛc. Seorsū appositi sūt cibi ioseph · quasi aduenę · ꝛ seorsum fratrib⁹ quasi exteris natōne · egiptijs quoq; seorsum · quasi indigenis · qui putabant pphanū esse cū peregrinis cōuiuium.

Biberūtq; et inebriati ꝛc. Au. Solent ebriosi h testimoniuz adhibere sibi in patrocinium pter ioseph · qui valde sapiens cōmendat̄. Sed h verbū pro saturitate ponit̄ in scripturis. Vñ · visitasti terram ꝛ inebriasti eā · qꝛ in laude benedictionis h positum est · ꝛ donū dei cōmemorat̄ · apparet hanc ebrietatē saturitatez significare. Nā ita inebriari vt inebriant̄ ebriosi · nec ipsi terrę utile est · qm̄ maiore hūore q̄z sufficit · corrumpit̄ · sicut vita ebriosi qui non satietate se replet · sed mergit diluuio.

Cyphum quē
ꝛc. Isid. Quid sibi
vult ꝙ inuentus est
cyphus ioseph ī sac-
culo beniamin: nisi qꝛ
in corde pauli celestis
doctrinę iam ꝓfulge
bat eloquiū. dū esset
eruditus in lege. Sꝫ
qꝛ subiectus nō erat
deo intra saccuꝫ erat
cyphus. doctrina in-
tra legem lucerna in-
tra modiuꝫ. Missus
tñ ananias manū im-
posuit. marsupiū sol-
uit. ꝛ argentū resplen
duit. ꝛ decidentibus
squamis quasi sacci
vinculis soluto sacco
.i. deposito legis ve-
lamine adeptꝰ est gra
tię libertatē. ꝛ reuela
ta facie sermonis euā
geliū ꝑdicat.

An ignoratis
ꝛc. Aug. Quid hoc
sibi velit queri solet:
An qꝛ nō serio sed io
co dictū est vt exitus
docet. non est haben
dum mendaciū. Mē
dacia enī a mendaci
bus serio aguntꝰ. non
ioco. Cū autē q̄ non
sunt tanq̄ȝ ioco dicū
tur: nō putantꝰ men-
dacia. Sed magis
mouet. quid sibi ve-
lit hęc actio ioseph. q̄
frēs suos donec eis
apiret quis esset toti
ens ludificauit. ꝛ tan
ta expectatione suspē
dit. qđ licet tanto sit
suauiꝰ cū legitꝰ. quā-
to fit illis inopinatiꝰ
cū quibꝫ agitꝰ. tñ sapi
entię illius grauitate
nisi magnuꝫ aliquid
isto quasi ludo signi
ficaretꝰ. nec ab illo fie
ret. nec scriptura dice
ret: in qua sanctitas
tanta. ꝛ ꝓbandorū
intētio futuroꝝ. Nō
negligenter ergo con
siderandū puto tan-
tam miseriā in ꝑtur-
batione fratrū suorū
quā modo ioseph q̄ȝ
diu voluit tenuit. ꝛ
q̄ȝta voluit mora ꝓ-
duxit. ꝛ tanto eos fa
ciēs calamitosos. q̄ȝ-
to ipsoꝝ futurā letici
am cogitabat. ꝛ qđ
agebat ut eoꝝ gaudi
um differeretꝰ. ad hoc
agebat: vt dilatione
cumularetꝰ tanq̄ȝ nō
essent cōdignę passio

C XLIIII.

Precepit aūt ioseph dispēsatori domus suę di cens: Imple saccos eoꝝ frumen to quātū capere possunt: ꝛ pone pecuniam singulorū in summita-

Splendorē diuini eloquii.

te sacci. cyphum aūt meū argente um ꝛ preciū qđ dedit tritici pone

Pauli qui minimus est apostolorum.

in ore sacci iunioris. Factūq̄ȝ est ita. Et orto mane dimissi sunt cuꝫ asinis suis. Iamq̄ȝ vrbe exierant et processerant paululum. Tunc ioseph accersito dispensatore do- mus ait: Surge inquit perse que re viros. et apprehensis dicito: Quare reddidistis malū pro bo-

totiens fratribus obiecta accusatio. fraterne venditionis expiatio est.

no? Cyphum quē furati estis ipe est in quo bibit dominus meꝰ. ꝛ in quo augurari solet: Pessimaꝫ rem fecistis. Fecit ille vt iusserat ꝛ apprehensis per ordinem locu tus est. Qui respōderūt: Quare sic loquitur dominus noster: vt serui tui tantū flagitij cōmiserint Pecuniam quā inuenimus in sū mitate saccorum reportauimus ad te de terra chanaā. Et quomō consequens est. vt furati simus đ domo domini tui aurum vel ar- gentum? Apud quencūq̄ȝ fuerit inuentum seruoꝝ tuoruꝫ qđ quę ris moriatur: ꝛ nos serui erimus domini nostri. Qui dixit: Fiat iu xta vestram sententiā. Apud quē cunq̄ȝ fuerit inuentum. ipse sit ser uus meus: Uos aūt eritis inno- xij. Itaq̄ȝ festinato deponētes in terram saccos aperuerunt singu- li. Quos scrutatus incipiēs a ma iore vsq̄ȝ ad minimum inuenit cy phum in sacco beniamin. At illi scissis vestibus oneratisq̄ȝ rursuꝫ asinis reuersi sunt in oppidū. Pri musq̄ȝ iudas cum fratribꝰ ingres sus est ad ioseph. Nec dum eniꝫ de loco abierat. Omnesq̄ȝ ante eū in terra pariter corruerunt. Qui-

verba pro verberibus irrogat fratribus. ne re maneat impunitū fraternum scelus.

bus ille ait: Cur sic agere volui- stis? an ignoratis ꝙ non sit simi- lis mei in augurandi sciētia? Cui iudas: Quid respondebimus in quit domino meo? vel quid loq̄- mur. aut iuste poterimus obtē de re? Deus inuenit iniquitatem ser uorum suorum. En omnes serui sumus domini mei. ꝛ nos ꝛ apđ quē inuentus est cyphus. Respō dit ioseph: Absit a me vt sic agaꝫ Qui furatus est cyphum ipse sit seruus meus: vos aūt abite libe ri ad patrem vestrum. Accedens autem propius iudas cōfidenter ait: Oro domine audi me. loqua tur seruus tuus verbū in auribꝰ tuis: ꝛ ne irascaris famulo tuo. Tu es enim post pharoneꝫ domi nus meus. Interrogasti priꝰ ser uos tuos: habetis patreꝫ aut fra trem? ꝛ nos respōdimus tibi do mino meo: Est nobis pater senex ꝛ puer paruulus qui in senectute illius natus est. Cuiꝰ vterinus fra

quasi hic solus est superstes de matre sua. sic enim opinabantur.

ter est mortuus. ꝛ ipsum† solū ha bet mater sua: pater vero tenere diligit eum. Dixisti quoq̄ꝫ seruis tuis: Adducite eum ad me: ꝛ po nam oculos meos sup illū. Sug gessimꝰ tibi dño meo: Nō potest

nes tantilli temporis
ad futurā gloriā exul
tationis futurę cogni
to fratre quē a se per
ditum extimabant.

Cui iudas ꝛc.
Aug. Multa in nar
ratione iudę aliter di
cta sunt q̄ȝ cū illis ege
rat ioseph. q̄ȝuis apđ
eū loqueretꝰ. vt omni
no de insimulatione
exploratoꝝ nichil di
ceretꝰ. qđ vtrū consul
to tacitū sit: an id fe-
cerit ꝑturbatōis obli
uio nō apparet. Nā
ꝛ illud qđ dixerunt
se a ioseph interroga
tos de patre ꝛ fratre
suo. se aūt illi interro
ganti indicasse mirū
est. si vel ad sententi-
am potest ipsa pueni
re narratio: vt eā cō-
stet eē veracē. quāq̄ȝ
ꝛ si aliqua falsa in ea
sunt. falli potius per
obliuioneꝫ potuit. q̄ȝ
auderet mētiri. Apđ
eū ꝑsertim cui nō sic
nescienti. sed q̄ noue
rat eū scire. vt eū fle-
cterent ad misericor-
diam narrationi in-
serebat.

puer relinquere patrem suũ. Si
eñ illum dimiserit: morietur. Et
dixistis seruis tuis: Nisi venerit
frater vester minimus vobiscum
nõ videbitis amplius faciẽ meã.
Cum ergo ascendissem⁹ ad famu
lum tuũ patrem nostrum: narra/
uimus ei oĩa que locutus est do
minus me⁹. Et dixit pater noster
Reuertimini ⁊ emite vobis parũ
tritici. Cui diximus: Ire nõ possu
mus. Si frater noster minimus
descẽderit nobiscũ: proficiscemur
simul: Alioquin illo absente: nõ
ſ Alias at.
audemus videre faciem viri. Ad
que ille respondit: Uos scitis qd
duos genuerit michi vxor mea.
Egressus est vnus ⁊ dixistis: Be
stia deuorauit eũ ⁊ hucusq₃ non
comparet. Si tuleritis ⁊ istum ⁊
aliquid ei in via contigerit: dedu
cetis canos meos cu₃ merore ad
inferos. Igit̃ si intrauero ad ser/
uum tuum patrem nostru₃ ⁊ pu
er defuerit cũ anima illius ex hu
ius anima depẽdeat: videritq₃ eũ
non esse nobiscu₃: morietur: ⁊ de
ducent famuli tui canos eius cũ
dolore ad inferos. Ego proprie
seruus tuus sim: qui in mea₃ hũc
recepi fidem: ⁊ spopondi dicens:
Nisi reduxero eum: peccati reus
ero oĩ tempore in patrem meũ
Manebo itaq₃ seruus tuus pro
puero in ministerio domini mei:
⁊ puer ascendat cũ fratribus suis
Nõ eñ possum redire ad patrem
absente puero: ne calamitatis q̃
oppssura ẽ p̃re₃ meũ testis assistã

C. XLV.

Non se pote
rat vltra cohibere ioseph multis
corã astantib⁹: vñ p̃cepit vt egre
derẽtur cũcti foras: ⁊ null⁹ interes
set alienus agnitioni mutue: Ele
uauitq₃ vocem cum fletu: quã au
dierunt egiptij: ⁊ omnis domus
pharaonis: ⁊ dixit fratribus suis
ſ Sic iudeis diu christũ ignorantibus circa fi
nem mũdi innotescens exhibebit se eis placitũ.
qui prius eũ senserãt iuste iratum.
Ego sum ioseph. Adhuc pater me
us viuit? Nõ poterant responde
re fratres: nimio terrore p̃territi.
Ad quos ille clementer: Accedi/
te inquit ad me. Et cũ accessissent
prope: Ego sum ait ioseph frater
vester: quem vendidistis in egi/
ptum. Nolite pauere: nec durum
vobis esse videatur q̃ vendidi/
ſ Nisi eñ a iudeis tra
stis me i his regionibus: Pro sa
ditus fuisset christus saluus nõ esset mundus.
lute eñ vestra misit me deus an/
te vos in egiptum: Bienniu₃ est
eñ q̃ fames cepit in terra esse: et
adhuc quinq₃ anni restãt: quibus
nec arari poterit nec meti. Pre/
misitq₃ me de⁹ vt reseruemini su/
per terram: ⁊ escas ad viuendum
habere possitis. Nõ vestro consi
lio: sed dei voluntate huc missu s
sum: qui fecit me quasi patrẽ pha
raonis: ⁊ dominum vniuerse do
mus eius ac principem in omni
terra egipti. Festinate ⁊ ascendite
ad patrem meu₃: ⁊ dicetis ei: hec
mandat filius tuus ioseph: De⁹
me fecit dominum vniuerse terre
ſ Alias moreris.
egipti: Descende ad me ne moria
† ſ qd interpretatur propinquitas: vnde patet
q₂ ⁊ si in egipto habitet isrl̃ nõ tñ longe ẽ a deo
ſ Alij iessen arabie: sed verius gesem dicitur.
ris: et habitabis in terra † iessen.

Misit me deus
⁊c. Aug. Quid ẽ q̃
iuxta alia exẽplaria
ita legit̃: Misit enim
me deus ante vos: re
manere reliquias ve
stras sup terrã: ⁊ enu
trire semẽ reliquiarũ
vestrar̃ magnũ: hoc
eñ non vsquequaq₃
cõsonat: vt reliquias
iacob accipiam⁹ etiã
filios ei⁹: cũ oẽs sint
incolumes. an forte il
lud significat secreto
mysterio qd apl̃s ait
Reliquie p electõe₃
gratie salue facte sũt
ad hoc eñ occisus est
xp̃s a iudeis: ⁊ tradi/
tus est gentib⁹: tanq₃
ioseph egiptijs a fra
trib⁹. Vñ Nã ⁊ ego
israelita sum: vt ⁊ ple
nitudo gentiũ intra/
ret: ⁊ sic omnis israel
saluus fieret.

Et habitabis i
terra iessen ara.
Additũ est. Hiero.
In hebreo nõ habet̃
Unde error increuit
qd terra gessen i ara/
bia sit. Porro sicut
in nostris codicibus
est p extremũ m: scri/
bitur iessem. qd mihi
nequaq₃ placet terrã
significare cõplutam
iessen eñ in ymbrem
vertitur. vbi ⁊ in ple
risq₃ gesem reperit̃.

Erisq̃ iuxta me tu ⁊ filij tui· ⁊ filij
filiorum tuorũ: oues tuę ⁊ armē
ta tua ⁊ vniuersa q̄ possides: ibi
q̃ te pascam. Adhuc eñ quinq̃
anni residui sunt famis: ne ⁊ tu
pereas ⁊ domus tua· ⁊ omnia q̄
possides. En oculi vestri ⁊ oculi
fratris mei beniamin vidēt ꝙ os
meũ loquatur ad vos. Nunciate
patri meo vniuersam gloriã meã:
⁊ cuncta q̄ vidistis in egipto. Fe
stinate ⁊ adducite eũ ad me. Cum
q̃ amplexatus recidisset in collũ
beniamin fratris sui· fleuit: Illo
q̃ similiter flente simul super col
lum eius. Osculatus est ioseph
omẽs fratres suos ⁊ plorauit su
per singulos. Post quę ausi sunt
loqui ad eum. Auditũq̃ est ⁊ ce
lebri sermone vulgatũ in aula re
gis· venerũt fratres ioseph· Et ga
qui typũ gentilis populi gerit· qui gauisurus est in fine de cõuersione iudaici populi.
uisus est pharao atq̃ oĩs familia
† Christus apostolis suis imperat.
eius. Dixitq̃ ad ioseph vt † impa
ret fratribus dicens: Onerantes
Hec figura sunt gentilis populi qui ignobilis postea onus christi sponte subiit.
iumenta ite in terram chanaan· ⁊
inuitate ad fidem iudeorũ perfidiã.
tollite inde patrẽ vestrũ ⁊ cogna
tionem· ⁊ venite ad me: ⁊ ego da
Copiã diuinarũ scripturarũ quibus gentes abundant.
bo vobis omnia bona egipti· vt
Suauitatē spiritualis intelligentie.
comedatis medullam terrę. Prę
cipe etiã vt tollant plaustra d̾ ter
ra egipti ad subuectionẽ paruu
lorum suorum ⁊ coniugũ. Et di
cito: Tollite patrem vestrũ· ⁊ pro
perate quãtotius venientes· nec
veteri testamento.
dimittatis quicq̃ de suppellecti
le vestra: q̄ȝ omnes opes egipti
fratres ioseph · apostoli sũt fratres christi.
vestrę erunt. Fecerũt filij israel vt
eis mandatũ fuerat. Quibus de
dit ioseph plaustra secundũ pha
† Quia christus ordinauit his qui euãgeliũ enunciant de euangelio viuere.
raonis imperiũ· ⁊ † cibaria in itine
apostolis.
re. Singulis quoq̃ pferri iussit
Scientiam diuinitatis christi· ⁊ humanitatis predicandã ⁊ dilectionē dei ⁊ proximi.
binas stolas. Beniamin vero de
† Paulo sciẽtiã trinitatis ⁊ crucis· que p thau litterã representatur· ccc· significantē. ⁑ i· scientiam ⁊ moderationẽ quinq̃ sensuũ· que amplior in paulo.
dit † trecētos argēteos cũ ⁑ quinq̃
Per apostolos mittitur iu
stolis optimis· tantundem pecu
deis thesaurus fidei ⁊ honestas morum.
nię ⁊ vestium mittens patri suo:
† Doctores ex gentibus decalogi mãdatis in
addens ei † asinos decem qui sub
structos. Omni plenitudine scientie iudeos imbuerent.
ueherent ex omibus diuitijs egi
† Que pseudo apostolos significare possunt de quibus dicit apostolꝰ· siue ex occasione siue ex veritate annuncietur christus.
pti: ⁊ totidem † asinas triticum in
itinere panesq̃ portantes. Dimi
sit ergo fratres suos· ⁊ proficiscē
Nolite cõtendere de temporalibus.
tibus ait: Ne irascamini in via.
apostoli.
Qui ascendentes ex egipto· vene
Iudeam.
runt in terram chanaan ad patrē
suum iacob· ⁊ nunciauerũt ei di
Christus incarnatus est.
centes: Ioseph filius tuus viuit
dominus est orbis terrarum.
⁊ ipse dominatur in omĩ terra egi
† aduentu christi. ⁑ Iudaicus populus.
pti. † Quo audito ⁑ iacob: quasi d̾
torpore carnalis vite.
graui somno euigilans· tamē nõ
ad primã suasionem.
credebat eis. Illi ecõtra referebãt
† Agnouisset euãgelii plenitudinem· ⁊ charismatum distributionē.
omnem ordinē rei. Cumq̃ † vidis
set plaustra ⁊ munera q̄ miserat:
qui per longã cecitatē quasi mortuus fuerat
reuixit spiritus eius ⁊ ait· Suffi
cit michi si adhuc ioseph filꝰ me
us viuit: Vadam ⁊ videbo illum
anteq̃ moriar.

C. XLVI.

Profectusq̃
israel cum omibus que habebat
venit ad puteum iuramēti: ⁊ ma
nõ recenti.
ctatis ibi victimis deo patris sui
Merito in loco pacis ⁊ cõcordie videtur deꝰ q̄ȝ illic mandauit deus benedictionem.
ysaac· audiuit eum per visionem
nocte vocantem se ⁊ dicentē sibi:
Iacob iacob. Cui respõdit: Ecce
assũ. Ait illi deꝰ: Ego sũ fortissimꝰ

Et gauisus est· ⁊c. Hec verba pharaonis q̄ ad ioseph de iacob ⁊ filijs eius locutꝰ est· significant gaudia gentilis populi de cõuersione iudeorum. Magna enim deuotõ est ecclesie gētium ꝙ israeliticꝰ populus ad fidē veniat quibꝰ si cõuertantur ⁊ fidei participes extiterint· promittit spirituales opes virtutũ ⁊ gratiã spiritus· quã qui accipit indigētia boni nõ laborabit.

Beniamin uero dedit trecētos ⁊c. Hiero· Trecenti argentei dant̾ beniamin· quos a xp̄o accipit qui predicat trinitatem· vel xp̄i crucẽ Vñ paulꝰ ait: Non iudicaui me aliquid scire īter vos nisi christum ihesum ⁊ hunc crucifixum. Quinq̃ stolas accepit· i· sapientiã omniũ sensuũ Precellit ergo paulus abundantia meritorũ: sed ⁊ fratres· i· alij predicatores habent gratiã suã· i· binas stolas: vt cõfiteantur xp̄m deũ ⁊ hominē. Vñ omẽs domestici eiꝰ vestiti duplicibus· i· mystica et morali intelligentia. Mittunt̾ ⁊ patri munera· ⁊ xp̄s promissis muneribꝰ inuitat populũ suũ. Munera portãt asini· i· gētiles inutiles ⁊ laboriosi: nunc autē vtiles portant in typo xp̄i munera· in euãgelio munerum largitorem.

Quo audito i· ⁊c. Isi· Expauit iacob· i· plebs incredula· s; postq̃ gesta xp̄i cognouit: reuixit spiritus eiꝰ· ⁊ qui mortuus videbatur: fide resurrectionis xp̄i viuificat̾. Vocat̾ ergo a filijs suis· id ē· a petro paulo ⁊ iohãne· pp̄ls iudeorum ad gratiam. Occurrit illi iudas q̄ interpretat̾ cõfessio· q̄ȝ precedit confessio quos ante pfidia possidebat· ⁊ sic ioseph · i· xp̄s occurrit· qui senem iam etate suscipiat vltimo tpe populum iudeorum nõ secundum merita: sed secũdum electionē gratię ⁊ imponat manũ sup oculos eiꝰ: ⁊ cecitatē auferat· qd̾ distulit: vt postremus crederet· qui ante nõ putauit esse credēdũ. Vñ q̄ȝ cecitas ex parte in israel facta est: donec plenitudo gentiũ subintraret· ⁊ sic oĩs isrl̾ saluus fieret.

Cunctequꝫ aie. ꝛc. Aug. Videndū est quid respōdeatur eis qui hoc testimōio confirmāt a parentibus aias cū corpib⁹ ꝓpagari: aias em̄ dictas pro hominib⁹ a parte totū figurata locutione null⁹ ambigit: Sꝫ quomō ipaꝫ partē .i. animā cuius nomine totus homo significatus est. alienamus ab eo qd̄ dictum est: Exierūt de femorib⁹ eius: vt carnes ex illo tm̄ natas. q̄nuis sole anime nominent̄. accipiamus querendi sunt modi locutionū i scripturis.

Filii aūt ioseph ꝛc. Hiero. Oēs aie dom⁹ iacob. q̄ ingresse sunt in egiptū fuere. lxxv. qꝛ excepto ioseph ꝛ fili⁹ ei⁹. lxvi. anime q̄ egresse sunt de femorib⁹ iacob introierunt in egiptuꝫ nulla dubitatio est. Ita eīn per singulos supputatus numerus approbauit: vt in hebreis voluminib⁹ inuenit̄. Qd̄ aūt in. lxx. legim⁹ filij ioseph q̄ nati sunt i egipto anime nouē. Sciam⁹ ꝓ nouem in hebreo esse duas. Effraim q̄ppe ꝛ manasse anteqꝫ iacob intraret egiptuꝫ ꝛ famis temp⁹ ingrueret nati sunt in egipto. Illud quoqꝫ qd̄ supra legimus. Facti sūt filij manasse quos genuit ei concubina machir. Et machir genuit ei galaad. Filij aūt effraim fratris manasse ꝛc. Quasi ꝑ anticipationē fcm̄ esse describit̄. Neqꝫ enīꝫ qn̄ ingressus est iacob in egiptū eius etatis erant. vt filios

qui me habes adiutorē.
deus patris tui. Noli timere: et
† Secur⁹ cōtra sp̄uales nequitias pugnatur⁹
†† imitatricem fidei tue.
† descēde in egiptum. qꝛ in †† gentē
quasi tecū erit gloria mea.
magnā faciā te ibi. Ego descendā
In ꝑtāte mea.
tecum illuc: ꝛ ego inde adducam
ad terrā promissionis.
te reuertenteꝫ. Joseph quoqꝫ ponet manus suas super oculos tuos. Surrexit iacob a puteo iuramenti: tuleruntqꝫ eum filij cū paruulis ꝛ vxorib⁹ suis in plaustris que miserat pharao ad portandū senem: ꝛ oīa que possederat i terra chanaan. Venitqꝫ in egiptum cum omī semine suo: filij ei⁹ ꝛ ne
† pluralis pro singulari. sicut pro plurali singularis solet poni. vnā em̄ tm̄ habebat filiā nomine dinā. vel neptes filias vocauit.
potes. † filie ꝛ cuncte simul ꝓgenies. Hec sunt aūt nomina filiorū israel qui ingressi sunt in egiptū. ipse cum liberis suis. Primogenitus ruben. Filij ruben: enoch. ꝛ phallu ꝛ esrom ꝛ charmi. Filij symeon: iamuel ꝛ iamin ꝛ iami et abod ꝛ iachin ꝛ saber ꝛ saul fili⁹ cananitidis. Filij leui: gerson et chaath ꝛ merari. Filij iuda: her et onan ꝛ sela ꝛ phares ꝛ zara Mortui auteꝫ sunt her ꝛ onan in terra chanaan. Natiqꝫ sunt filij phares esrō ꝛ amul. Filij ysachar thola ꝛ phua ꝛ iobab ꝛ semron. Filij zabulon: sareth ꝛ chelon ꝛ iabelel.
† qꝛ patres eorū ibi geniti.
Hi filij lye quos genuit in † mesopotamia syrie: cum dina filia sua Omnes anime filiorum eius ꝛ filiarū trigītatres. Filij gad: sephō ꝛ aggi ꝛ esebon ꝛ suni ꝛ heri ꝛ arodi ꝛ areli. Filij aser iemna ꝛ iesua ꝛ iesui ꝛ beria. Sara quoqꝫ soror eoꝝ. Filij beria: heber ꝛ melchiel Hi filij zelphe quā dedit laban lye filie sue. ꝛ hos genuit iacob sedecim animas. Filii rachel vxoris iacob: ioseph ꝛ beniamin. Natiqꝫ sunt ioseph filii i terra egipti quos genuit ei asseneꝫ filia phutiphar⁹ sacerdotis eliopoleos: manasses ꝛ ephraiꝫ. Filii beniamin Bela ꝛ bechor et asbel et gera et naaman et iechri et iethros ꝛ rese
alias ofim.
mophin ꝛ ophim ꝛ ared. Hi filii rachel quos genuit iacob: Oēs anime quattuordecim. Filii dan vsan. Filii neptalim: iasiel ꝛ guni ꝛ ieser et salem. Hi filii bale quā dedit laban racheli filie sue. ꝛ hos genuit iacob: omnes anime septē Cuncteqꝫ anime que ingresse sūt cum iacob in egiptū: ꝛ egresse sūt de femore illius absqꝫ vxoribus filiorum eius sexaginta sex. Filii aūt ioseph qui nati sunt ei in ter
† partē ponit pro toto.
ra egipti anime due. Omnes † aie domus iacob que ingresse sunt i
† Cōfessi⁹ premittitur ad ioseph .i. christū qꝛ ore fit cōfessio ad salutē.
egiptū fuere septuaginta. † Misit aūt iacob iudaꝫ ante se ad ioseph in egiptum: vt nunciaret ei ꝛ ille
† Nō in terrā ramesses. †† post cōfessionē ioseph occurrit: qꝛ christi mīa subsequitur.
occurreret i † iessen. †† Quo cū peruenisset iuncto ioseph curro suo. ascendit obuiam patri ad eundē locum: Vidensqꝫ eum irruit sup collum eius: ꝛ inter amplexus fleuit. Dixitqꝫ pater ad ioseph. Jā letus moriar. quia vidi faciē tuā: ꝛ supstitem te relinquo. At ille locutus est ad fratres suos ꝛ ad omnem domum patris sui. Ascēdaꝫ ꝛ nunciabo pharaoni. dicāqꝫ ei: Fratres mei ꝛ domus patris mei q̄ erant in terra chanaan venerūt

generarēt. Vn̄ apparet oēs animas q̄ ingresse sunt in egiptū de femorib⁹ iacob fuisse. lxx. qꝛ. lxvi. post eū ingresse sunt. ꝛ repperērūt in egipto tres Joseph .s. cū duob⁹ filijs. Septuagesim⁹ aūt fuit iacob ne videamur aduersuꝫ auctoritateꝫ scripture loqui. Etiā. lxx. interpretes in deutronomio transtulerūt ꝙ ingressus est israel. in. lxx. animab⁹ egiptū. Si quis igit̄ nostre scripture refragat̄: scripturaꝫ intra se cōtrariam faciet. Ipsi em̄ lxx. interpretes q. lxxv. animas ꝑ plepsim cū iacob ꝛ posteris eius igressas esse dixerūt. In dutronomio. lxx. tm̄ introisse memorarunt. Qz si opponitur quomō in actib⁹ apostoloꝝ dicatur. lxxv. animas ingressas esse in egiptum: facilis excusatio est. Nō enim debuit lucas ipsius scriptor historie i gētes actuū apostoloꝝ volumen emittēs cōtrariū scribere ei scripture q̄ iā fuerat diuulgata in gentibus ꝛ maioris opinionis illo tpe erat. lxx. auctoritas: q̄ꝫ lucas: qui ignotus ꝛ vilis. hoc aūt generaliter obseruandū. ꝙ vbicunqꝫ apostoli aut apostolici uiri loquunt̄ ad populos: his testimoniis abutunt̄. q̄ iā fuerant in gentib⁹ diuulgata. licet pleriqꝫ tradant lucā vt ꝓselitū. hebreas litteras ignorasse.

Bed. All᷑. Superhumerale cōsummationē bonorum operum· rationale significat mundiciam cogitationum. Connexio autē mentis industriam· qua doctorum intellectus ⁊ fides cū operatione iungitur. Manet enim iunctura fabręfacta· vt rationale ⁊ superhumerale nequęant separari· quando tanta eruditione tanto operum studio ꝓminet rector: vt nichil ex his quę facienda cognouerit imperfectum relinquat· ⁊ qd̄ fecerit· virtute rectitudinis nō priuet incuria. Defluunt enī indumenta pontificis ⁊ ab inuicē mouentur. si decus operis minor custodia cordis sordidat: vel castitatem cogitationis integritas nō sequit᷑ actionis. Sed ne dissoluantur habet sacerdos in rationali duas catenulas ex auro purissimo· i· continuationem castę ⁊ nō fictę dilectionis cordi firmiter affixam· quę nunq₃ manum ⁊ linguā ab ęquitate puri sensus dissentire permittat. Et bene duas· vt etiā in his q̄ ad fraternę subsidium necessitatis pertinent· ornatus incedat. Bene aūt opus charitatis p catenulas aureas signatur: quia sicut catenula ex plurimis auri virgulis contexitur: ita charitas ex multipharia virtutum operatione perficitur. Quas virgulas apostolus exponens ait: Charitas patiens est benigna ē· charitas nō ęmulatur ⁊c. habet sacerdos anulos aureos· e quib9 catenę pendent· id est· iugem memoriā nunq₃ finiendę claritatis i cęlis. ex qua solum memoria fit· vt maneant nobis continua vincula charitatis. Habet duos vncinos superhumeralis angulis eminentes· quibus inserantur catenę· id est· in exordio boni operis habeat firmam intentionem deo placendi· quę per omnia apta sit suscipiendę ⁊ continendę in se dilectioni dei ⁊ proximi· siue prospera siue aduersa occurrerint· nunq₃ saluberrima pię deuotionis retinacula laxet. Hoc est enī sacerdotem in vtroq₃ humero vncinos qui catenulas rationalis excipiant habere: in prosperis ⁊ in aduersis deo fixum placendi studium gerere· ⁊ huius intentione in dei ⁊ pximi amore firmari. Inserunt ergo se vncinis superhumeralis catenulę aureę· quę de rationalis summitatibus efferuntur: Nunq₃ enī mens rationabiliter de internę luce claritatis degustat· mox alacritas bene operandi amplectendo suscipit· ne forte habitus rationalis pulcerrimus a pectore sacerdotis relabatur: si non eum accelerans bonę actionis vncinus contineat

aureas iunges anulis qui sunt in

marginibus eius: ⁊ ipsarum cate-

narum extrema duobus copulabis

† s· firme· s· intentionis deo placendi que omino apta sit suscipiende dilectioni dei et pximi· siue i psperis siue in aduersis. † s· bone actionis.

vncinis in vtroq₃ latere suphu-

s· mundicia cogitationis.

meralis qd̄ rationale respicit. Fa-

cies ⁊ duos anulos aureos quos

s· angulis.

pones in summitatibus rationalis

s· in oris· s· rationalis·

⁊ in oris quę e regione sunt suphu

meralis· ⁊ posteriora eius aspiciūt

necnon ⁊ alios duos anulos au-

reos· qui ponēdi sunt in vtroq₃ la

tere superhumeralis deorsum· qd̄

respicit contra faciem iuncturę in-

ferioris· vt aptari possit cū suphu-

merali: ⁊ stringatur rationale anu-

lis suis cū anulis superhumeralis

vitta hyacinthina· vt maneat iun-

s· ingeniose vel artificiose· faber enī quilibet artifex dicitur·

ctura fabręfacta: ⁊ a se inuicē rōale

⁊ suphumerale nequęant separari

Portabitq₃ aaron nomina filioꝝ

Bed. Qz superhumerale strictum erat baltheo· de quo in sequentibus dicitur: ⁊ desuper humerale imposuit· qd̄ stringens baltheo aptauit rationali· aperte ostendit: quia custos bonorum operum est continentia· de qua dicitur: Sint lumbi vestri pręcincti ⁊ lucernę ardentes ⁊c. Lumbi· s· pręcincti p continentiam. Lucernę ardentes p virtutū opationem.

Uitta hyacinthina ⁊c. Beda. Uittę hyacinthinę quibus vterq₃ sacerdotis habitus copulatur· ligaturę sunt desiderij cęlestis· quę anulis aureis innexę superhumerale cum rationali stringunt· cum agnita luce perhennis patrię in illam gloriam suspiramus· ⁊ vt intrare mereamur concordi fide ⁊ vita ⁊ opere ⁊ pfessione in tabernaculo ꝓsentis ecclesię seruire studem9.

Portabitq₃ aaron ⁊c. Bed. Nomina filiorum israel aaron super

pectus memoriale corā dño portat in eternum· quādo psul nunq̄ subditorum curam intermittit: sed vitā eorum consolando increpando exhortando confortat: ⁊ tutandā dño crebris orationib9 satagit cōmendare.

¶ Greg· Sacerdos qñ tabernaculū ingredit duodecim lapides in pectore portare iubet sculptos noib9 filiorum israel: hic est redemptor noster qui semet ipsum pro nobis sacrificiū offerens dū fortes in exordio pdicatores habuit duodecim lapides sub capite in prima sui corpis pte portauit.

¶ Oportet sacerdotē memoriā patrum ferre in pectore· maxime cuꝫ ministrat altari: vt in quo sacratius est ministeriū· sollertius se toto studio· tota industria mentis exornet ⁊ corporis· exēpla sanctorum respiciens· vt eorum sedulus imitator aptum se diuinis psentet aspectibus.

¶ Pones aūt ⁊c. Bed· Vt· s· meminerit sacerdos se studijs doctrine ⁊ veritatis inquirendis nō curādis ruminandisq̄ secularibus negocijs per acceptum sacerdotiū fuisse cōsecratū. Sed vt qđ exterius typicū in veste pfulgebat· intus in corde veraciter expssū choruscaret. Itē doctrina ⁊ veritas in rationali erant posite: vt monstraret· q2 vestis illa nō solum legalem induebat pontificem· sed ⁊ euangelicū pnunciabat· s· ipsum christū de quo dicit: lex p moysen data est· gratia ⁊ veritas p ihesum xpm patefacta est. Vel apostolos ⁊ oīs gratie noue pcones. Gestat aūt iudiciū filiorum israel in pectore suo in cōspectu dñi· cū subditorum causas pro sola interni iudicis intentione discutit: vt nichil simultatis admisceat· in eo qđ diuina vice dispensat.

¶ Augu· Pones aūt in ra· ⁊c. In qua re vel metallo ponat demonstratio ⁊ veritas sup rationale (q2 talia dicit fieri in veste sacerdotis q̄ corpalit fiunt) inuenire difficile est. Fabulant tamē lapideꝫ fuisse cui9 color aduersa vel prospera imitaret: quādo sacerdos intrabat in sancta. Et hoc est qđ ait Et afferet aaron iudiciū filiorum israel super pectus. ostendens· s· in illa demonstratione ⁊ veritate quid de illis iudicauerit dominus· quāuis intelligi possit demonstrationem ⁊ veritatem litteris impositam sup logion.

¶ Facies et tunicā ⁊c. Bed· Tunica talari tota hyacinthina vestit sacerdos: vt admoneatur opus celeste nō modo inchoandū· sed vsq̄ in finem esse ducendum oīb9 qui salui esse volunt. Tunica enim hyacinthina vsq̄ ad pedes vestiri· est bonis opib9 vsq̄ ad finē vite insistere. secundum illud: Esto fidelis vsq̄ ad mortem· ⁊ dabo tibi coronā vite. Et q2 ita solūmodo ad pfectioneꝫ boni operis infatigabili pposito perueniemus· si hanc fixa intentione supne remunerationis incipimus· recte additur: In cuius medio supra erit capitiū ⁊c. Capitiū tunica hyacinthina firmissimū habet· ⁊ oram ex sese textam· ne facile rumpatur: cum primordiū boni operis forti radice timoris domini subnixum: ⁊ contra oēs insidias antiqui hostis probatur esse munitū. Talis ora collum sacerdotis p girū vestit ⁊ ornat: qñ rectori fiduciam pdicandi celestia pbet. hoc q nō solū in vite cursu recte vixerit: sed exordiū quoq̄ a rectitudine ceperit· sicut samuel hieremias iohānes· qui ab ipsa infantia spirituali gratia repleti· ⁊ in doctorum ordine sunt sepati. Quia eniꝫ uox in collo est· p collū recte loquēdi vsus exprimit. Sicut fieri solet ī extremis vestiū partib9· sicut vestib9 opa: ita extremis vestium partib9 operum consummatio figurat. Vel extreme vestiū partes vltime sunt nostre solicitudines· quib9 fideles cū finire vitam coguntur· intentius ab omi labe malorum se expurgare contendunt cum metu ⁊ pauore· curantes ne ante districtū iudicem producti pro sordido viciorum habitu expellantur in tenebras exteriores. sed appareant induti sicut electi dei viscera misericordie benignitatē· humilitatem modestiam patientiam ⁊ charitatem· qđ est vinculum perfectionis. Tunica ergo hyacinthina habet oram in capitio textilem· sicut in extremis vestiū partib9 solet fieri: cū doctor egregi9 a tanta pfectōe op9 virtutū inchoat: ad quantā alius longo labore vix aliqñ pueniat. ⁊ cū tanto timore famulatus omi hora cū deo suo ambulat: q̄tum ali9 vix moritur9· ⁊ ad iudiciū vltimū ingressur9 habere sufficiat· s q2 tota pfectio sacerdotis in opib9· ⁊ doctrina veritatis cōsistit· secundum illud: cepit ihs facere ⁊ docere· recte subiungitur· deorsum vero ad pedes eiusdē tunice ⁊c.

israel in rationali iudiciū sup pect9 suū: quādo ingreditur sanctuariū memoriale coraꝫ dño in eternum.

Pones autem in rationali iudicij
vt studeat sacerdos doctrinā ⁊ veritateꝫ inquirere ⁊ docere.
doctrinam ⁊ veritatem que erūt in pectore aaron: quādo ingredietur
vt causas subditorum p sola dei intentione discutiat nichil simultatis admiscens.
corā dño. Et gestabit iudiciū filiorum israel in pectore suo: in cōspectu dñi semp.
deo beneplacēs. · op9 celeste vsq̄ ad finē vite. · firmissimā. · supremā· s·
Facies ⁊ tunicā superhumeralis totam hyacinthinā
vt primordiuꝫ boni opis forti radice timoris dei subnixū· ⁊ ꝯtra insidias dyaboli sit munitum.
In cuius medio supra erit capitiū ⁊ ora per gyrum eius textilis: sicut
consummatione· s· operum.
fieri solet in extremis vestiū partibus· ne facile rumpātur.
vt sacerdos ad tantā excellentiā cōuersatōis perueniat· vt nichil in illo nisi splendor ⁊ gratia flosq̄ vari9 bonorum operū appareat· ⁊ horū tantū sonū suauissimū proferat.
Deorsū vero ad pedes eiusdem tunice per
multipharia virtutū operationem vno charitatis munimine circūdatam.
circūitum quasi mala punica facies ex hyacintho et purpura coccoq̄ bis tincto ⁊ bisso retorta:
vt nec opus sacerdotis discrepet a verbo· nec verbum ab opere.
mixtis in medio tintinnabilis· ita vt tintinnabulum sit aureū ⁊ malū punicū
vt omnis sermo sacerdotis claritateꝫ superne lucis resonet.

Bed· Facies ⁊ tu· ⁊c. Tunicā superhumeralis dicit cui9 ps superhumerali tegebat ad distinctionē tunice que erat interius linea· quarum meminit supi9 dicēs: hec aūt erūt vestimēta q̄ faciēt rationale ⁊ superhumerale tunicam ⁊ lineam strictā ⁊c. Interior aūt erat linea bissina· qđ lini esse gen9 nobilissimū cōstat. Exterior vo tunica tota hyacinthina nichil alterius coloris admittens· cui9 specie vniformi q̄lis eē debeat vita sacerdotis docet superni· s· desiderijs intenta· cōuersatōnem habēs in celis· ⁊ saluatoris expectans aduentū: q̄ sic ⁊ bissina ad pedes ptingebat. Vnde vtraq̄ grece poderis dicta est· vt ostēdatur in sacerdotali vita nichil infimū ac sordidū remanere: s omne qđ agit quasi ethereo colore preciosissimū vniuersa mēbra eius a capite vsq̄ ad pedes gratia virtutum tecta esse debere.

¶ Deorsum vero. ⁊c. Greg· Cum rector se ad loquendū prepa rat· q̄ caute loquatur attendit: ne inordinate loquens corda audientium errare faciat· ⁊ sapiens videri desiderans vnitatis compagem insipienter scindat. Vnde habete sal in vobis· ⁊ pacem habete inter vos. Qui em sapienter loqui nititur· timeat ne eius eloquio vnitas confundatur. Vnde nō pl9 sapere q̄ oportet sape ⁊c. Hinc est q tintinnabulis mala punica coniungūt. Per mala em punica fidei vnitas signatur: q2 sicut ī malo punico vno cortice multa interius grana muniuntur: ita innumeros populos ecclesie vnitas fidei contegit: quos intus diuersitas meritorum tenet. Bene ergo dicit habete sal in vobis· ⁊ pacē habete in. vos ⁊c. ac si p habitū sacerdotib9 dicatur: mala punica tintinnabulis iungite: vt p omē qđ dicitis vnitatem fidei cauta obseruatione teneatis.

¶ Bed· Deorsum ad pedes tunice fiunt quasi mala punica ⁊ tintinnabula p girū: qñ ad tantā excellentiā deuote conuersationis sacerdos puenerit vt nichil in eo nisi splendor ⁊ gratia· flosq̄ varius bonorum opum videatur nichil aliud cum os aperiat· q̄ suauissim9 horum sonus audiatur. Quia em in malo punico multa interi9 grana vno cortice tegunt: recte per mala punica multipharia virtutū operatio uno charitatis munimine vndiq̄ tecta signatur. Fit aūt malorum effigies de hyacintho· purpura· coccoq̄ bis tincto· ⁊ bisso retorta· quib9 quattuor colorib9 q̄ virtutū varietas signetur supra dictū est. His vero in medio tintinnabula permiscentur: vt neq̄ opus sacerdotis ab eo qđ loquitur discrepet· neq̄ a rectitudine operis lingue sonus aberret. Vnde pulcre additur· ita vt tintinnabulū sit aureū· ⁊ malū punicum. Rursumq̄ tintinnabulum aliud aureū ⁊ malū punicum. Aurea em tintinnabula hyacinthine tunice inseruntur ⁊ vndiq̄ circūdantur: cū omnis sermo eius claritatem superne lucis resonat· ⁊ idem sonit9 velut hyacinthine tunice firme infixus operum quoq̄ ipsi9 sublimitate audientiū mentib9 cōmendat. Fiuntq̄ bina mala circa singula tintinnabula: cuꝫ oīa que loquitur bonis confirmantur actib9· ⁊ in auditorū artius corde figuntur: ⁊ vniuersa q̄ agit q̄ sint rationabilia discreto sermonis sonitu producuntur.

¶ Bed· Possumus in duodenario gemmarum rationalis intelligere q sol iusticie cuncta nostra tempora· cunctas orbis plagas sua luce replere sicut sol inuisibilis qui per menses duodecim signiferum circulū lustrare ⁊ totū ambire consueuit. Nā ⁊ hoc q quattuor ordines in rationali ternos lapides habent cōgruit anni vertentis ordini qui per ternos mēses ī quattuor tempora distinguitur. Annus aūt in scripturis solet vocari totuꝫ temp9 nostre salutis· quo pro eterna retributione certamus. Christus em secundū ysaiā missus est pdicare annū dñi acceptū· ⁊ diē retributionis. de eodem anno ⁊ dauid dicit. Benedices corone an· be· t·

¶ Bed· Vel sicut supradictum est· duodecim gemmas· i· ter quaternas gestabat· vt admoneret oīs doctores opera iusticie q̄ q̄ttuor principalib9

virtutibꝫ continentē cū fide trinitatis habere: ⁊ discipulis cōmendare. Portabat ⁊ septuagintaduo tintinnabula aurea cū totidem malis punicis: vt ostenderet ꝙ eadē fides ⁊ opatio iusticię vniuersum mundū ab erroꝝ ⁊ vicioꝝ tenebris ad verā lucem duceret. Tres enī dies ⁊ noctes habēt horas septuagintaduas: quibꝫ supra infraqꝫ lustrādo sol tribꝫ vicibꝫ mundū circuit. Bene ergo hic numerꝰ tintinnabuloꝝ ⁊ maloꝝ diuersitate coloris tunicę pontificis inditus est: qꝛ sol iusticię xp̄s vniuersum orbē esset illuminaturus ⁊ verā fidē ꝗ est i agnitione trinitatis ⁊ cōfessione daturus: ⁊ opationē bonā ꝗ est in variarū splendore ꝟtutū.

Vt audiatur ⁊c. Greg. Sacerdos ingrediens vel egrediēs moritur: si de eo sonitus nō audiatur: qꝛ irā ꝯtra se occulti iudicis ꝓuocat: si sine ꝑdicationis sonitu icedit. Apte ꝟo tintinnabula vestimētis illiꝰ inserta scribuntur. Sacerdotis enim vestimenta sunt recta opa. Vn̄. sacerdotes tui indu. iusti. Vestimentis ergo tintinnabula inhęrent: vt vitę viam cū lingue sonitu ipsa quoqꝫ opa sacerdotis clament.

Rursumqꝫ tintinnabulū aliud aureum ⁊ malū punicū. Et vestietur aaron ea i officio ministerij: vt audiatur sonitus qn̄ ingredietur ⁊ egredietur sanctuariū in cōspectu dn̄i ⁊ nō moriatur. Facies ⁊ laminā de auro purissimo in qua sculpes ope celatoris sanctū dn̄o. Ligabisqꝫ eā vitta hyacinthina: ⁊ erit sup thiaram imminēs frōti pontificis

[Interlinear glosses: operatio charitatis. — predicationis. — moriĕtur enī si nō predicauerit vt audiatur a deo ⁊ ab hominibus. — hoc supremū ⁊ excellens omnibꝰ ornamentis. — pro mundicia cordis ⁊ corporis in qua mysteria redemptionis recondimus ⁊ portamus. — spe celestiū premiorum. — vnde habentes nomē eiꝰ ⁊ nomē patris eius scriptū in frontibꝰ suis.]

Bed. Vt audiatur ⁊c. Sacerdos ingrediens ⁊ egrediens moritur: si de eo sonitus nō audiatur: qꝛ irā cōtra se occulti iudicis prouocat: si sine ꝑdicationis sonitu incedit. Nā si iosephi verbis intendere volumꝰ: qui dicit mala septuaginta duo fuisse ⁊ eiusdē numeri tintinnabula: cōgruit huic mysterio: vt discipuloꝝ septuagintaduoꝝ circa pedes numeꝝ habeat signatū. Sicut enī duodenariꝰ aplōꝝ numerꝰ ep̄alis dignitatis gradū inchoauit. Sic discipuli septuagintaduo ꝗ ⁊ ipsi ad ꝑdicandū missi sunt gradū minoris sacerdocij qui presbiteratus dicitur significant. Vnde hoꝝ numerꝰ in vltima pte sacerdotalis habitus: ille in prima figuratur. Si ꝗs vero numeros vtriusqꝫ ordinis mystice velit interꝑtari: Duodecim gemmas aaron in pectore ꝑferebat: vt significaret tempus instare quo fides trinitatis in oībꝫ quadrati orbis ptibꝫ ꝑdicaretur.

Facies et la. de ⁊c. Bed. Lamina aurea in fronte pontificis in qua sanctū dn̄o vel sanctū domini (vt in sequentibꝫ dicitur) sculptū est: sacratiꝰ est cęteris indumentis: qꝛ sicut diuina potentia oīmibꝫ creaturis supeminet: ita oportet vt nomē eius cęterū pontificis ornatū transcēdat: ⁊ velut cuncta sanctificans eximiam sedem teneat. Significat aūt ꝓfessionis nostrę fiduciam quā in fronte portamꝰ dicente aplō: Michi autē absit gloriari nisi in cruce dn̄i nostri ih̄u xp̄i. Recte aūt hoc solū in toto pontificis habitu ꝺ solo auro est: vt mundiciā cordis vel corporis in quo mysteria nostrę redemptionis recondere vel gestare debemus: ostenderet. Vel auro inscriptū sanctū dn̄i in fronte sacerdos portat: ostendēs ꝙ ita passionē dn̄i qua redempti sumꝰ venerari ⁊ amplecti debemꝰ: vt claritatē in ipso diuinę maiestatis ꝑ quā creati sumus pariter cōfitendā esse sciamꝰ: ita mortē assumptę humanitatis confitentes: vt eandē resurrexisse fateamur.

Sanctū dn̄o ⁊c. Bed. Qđ in lamina sculpi iubetur nomē sanctum ⁊ venerabile significat: qđ apud hebręos quattuor litteris vocalibꝫ scribitur: id est ioth. heth. uau. he. qđ interꝑtatur ineffabile: nō qꝛ dici nō potest: ſ꞉ qꝛ diffiniri sensu ⁊ intellectu creaturę nō potest: secundū illud: Pax dei ꝗ exuperat omnē sensum custo. cor. u. ⁊. in. ve. ⁊c. Et alibi: Magnꝰ dn̄s ⁊ lau. ni. ⁊c. Bene aūt in fronte pontificis quattuor litteris significans totidem ptes dn̄icę crucis: quā in fronte portamus.

Ineffabile nomē dn̄i quattuor litteraꝝ constans. he. s. qđ interꝑtatur iste. ioth qđ est principiū. heth qđ est passionis. vau hoc est vitę. Qđ totum sonat. iste principiū passionis vitę: qꝛ christꝰ est principiū vitę in adam amissę quā repauit sua passione.

Idem sanctū dn̄i auro sculptū in fronte portamꝰ: qn̄ expurgati a sordibꝫ viciorum: quę ex primo parente habuimus: imaginē ⁊ similitudinē cōditoris ad quā creati sumus recipimus: nec celamus: sed factis ⁊ dictis promulgamus. Iuxta illud. Sicut portauimus imaginem terreni: sic portemꝰ ima. cę. Vn̄ ⁊ alibi: expoliantes veterē hominē cum actibꝫ suis: induite nouum qui renouatur secundū imaginē eius qui creauit eū. Et iohs ait: habentes nomē eius ⁊ nomē patris eiꝰ scriptū in cordibꝫ suis. Si ergo oīs agnū sequētes ipsa professionis fronte debeant hoc nomē habere: qūto magis sacerdotes gregem dn̄i ducētes: qui omnibꝫ debent exemplū virtutis ostēdere.

Ligabisqꝫ eam ⁊c. Ligatur lamina ꝗ sanctū dn̄i continet vitta hyacinthina cū thiara pontificis: ꝗ spe cęlestiū ꝑmioꝝ quā hyacinthꝰ significat in fide confortamur: ⁊ artius sacramēta nostrę redemptionis vel imaginē ac similitudinē cōditoris ac redemptoris nr̄i intemeratā seruamus: quo nullū aliud eē salutis iter cognouimus de thiara suo loco dicetur.

Portabitqꝫ aaron iniquitates eoꝝ: ꝗ obtulerūt ⁊ sacrificauerūt filij israel in cunctis muneribus ⁊ donarijs suis. Erit aūt lamina sp in fronte eius: vt placatus sit eis dn̄s. Stringesqꝫ tunicam bisso et

[Interlinear glosses: auferet docendo ad penitentiam prouocando ⁊ ꝑ penitentibꝰ supplicādo. — tante industrie tantiqꝫ meriti debet esse sacerdos vt cuncta populi peccata portare possit. — dn̄o. — pro peccatis. s. oblata. — oīa oblata sancta sunt. — dignis penitētie fructibus. — Aug. hec significat fiduciā bone vite quā qui vere ꝑfecteqꝫ nō significatōe sed veritate sacerdos habet: solus potest peccata auferre. — vt totus subditus sit diuino seruitio. — memoriā passiōis christi debet omnis christianꝰ habere pre oculis. — qūto magis ergo sacerdos ⁊ pōtifex. — subditis qui doctoris exemplis attendūt ⁊ monitis. — hec est linea stricta qua induitur sacerdos cū propositū cōtinentie ita custodit: vt caro nō cōcupiscat aduersus spiritū: nec spūs aduersus carnē.]

Portabitqꝫ aaron ⁊c. Bed. Portat. s. sacerdos iniquitates in muneribꝫ ⁊ donarijs ꝗ obtulerūt domino ⁊ sācrificauerūt filij israel: cū pro fructibus dignę pęnitētię. i. elemonijs cęterisqꝫ opibus iusticię ꝗ faciunt pęnitentes a reatu scelerum absoluit. Hęc ꝗdem ita gerenda institutio diuina i habitu pontificis figurauit: et verbis manifeste docuit. Prochdolor autem quidā donaria accipiūt immo exigunt: ⁊ iniquitates populi nō asportant nec castigant: cū ob hoc solū debeāt sumere carnalia: qꝛ ministrant spiritualia. Sed qꝛ pro subditis potest efficaciter laborare: ꝑdicare: ⁊ dn̄o supplicare: cuiꝰ animꝰ diuini noīs memoria semper est ꝑditus: apte subiungitur: Erit aūt lamina semꝑ in fronte eiꝰ ⁊c.

Erit aūt la. ⁊c. Bed. Si lamina noīe dei scripta semꝑ fuerit in frōte aaron: placabitur dn̄s filijs israel: qꝛ cū doctor fideliter se diuino seruitio pura mente subdiderit: subditi exemplis illius ⁊ monitis accensi recte viuere ⁊ gratiā interni iudicis promereri festinant.

Stringesqꝫ tunicam. Bed. Quare linea dicta sit stricta vel bisso stringi ꝑcipiatur supra expositum est. Nunc vero adijciendū: qꝛ solent milites habere lineas quas camisias vocant: sic aptatas membris ⁊ strictas: vt expediti sint dirigendo iaculo: tenendo clipeo: ensi librando: ⁊ quocūqꝫ traxerit necessitas. qualē ⁊ ioab legitur habuisse qn̄ amasā interfecit: strictā. s. ad mensurā habitꝰ sui. ergo ⁊ sacerdotes parati in ministeriū dei vtuntur hac tunica: vt habentes pulcritudinē vestitoꝝ discurrant celeritate nudoꝝ. hęc tunica sicut hyacinthina ad pedes vsqꝫ ptingit: ⁊ ipsa grece poderis. i. talaris dicitur. Cuiꝰ significatio in promptu est: cum enī cōstet lino vel bisso cōtinentiā ⁊ castitatem corporis signari: strictā habent lineam vel tunicam de bisso sacerdotes: cū ꝓpositum continentię nō eneruiter ⁊ fluxa mente custodiunt: sed tanta instantia: vt bellum nō gerat caro cōtra spiritum: nec spiritus contra carnem. Lineam habent strictam cū cōspicit ⁊ deficit anima eoꝝ in atria domini: ⁊ cor eoꝝ ⁊ caro socia germanitate exultant in deū viuum. Hęc linea non solum stricta: sed ⁊ poderis. i. ad pedes vsqꝫ descendens: cū continentia nō cuilibet membro violenter imposita: sed in toto corꝑe est delectabiliter cōsummata. Hęc enī linea debet stringere manus ⁊ brachia sacerdotis: ne quid inutile faciat. Pectus ne quid inane cogitet. Ventrē ne gulosus sit. Subiecta ventri membra: ne lasciuiendo totā sacerdotalis habitus pulcritudinem corrumpant. Genua ne ab orationis instantia torpeant. Tibias ⁊ pedes ne ad malū currant. Induatur ergo sacerdos primo linea stricta: vt corpus ab iniquis opibꝫ: ⁊ mentem compescat a prauis cogitationibꝫ. Accipiat deinde tunicam hyacinthinā: vt ꝑter descriptionē continentię salutaris ęque corpꝰ ⁊ animū spiritualiū virtutū habitu venustet. Sed qꝛ sunt quinqꝫ corꝑis sensus: quoꝝ quattuor ꝓprie capitis: quintus toti corpori cōmunis. Tunica hęc quā diximꝰ vtraqꝫ ꝓprie cōtinentię actū ⁊ iusticiam designat. Consequenter vero ⁊ alioꝝ quattuor sensuū ꝗ꞉ sit curanda innocentia vel sanctificatio: pontificis habitu demonstratur: cū dicitur: Et thiaram bissinam facies ⁊c.

Bed. Qualiter hęc facta sit iosephus dicit sic: Super aūt gestat pilleū in modum paruuli calamenti aut cassidis: qđ extenditur supra summitatē capitis: ⁊ in modico verticis medietatē excedit: ⁊ tale est vt videatur ex lini

textura confectum habens vittas que cõuolute sepius connectunt᷑ ne faci/
le dilabat᷑. Dicit etiã huic pilleo supadditum aliud velamẽ. qđ totaꝫ capi
tis supficiem celaret: aptatũ profecto ne laborante sacerdote circa sacrificia
corruat. qđ tñ cui9 esset coloris nõ ostẽdit. Hec quidẽ de minoribꝫ sacerdoti
bus. De pontificis vero thiara sic ait: Pilleuꝫ aũt similiter opatũ habebit
pontifex sicut reliqui sacerdotes: aliudq; consutũ ex hyacintho variato. Cir
cumdat᷑ aũt ei ⁊ aurea corona tribꝫ vicibꝫ facta. supra quã surgit in medio
fronte quasi caulicul9
quidaꝫ aureus similis
herbe: q̃ apđ nos acha
no nuncupat᷑. q̄ꝫ greci
vossamum dicunt. Et
paulo p9 descripta ei9
mirabili varietate sub
didit habet aũt floreꝫ
similẽ plantagini. ⁊ p
circũitum tota corona
his floribꝫ ẽ celata. ab
occipitio vsq; ad vtrũ
q; timp9. In fronte ħ
nõ habet. ħ lamina est
aurea q̃ sacris litteris
dei nomẽ habet inscri/
ptum. Hec quideꝫ de
secũdo velamine ⁊ co/
ronis pontificũ aureis scriptura tacere videtur. Coronarũ vero breuiter in
sequentibꝫ sic meminit: fecerũt ⁊ tunicas ope textili aaron ⁊ filijs eius: ⁊ mi/
tras cũ coronulis suis ex bisso: sed de qua materia sint non dixit. Qũ em̃ di
cat: mitras cũ coronulis suis ex bisso: poterat intelligi vtraq; ex bisso facta
esse. nisi iosephus coronas aureas diceret esse. qui stante adhuc templo ⁊ le
gali obseruantia potuit cũ esset de genere sacerdotali omnẽ modũ sacerdo/
talis indumenti nõ tm̃ legendo. ħ ⁊ videndo cognoscere. sed siue bissine si/
ue auree sint coronule. cõstat eas cũ mitris factas esse. Nũc dicamus breui/
ter de figura. Mitras cũ coronulis habent sacerdotes ex bisso. qui sic visuꝫ
auditũ gustũ olfactũ in castimonia custodiũt: vt coronã vite inde accipere
sperent. Qui em̃ sic continẽtie vel bonis opibꝫ studet. vt pmia retributõis
negligat. mitraꝫ bissinã habet sine corona: q2 speciẽ virtutis quasi coronaꝫ
hominibꝫ pfert: ħ mercedẽ a dñ̃o nõ habet. Siue ergo coronule fuerint au
ree claritatem ppetue lucis significant. Vel bissine phennem corpis immor
talitatem. Recte vero sacerdos cũ stolis bissinis coronas supadditas porta
uit. vt in continentia eterna pmia meditet᷑: et in pdicatione continentie vel
opationis bone gaudia supne beatitudinis pmittat: ne sine spe retributõis
pondus laboris imponat: iugũ christi suaue ⁊ onus leue auditoribꝫ asperum
reddat ⁊ durum.

Et thiaram bissinã ⁊c. Beđ. Thiara q̃ cydaris ⁊ mitra vocat᷑. ca/
put tegebat ⁊ ornabat pontificis: vt admoneret oĩs capitis sensus deo con
secratos habere. ne vel oculi vanitatem viderent. vel aures opprobrium pri/
mi acciperent. vel os abundaret malicia. dolum concinnaret lingua. ne cor
grauaret crapula ⁊ ebrietas. vel olfactus aspersum mirra ⁊ aloe ⁊ cinnamo/
mo lectum meretricis amplecteret᷑: sed oculi viderent equitatem. aures incli
narentur ad verba prudentie. dulcia essent faucibꝫ eius eloquia dñ̃i: donec
supesset halitus. ne loqueret᷑ iniquitatem. pollutũ nõ tangeret: sed mundat9
ab oĩ inquinamẽto carnis. ⁊ spiritus sanctificationẽ in timore dei pficeret.

Et baltheũ. Beđ. De factura balthei scriptũ est. Cingulũ fecerũt de
bisso retorta. hyacintho. purpura. ac vermiculo bis tincto. opere plumarij.
hoc cingulũ sicut hieronim9 ex iosepho scribit in similitudine pellis colubri.
que exuitur in senectute: sic in rotundo textum est: vt marsupiũ longũ putes
textum aũt subtegmine cocci purpure hyacinthi. ⁊ stamine bissino ob deco
rem ⁊ pulcritudinem. atq; ita pollimita arte distinctum: vt diuersos flores
⁊ gemmas artificis manu nõ textas sed additas arbitreris. Habebatq; la/
titudinem quattuor digitorũ: quo cingulo pprie pontifex vtebatur. ⁊ eo tu/
nica hyacinthina simul ⁊ superhumerale stringebatur. Nam in sequentibꝫ
aperte de coniunctione superhumeralis ⁊ rationalis dictum est. hec ⁊ ante ⁊
retro ita cõueniebant sibi: vt superhumerale ⁊ rationale mutuo necterẽtur.
stricta ad baltheum. ⁊ anulis fortius copulata quos iungebat vitta hyacin
thina. ne laxe fluerent ⁊ a se inuicem mouerentur. Nulli aũt dubium quin
baltheus ⁊ cingulum cui suphumerale astringebatur tunicam hyacinthinã
que ⁊ superhumeralis vocatur cingeret. Cuncta enim que huc vsq; dicta
sunt. ad pontificis habitum pertinent. Sequuntur autem filiorum eius bal
thei ⁊ cetera indumenta cum dicitur. Porro filijs aaron tunicas lineas pa
rabis ⁊c. Dicendum est autem de baltheo pontificis qui de quattuor illis
coloribus nobilissimis deo dignis factus est: quia bene talem haberet pon/
tifex quem singulari virtutum decore semper oportet accingi. Bene vario
flore fulgentium colorum incedebat accinctus: quia sicut necesse est vt alius
industria continentie precingatur: ne caro repugnans spiritui internã men/
tis quietem turbet. Ita pontifex domita iam omni concupiscentia corporis
⁊ animi. ipsa debet virtutum gloria circũdari: vt iuxta exemplum illius flo/
ris qui egressus est de radice iesse. id est. christi sit iusticia cingulum lumborũ
eius: ⁊ fides cinctorium renum eius.

† ſ oẽs sensus capitis deo consecrati sint ‡ ſ de cui9 factura in sequentibꝫ dicitur plenius. cingulũ vero fecerũt de bisso retorta ⁊c. ſ quo tunica hyacinthina que suphumeralis dicta est cingebatur.

thiaram bissinã facies. ⁊ baltheũ ope plumarij. Porro filijs aaron tunicas parabis lineas: ⁊ baltheos ac thiaras in gloriaꝫ ac decorem. Vestiesq; his omnibus aaron fratrẽ tuũ ⁊ filios ei9 cũ eo: ⁊ cunctorũ cõsecrabis man9. sanctificabisq; illos: vt sacerdotio fungant᷑ michi. Facies ⁊ feminalia linea vt opiant carnem turpitudinis sue a renibus

ſ minoribus sacerdotib9. ‡ ſ vt consecrata sint oĩa opa sacerdotũ. ſ oleo vnctionis vt p gratiã spũs 9secratio pficiatur. nõ tamẽ priora sine ei9 gratia. sed qui plus cõscendit ⁊ plus prefertur maiori gratia eget. ‡ ſ vt san cti sint qui domino seruiũt vel ministrant. ſ aliter sacerdotes esse nõ possunt. ſ bracas nõ ptingentes ad talos.

Tunicas parabis ⁊c. Tunicas habent sacerdotes lineas. cũ totuꝫ
corpus candori castita
tis dedicant. Balthe/
is tunicas cingunt: cũ
eandẽ castimoniã vi/
gilanti mẽtis custodia
circũspiciunt: ne cõsciẽ
tia illius desidiores er/
ga bona opera fiãt: ne
per iactantiã castimo/
nie ipsis etiã meritum
minuant. Qui em̃ tu/
nica talari induitur: si
sine cingulo incedit. tu
nica defluit: et relicto
corpore ventis ⁊ frigo
ribus aditum tribuit
⁊ prepeditis gressibus
retardat vsum incedẽ
di. vel calcantes se cadere facit: sic ⁊ castimonia carnis sepe castimoniã men
tis adimit: dum segnius bonis operibus insistunt: quãdo minus prospiciũt
quia castimonia absq; alijs bonis non valet: quibus adiunctis gloriam ⁊
decorem acquirit. Virginibus stultis non profuit castitas carnis. quibꝫ de
fuit lumen interne puritatis. Accingantur ergo tunicis lineis. vt castitatem
habeant. Accingantur baltheis. ne castitas remissa sit: ne vento elationis
aditum pandat: ne charitateꝫ frigere faciat: ne iactantia presumptionis bo
na opera impediat: ne prepedito virtutum cursu ipsa concupiscentie sordi/
bus polluta vilescat. et tandem ad ruinam superbiendo impellat. Accincti
vero accipiant thiaras in capitibus. vt preter vigilantem corporee castita/
tis custodiam visus. auditus. gustus. ⁊ olfactus digne deo custodiãtur.

Vestiesq; his ⁊c. Beda. Omnibus his vestiendus erat aaron ⁊ fi/
lij eius. sed distincte. vt ipse quidem omnibus his vteretur. filij autem vl/
timis tribus que eis proprie ascripta sunt. cum dicitur: Porro filijs aaron
tunicas parabis lineas ⁊c.

Facies ⁊ feminalia ⁊c. Beda. Feminalia que ad operiendam cor/
poris vel carnis turpitudinem fiunt. illam castimonie portionem. que a co/
pula coniugali cohibet pprie designant. sine qua nemo vel sacerdotium su/
scipere: vel ad altaris ministerium consecrari potest. i. si non aut virgo per/
manserit: aut vxorie coniunctionis federa soluerit. qđ nulli necessario im/
peratum. sed voluntarie deo offerendũ. vnde non omnes capiunt verbum
istud: ⁊ qui potest capere capiat. Et paulopost his qui vxorem vel alios co/
gnatos ⁊ impedimenta mundi propter ipsum reliquerint centuplum in hoc
seculo promittit: ⁊ in futuro vitam eternaꝫ. Vnde non iubetur moyses hoc
vestimento induere aaron ⁊ filios eius. sicut de prioribus dicitur. Vesties i
his omnibus aaron fratrem tuum ⁊c. Sed facies feminalia linea. vt operi
ant carnem turpitudinis sue ⁊c. Tu feminalia pontifici ⁊ filijs eius facies.
tu castitatis regulam docebis. tu abstinendum ab vxorio amplexu his qui
sacerdotio fruituri sunt intimabis. nulli tamẽ violentum huius continẽtie
iugum impones: sed quicunq; sacerdotes fieri ⁊ altari seruire volunt. spon/
te sua desistant serui esse vxorum. Qđ vbi perfecerint. vt suscepto semel cõ/
tinentie pposito ministros se sanctuarij ⁊ altaris fore cõsenserint: aderit lex
diuina que velut ceterum habitum sacerdotibꝫ congruum imponens quo/
modo viuere aut docere debeant abundanter instituat. congaudensq; spon
tanee deuotioni dignum sacerdotio decus sapientie. patientie. mansuetu/
dinis. zeli spiritualis. humilitatis. misericordie. timoris dñ̃i. ceterũq; huius
modi ornatum supaddat. Alioquin iniquitatis rei moriantur. si. s. luxurio/
se viuentes sacerdotalem gradum vsurpant. Qui sensus sequentibꝫ verbis
affirmatur cum dicitur. Tuncq; patrem laueris cuꝫ filijs aqua ⁊c. vsq; erũt
q; sacerdotes michi religione perpetua. Nã neq; hic de feminalibꝫ a moyse
accipiendis quicq; pcipitur. vnde constat q; hoc genere vestimẽti ipse aa/
ron ⁊ filij eius se prius induerant. ⁊ sic ad manum moysi lauandi induẽdi
vngendi ⁊ consecrandi intrabant. Vbi notandum q; consecraturus moy
ses eos primo lauit aqua: ⁊ sic habitum sacerdotis imposuit. quia necesse ẽ
vt qui ad officium altaris pmouend9 est: maioribꝫ solito fluentis lacrimarũ
vel compunctionis se abluat: vt quo mundior ad gradum accipiendum ac
cesserit: eo perfectius acceptum consũmet.

Hec ad aaron ⁊ filios eius pertinent. Sicq; fit vt aaron omnibus octo

vestibꝰ induatur feminalibꝰ lineis·tunica linea hyacinthina·suphumerali·rationali·balteo·thiara·petalo aureo. Filij eius quattuor tantū feminalibus linea stricta·cingulo·⁊ thiara.

Sed et hoc facies ⁊c. Bed. Hactenꝰ aaron ⁊ filioꝝ eius habitus qualis esse debeat designat. Sequit modꝰ cōsecrationis ·quo ipsos vel tabernaculū cū omi suppellectili dedicari oporteat·oblatis·s·dño vitulo ⁊ duobus arietibꝰ·panibꝰ quoqꝫ triticeis nō solū azimis sed oleo cōspersis·addito oleo vnctionis: ꝗ cuncta bonoꝝ opeꝝ devotionē·⁊ fidei mundiciā·vel diuine illustrationis gratiā quibꝰ cōsecrari oportet sacerdotes figurate dmōstrāt

Tolle vitulum Strab. Quisqꝫ pontifex vel sacerdos thauruz debet offerre·i·passionē xp̄i firmiter credere ⁊ imitari. Et duos arietes·vt credat eū dem christum ex corpore et anima constare. Et panes azimos ·id est mundiciam vite·⁊ oleo cōspersos: vt inter omnes virtutes nō negligat opera misericordie·vel nō a se sed a dono gratie se credat habere.

Et crustulam. Beda. Crustulā oleo conspersam ad consecrationem nostraz domino offerimus: cū omnia que facimus per internam spiritus gratiam in cordis devotione pinguescunt. Lagana oleo lita ·cum foris spiritualia esse que agimus indubitāter in exemplum viuendi ostēdimus ·quibus oblationibus consecratio nostra perficitur: dum ꝑ bona opera·⁊ cogitationes puras meritū nobis sāctimonie deo donante acquirimus.

Cunqꝫ laueris patrem cum filiis ⁊c. Beda. Prius lauari iubentur ·deinde ornari vestibus ·quia quicunqꝫ sacerdotij officium assumit ·vnda lacrimarum se abluere debet: vt ad ministerium diuinum dignus approximet.

† Spōtanei nō coacti. ·i· pōtifices presbiteri
vsqꝫ ad femora·⁊† vtent eis·i· aarō
Si nō semp·saltem quādo ingre·ta·
⁊ filij eius quādo ingrediuntur tabernaculum testimonij·vel qn̄ appropinquāt ad altare·vt ministrēt
luxurie. morte
in sanctuario: ne iniqtatis rei mo
anime vel corpis qꝛ res significat eternitas
riantur. Legittimuz sempiteruum erit aaron ⁊ semini eius post eū.

C. XXIX.

Ed et hoc facies vt michi i sacerdo

† immolationē christi ⁊ aspersionem sanguinis eiꝰ hec animalia immolata demonstrant·per quā a peccatis abluendi ·⁊ in bonis opibꝰ sumꝰ viuificandi.
tio consecrentur. †Tolle vitulū de
† patriarcharū. ·i· qꝛ christus immolatꝰ est pro vtroqꝫ populo.
†armento·⁊·i· duos arietes immaculatos·panesqꝫ azimos ⁊ crustulam absqꝫ fermento ꝗ cōspersa sint oleo.
genus panis absqꝫ fermēto in similitudine crustule duratꝰ oleo cōspersus·oleū aūt pinguedinez gratie·vel vnctionē spūs·vel mīe significat.
vnde aplš·Itaqꝫ epulemur nō in fermento veteri·neqꝫ in fermēto malicie ⁊ nequitie ·sed in azimis sinceritatis ⁊ veritatis.
vt sacerdotū opera nō solū a fermēto malicie ⁊ nequitie castigata·sed etiā pinguedine charitatis diuinis cōspectibus sint digna.
Lagana quoqꝫ azima oleo lita·de simila triticea cuncta facies:
† vt passionē christi firmiter credat.
⁊ posita in canistro offeres. †Vitulam aūt ⁊† duos arietes: ⁊·i· aaron
† qꝛ ī christo veꝝ corpꝰ ⁊ vera aīa ·i· pōtifices
presbiteros imitatores pontificis vel aditū
ac filios eius applicabis ad ostiuz tabernaculi testimonij. Cūqꝫ †laueris patrem cum filijs suis aqua·
† qꝛ absoluendi sunt aqua lacrimarū qui confecrandi sunt.
indues aaron vestimentis suis·i·

Bed. Posset in hoc lauacro baptismus sacri fontis intelligi: si consequeretur vt quis in sacerdotium electus tunc primum aqua baptismatis in remissionem peccatorum ablueretur: ⁊ nō contradiceret apostolus dicens: Nō neophitum ne in supbiam elatus·in iudicium incidat dyaboli.

Indues aaron ⁊c. Beda. Notandum ꝙ cum in exodo aaron octo vestibus induendus asseueretur: in leuitico nonum addi videtur. Baltheꝰ scilicet quo linea tunica ante indutam hyacinthinam pcincta erat ·sic enī scriptum est. Cunqꝫ lauisset eos vestiuit pontificem subucula linea accingēs eum baltheo·⁊ induens tunica hyacinthina desup humerale imposuit: qd̄ stringens cingulo aptauit rationali.

Bed. Notandum ꝙ quattuor colores eximij·quibus factus est habitꝰ sacerdotis totidem mundi elementis congrua comparatione aptantur. Bissus vel linum terre·quia ex ea nascitur·purpura aquis que de marinis tingitur cocleis. Hyacinthus ⁊ coccus aeri ⁊ igni ob similitudinez coloris. Coccus bis tinctus·quia ignis est gemine virtutis: lucet enim ⁊ vrit. Aiunt hebrei ꝙ pontifex figuram omnium elementoꝛuz in habitu gestauit: quia pro toto mundo immolans rogare debet. quibus nos forte addere possumus ꝙ in omni homine figura omnium elementorum continetur. Ignis in calore·aeris in halitu ·aquarum in humore·terre ī membrorum solidita te. Unde homo grece microcosmus ·id ē·minor mundus vocatur. Aurum vero in eodez habitu rationalē virtutem hominis interioris significat. Unde ī eo proprie sanctum domini scriptum est·quia tantum ꝑ hanc ad cognitionem conditoris ascendit. Unde in interiori homine habitare christum per fidem in cordibus nr̄is. Ideoqꝫ scriptura nobis pōtificem veteris t· sic vestitū ostendit: vt sciat pontifex nostri tpis se ꝓ toto humano genere·maxime aūt ꝓ his q̇ cognouerūt veritatem ⁊ signū fidei ī frontibꝰ portant intercedere debere. Unde· Obsecro primū omniū fieri obsecratōes· oratōes·postulationes·gratiaruz actiones ꝓ oībꝰ hoībꝰ ꝓ regibꝰ ⁊ q̇ in sublimitate sunt. Nā si in pontifice quē cōsecrat moyses xp̄m intelligimꝰ: iure in habitu totiꝰ mundi figuraz simul ⁊ hominis habet. portat eī oīa verbo virtutis sue. Et est agnꝰ qui tollit peccata mūdi ·⁊ sacerdos in eternū omi sanctitatis ornatu pclarꝰ nō quē natus in carne ꝑ exercitiū laboris accepit: ſ quē in vtero virginis incarnatꝰ·ꝑueniente grā spūssancti simul habuit·de cuiꝰ sacerdotio dicit apostolus: Hic aūt eo ꝙ maneat in eternuz sempiternū habet sacerdotium ⁊c. Indumēta quoqꝫ ⁊ ornamenta virtutū eius cōmendās ait. Talis decebat vt nobis esset pōtifex·sanctꝰ·innocēs·impollutꝰ ⁊c. Hic vero habuit laminaz in capite suo auream·⁊ in ea sanctum domini sculptū: qꝛ venit in nomine patris dicens: Ego in patre·⁊ pater in me est·⁊ qui videt me: videt ⁊ patrem.

hec supra exposita sunt † cōtinentia corpali
·i· hyacinthina·s·spe celesti. ·i· pondere opis
†linea ⁊·i· tunica ⁊† suphumerali et
† sapientia mētis ·i· domita omī ꝯcupiscētia
†rationali·qd·i· cōstringes baltheo
vt quattuor sensus discrete custodiantur·⁊ ad deū dirigantur.
et pones thiaram in capite eius·
in qua nomē domini ineffabile qd omnia decorat ⁊ protegit.
⁊ laminam sanctam super thiaram
Spūs sancti·vnde·vnxit te deꝰ deꝰ tuꝰ oleo leticie pre·con·tuis.
⁊ oleum vnctionis fundes super
† caput viri christus·caput christi deus mentem vt interior homo consecretur. tunc.
†caput eius·atqꝫ hoc ritu cōsecrabitur.
† presbiteros vel christi vicarios ·i· vt remoti a populo adhereant deo.
†Filios quoqꝫ illiꝰ·i· applicabis ⁊ indues †tunicis lineis.·i· Cingesqꝫ baltheo aaron scilicet et liberos eius: et †impones ·i· eis mitras
† continētia castitatis ·i· vt sit iusticia cingulum lumboꝝ eiꝰ·⁊ fides cinctoriū renum eius.
† hec omnia facit moyses·i·lex secundū cuiꝰ institutionē oīa fiunt. ·i· custodiā oīm sensuum.
Sic cōsecrati. qꝛ perpetuam religionē·i·christianam significat
eruntqꝫ sacerdotes michi religione ꝑpetua.
oīa bona vt operētur ⁊ nulla mala quibus cōtrectent sancta. cōsecraueris.
Postqꝫ initiaueris manꝰ eorum: applicabis ⁊ vitulum corā tabernaculo testimonij.
qꝛ sicut predixerat lex christus immolatus est.
qꝛ peccata nostra portauit·
Imponentqꝫ aaron ⁊ filij eius super caput illius manus: ⁊ mactabis eum ī conspectu domini iuxta ostium tabernaculi testimonij.
quia oblatus est deo in odorem suauitatis
Sumptūqꝫ sanguinem vituli pones †sup quattuor
† Super quattuor iustos nitentes virtutibus.
quattuor principales virtutes.
† qꝛ virtus dei est· ·i·spiritu sancto qui oēs replet carismatibus suis.
cornua altaris †digito tuo: reliquū aūt sanguinē fundes iuxta †basim
† inferiores in ecclesia·

Postqꝫ initiaueris manus ⁊c. Au· Alia littera. Quid est Et cōsummabis manꝰ aaron ⁊ filioꝝ eiꝰ: anꝑ manꝰ potestatē significauerūt·vt etiā aliqd ipsi sancificare possent·potestas aūt ipsa significatione ꝯsummabatur·qua pcepti sunt·s·sanctificari a moyse.

Applicabis et vitulum ⁊c. Aug· Alia littera. Et adduces vitulū ad ostium tabernaculi: ⁊ supponet aaron ⁊ filij eius manus suas ⁊c. Ecce vnde dictum est cōsummandas esse manus eoꝝ·i·pficiendā potestatez·vt

etiã ipsi sanctificarent quomodo fit cũ ponũt manus suas sup vitulum immolandũ.

Oblatio est dño suauis odor. Au. Odor suauitatis dño sepe dicit sacrificiũ de victimis pecoꝝ. nõ ꝙ de⁹ delectet fumi odore. sed ꝙ his significat spiritualiter deũ delectat. cũ spiritualiter exhibetur: sicut odor dei spiritualiter intelligit. Nõ eñ sicut nos odorem corporeis naribus ducit.

carnalia desideria. hec in leuitico exposita
eius. Sumes ⁊ adipem totũ qui
plene inuenies q̃ pretermittim⁹ ad aliã festinãtes
operit intestina: ⁊ reticulũ iecoris.
ac duos renes. ⁊ adipez qui super
eos est: ⁊ offeres incensum sup altare. Carnes vero vituli ⁊ coriũ ⁊
extra ciuitatẽ passus est
fimum combures foris extra ca-
christus. christum ducez
stra: eo ꝙ pro peccato sit. Vnũ quo
⁊ pastorem ouium.
q; arietem sumes. sup caput cuius
qz christũ morti sacerdotes tradiderũt.
ponent aaron ⁊ filij eius manus.
Quez cũ mactaueris: tolles d' sanguine eius. ⁊ fundes circa altare.
Ipsum aũt arietem secabis in frusta: lotaq; intestina eius ac pedes
pones super occisas carnes ⁊ sup
caput illius: ⁊ offeres totum arietẽ in incensum super altare. Oblatio est domino suauissimus odor
victime dñi. Tolles quoq; arietez
alterum: super cuius caput aaron
⁊ filij eius ponent manus. Quem
† qz immolatione christi purgatus est ⁊ innouatus auditus iudaici populi.
cum imolaueris sumes de† sangui
ne illius. ⁊ pones super extremum
dextre auricule aaron ⁊ filiorũ ei⁹.
in quo significantur opera purgata.
⁊ super pollices manus eorum ac
vt incessus sint dextri ⁊ puri. animaliũ.
pedis dextri: fundesq; sanguinem
super altare per circũitum. Cumq;
tuleris de sanguine qui est sup altare. et de oleo vnctionis. asperges
aaron ⁊ vestes eius. filios ⁊ vestimenta eorum. cõsecratisq; ipsis et
vestibus tolles adipem de ariete.
vt cõsummatur ⁊ perficiatur sacrificiũ.
⁊ caudam ⁊ aruinam. que opit vitalia. ac reticulum iecoris. ⁊ duos
renes. atq; adipem qui super eos
est. armumq; dexterum eo ꝙ sit aries consecrationis: tortamq; panis vnius. crustulam conspersam
oleo: laganũ de canistro azimorũ
q̃d positum est in conspectu domini poneſq; omnia super man⁹ aaron ⁊ filiorum eius: ⁊ sanctificabis
eos eleuans coram domino. Suscipiesq; vniuersa de manibus eorum: ⁊ incendes super altare in holocaustum. odorem suauissimũ in
cõspectu domini: qz ei⁹ oblatio est
vt omnis ei⁹ sensus ⁊ cogitatio ꝯscrẽt dño.
Sumes quoq; pectusculũ de arie
hoc enĩ ptinet ad summũ sacerdotem.
te quo initiat⁹ est aaron. Sanctificabisq; illud eleuatum coram domino: ⁊ cedet in partem suã. San
vel tionis
ctificabis ⁊ pectusculum cõsecratũ
⁊ armum quem de ariete separasti
quo initiatus est aaron ⁊ filij eius.
cedentq; in partem aaron ⁊ filioꝝ
eius iure ꝑpetuo a filijs israel: qz
primitiua sunt ⁊ initia de victimis
eorum pacificis que offeruntur do
vt religionẽ ⁊ sanctitatẽ ei⁹ successores imitenẽ
mino. Vestem autem sanctaz qua
vtetur aaron habebunt filij eius
post eum: vt vngantur in ea. ⁊ con
opa. cõtinuis. s. quibus
secrentur manus eoꝝ. Septem di
sacerdotium dedicatur. summus. s. qui nõ
ebus vtetur illa. qui pontifex ꝓ eo
poterat esse nisi vnus.
fuerit cõstitutus de filijs eius. Et
qui ingredietur tabernaculũ testimonij vt ministret in sanctuario.
Arietem autem consecrationis tolles. ⁊ coques carnes eius in loco
sancto: quibus vescetur aaron et
filij eius. Panes quoq; qui sunt
in canistro in vestibulo tabernaculi testimonij comedent: vt placabile sit sacrificiũ. ⁊ sanctificentur of
gentilis vel hereticus.
ferentium manus. Alienigena nõ
vel cui⁹ vita ab ecclesia alienatur.
vescetur ex eis: quia sãcti sunt. Quod
si remanserit de carnib⁹ consecratis siue de panibus vsq; mane:
si quid residuum fuerit igni comburetur.
spũssancti.
cõbures reliq̃as igni. nõ comedẽt
quia sanctificata sunt. Omnia que

Et qui ingre. ⁊c. Aug. Quomodo proprium dicit hui⁹ vni⁹ esse intrare in tabernaculũ testimonij. deseruire in sanctis. cũ ⁊ illa q̃ sunt extra velũ quo velãtur scã sanctorum sãcta appellentur. ⁊ tabernaculũ testimonij etiam illud vocat. vbi sancta sunt. i. mensa ⁊ candelabrũ. vbi cũ deseruiãt sequẽtes sacerdotes ad mensaz ⁊ candelabrũ ⁊ ipsũ altare quomodo dicit vnum successorem aaron qui intret in tabernaculũ testimonij deseruire in sanctis: Si eñ dixisset deseruire in sanctis sanctoꝝ. nulla questio eẽt Ad h eñ vbi est arca testimonij solus intrabat summus sacerdos nisi forte eo ipso ꝙ vnũ dicit intrare tabernaculũ testimonij. deseruire in sanctis. non vult intelligi in sãctis sanctorũ: qz ⁊ ipsa sancta dicunt. nõ eñ oĩa q̃ sancta sunt ⁊ sancta sanctorũ dici possunt sed q̃ sancta sanctorũ vtiq; sancta sunt. Hic aũt vn⁹ q̃ semel in anno introibat in sancta sanctorum xp̃m significat. Qd' autẽ ꝑfiguratum est ĩ sancta sanctorum. vt super arcam q̃ legez habebat esse propiciatoriũ. vbi dei misericordia significata ĩtelligitur. qua ꝓpicius fit peccatis eoꝝ qui legem nõ implent. Hoc eñ videt etiã in ipsa veste sacerdotis significari. q̃ ⁊ ipa sacramẽta ecclesie significat. q̃ in logio. i. rationali in pectore sacerdotis posito iudicia ꝯstituit. In lamina vero sanctificationem ⁊ abolitionem peccatoꝝ. tanq̃ rationale sit in pectore simile arce: in qua lex erat. ⁊ lamina ĩ fronte: similis ꝓpiciatoria. q̃d super arcã erat: ⁊ ut utrobiq; seruaretur q̃d scriptum est. Superexaltat misericordia iudicium

Facies quoq₃ altare ꝛc. Bed. Expletis mandatis cōsecrationis aaron ꝛ filioꝝ eius. redit scriptura ꝑcipere etiā de factura altaris incensi. in quo aaron quotidianū adoleret thimiama. Si vero in altari holocausti de quo supra dictū est. generaliter vita significat iustoꝝ. qui carnem suā quotidie crucifigūt cū vicijs ꝛ cōcupiscētijs. ac in hostiā viuentē offerūt. quid hoc altare in adolendū thimiama factū. nisi specialē vitā iustoꝝ designat? Neq₃ eñ frustra in illo carnes animaliū incendebant. in hoc incēsum adolebat. sed in illo figurabant illi qui nō secundū carnis ambulāt desideria sed quasi hec dño immolantes oīs corporis sensus p ignē spūs dedicāt voluntati ei⁹. In isto aūt figurātur illi qui maiore mentis pfectione extinctis illecebris carnis. solida domino orationū vota offerūt: nichil de carne qd repugnet. nichil de conscientia peccati qd turbet mentes dulciū ꝑ effusione lacrimarū optantes venire ꝛ apparere ante faciē dñi. Unde hoc altare int⁹ in vicinia veli ꝛ arce: illud ante tabernaculū foris positum est. qꝛ illi in cōspectu ecclesie cūctis in exemplo virtutum ꝑfulgēt. Illi altioris ardore desiderij cōtemplationi future beatitudinis etiā in corpore appinquant.

Altare. Bed. Apte etiam altare thimiamatis quātum metalli fulgore ꝑcellebat. tanto q̄titate minus erat q̄to eñ sanctiores tanto pauciores.

De lignis sethi. Bed. Apte de lignis sethim albe spine similib⁹ ꝛ incorruptibilib⁹ vtrūq₃ altare fieri ꝑcipitur: qꝛ vna est vere fidei firmitas. qua omniū corda electoꝝ premuniri ad suscipiēdū ignē dilectionis ꝛ offerendū deo virtutū libamina debent ꝑparari. Omnib⁹ eñ generaliter dicit apostol⁹: Mūdemus nos ab inquinamēto carnis ꝛ spūs pficientes sanctificationē in timore dei. quasi auferam⁹ a nobis spineta vicioꝝ. ꝛ titillantiū aculeos punctionū. quos terra corporis nostri ex peccato prime ꝑuaricatōis nobis germinauit: ꝛ quasi securi castigatōis incidentes. interiorē ꝛ exteriorē hoīem nr̄m excolam⁹. vt digni simus accepto igne spūs sancti hostiā virtutū ī cōspectu dei offerre. Apte vn⁹ nec dispar ignis in hꝰ victimas in illo thura incendebat: qꝛ vn⁹ est spūs qui omniū mentes fidelium varia donationū gratia viuificat.

Habens cu. longitu. ꝛc. Bed. Uni⁹ cubiti est longitudo altaris ꝛ latitudo: qꝛ pfecti solo intuitu ppetue recreationis mala temperalia tolerant: ꝛ proximis q̄ possunt p charitatē bona impendunt. Itē qꝛ charitas patiens est ꝛ benigna. patiens vt illatā iniuriā a proximo toleret. Benigna. vt iniurioso etiā officiū pietatis impendat.

Quadrangulū. Bed. Recte altare thimiamatis in longitudine ꝛ latitudine quadrangulū fit: qꝛ pfectoꝝ aīa federatis ad inuicē virtutib⁹ q̄tum diligere frēm tm̄ ꝛ ferre sufficit. ꝛ q̄tū ferre tm̄ diligere. duos aūt habet cubitos in altitudine: qꝛ duplex ꝑmiū in futuro se accepturos electi sperāt. vnū aīaꝝ. aliud corpoꝝ. vñ ī terra sua possidebūt duplicia: leticia sempitna erit eis.

Cornua ex illo ꝛc. Bed. Cornua eminentiā fidei ꝛ virtutis significant. sicut ecclesia bella vicioꝝ. Vñ ꝛ oīa cornua pec. cō. ꝛ ex. cor. iusti. Vñ in lege cornuta tm̄ aīalia munda esse ꝛ comestibilia decernunt. Que eñ ruminant. ꝛ vngulā findūt. cōstat esse cornuta: qꝛ illi tm̄ ecclesie dei spūali cōiunctione possunt incorporari: q̄ fortitudine dei fidei ꝛ virtutis cōtra bella viciorū pbant inuicti. Procedūt aūt cornua ex ipso altari thimiamatis cū opa uirtutū electi n̄ ad faciē hoīm specietenus ostendūt: ꝫ ex interna mentis radice fixo ꝛ imobili exercent affectu. At cōtra ypocrite cornib⁹ aliūde mutuatis. speciē pietatis habentes virtutes ei⁹ negant.

Cū aūt ⁊c. Esi. All'. Sacrificiū christus p nobis immolatus. Coctū in clibano. Uirginis. s. vtero. Cliban⁹ eñ panē suscipit ⁊ ignē. sic vter⁹ virginis panē vitę. i. dei verbū. ⁊ ignez spiritussancti de cęlo suscepit. Un̄ spiritussanct⁹ supueniet in te ⁊c. Si ergo offers mun⁹ incarnationis christi q̄ facta est in ventre virginis: nō est acceptū deo nisi de simila. i. de scientia vel noticia dei fiat. De hac re siquidem locutionē ab apostolis ⁊ a p̄phetis suscipimus. Uerba apostoloꝝ sunt panes: lagana p̄phetarū. Quāto eniz panes laganis ad nutriendū aptiores: tm̄ p̄cellunt verba apostoloꝝ verbis p̄phetarum. Utriqꝫ aūt azimi sine fermento sciētię secularis. Utraqꝫ tñ in oleo fiunt: concorditer eñ ab illis de xp̄i miseratione scriptū est: q2 apostoli ⁊ p̄phetę scripserūt: sed apostoli pleni⁹ scripserūt: qui completū ostēderūt qd illi nunciabant futurum.

Lagana. Panis latus ⁊ tennis. qui prophetiā ⁊ legē significat. q̄ꝫtū eñ distat inter soliditatē panis: ⁊ tenuitatē lagani. tm̄ inter euangelium. ⁊ verba legis ⁊ prophetaꝝ. hec tñ oleo lita. q2 lex ⁊ p̄phetia charitatez christi p̄dixerūt. qua in salute humani generis venit.

Si oblatio ⁊c. Esi. All'. Oblatio de sartagine: dispensatio passiōis de cruce. Sartago igne consumit': cibos suppositos aut statim aut non longo interuallo esui reddit aptos. crux quoqꝫ sup oīa fortis. omnē creaturaz crucifixo subiecit: ⁊ carnē quę ante passionē esui non videbatur apta. post aptā fecit. Si eñ nō fuisset crucifix⁹. sacrificiū corpis ei⁹ nō comederemus: qd modo in memoria passionis ei⁹ facim⁹. Un̄ ad ezechielez dicit': Sume tibi sartaginē ferreā. ⁊ pones eā murū ferreū inter te ⁊ ciuitatē hierusalē. s. q̄ maxime in cruce dñi offendit. ⁊ ideo ab ei⁹ sciētia recessit. Simile consperse oleo. Quia mortu⁹ est. ⁊ misert⁹ nostri. Absqꝫ fermēto. Sine macula. Diuides eā minutatim. Ut sermonē passionū ei⁹ q̄ per ptes p̄cesserunt. diuidamus alapas. s. collaphos sputa ⁊ vulnera diligēter distinguam⁹. Et fundes sup eā oleū. vt queadmodū misericorditer p nob mortu⁹. nos quoqꝫ p fratrib⁹ vsqꝫ ad mortē misereamur.

† ſ misericordie ⁊ charitatis † ſ q2 semp oportet orare. vnde sine intermissione orate

simile ⁊ † olei ⁊ totuz † th⁹: ⁊ ponet

† ſ christi bon⁹ odor sum⁹ in his qui salui fiūt ⁊c ſ dei noticiā. secundū illud. odorem noticie sue manifestat per nos in omni loco.

memoriale sup † altare in odorē suauissimū dño.

† ſ Secretū mysterii qd vulgus capere nō potest ſ Scientie in christo abscondite.

† Qd aūt reliquum

† ſ Eius. s. qui alta potest intelligere. ⁊ legem dei quasi arcana cōtinere. alta recondēs mysteria. do nec oportune auditorib⁹ pferat † ſ imitatorum

fuerit de sacrificio. erit † aarō ⁊ † filiorum eius: sanctumsanctoꝝ de oblationib⁹ dñi.

ſ omnē scientiā superans.

† ſ credendo. predicando. venerando.

Cum aūt † obtuleris

† ſ christū. † ſ virginis vtero † ſ de clibano offerimus. cū de christi incarnatione disputamus:

† sacrificium coctum in † clibano de

† ſ dei noticia † ſ euangelicā doctrinā que solida ⁊ perfecta ſ apostolorum verba † ſ vel sine † ſ Seculari scientia

† simila. † panes. s. † absqꝫ † fermēto

† ſ abundanter. † ſ christi misericordia † ſ p̄phetarum preconia.

† cōspersos † oleo: ⁊ † lagana azima

† ſ q2 qua charitate christus incarnat⁹ est. vel sit ⁊ passus annūciat † ſ nō ɔspersa † ſ dispēsatio

† oleo † lita: † si oblatio tua fuerit de

† ſ cruce. † ſ noticie dei † ſ q2 gratia dei pro nobis miserando gustauit mortem.

† sartagine † simile cōsperse † oleo et

† ſ exterioris doctrine † ſ Singulas partes passionis distinguēdo proditionē. s. sputa. collaphos coronam spineam ⁊c.

absqꝫ † fermento: † diuides eam minutatim: ⁊ fundes sup eā † oleum.

De sartagine. Sicut eñ sartago media inter ignē ⁊ cibū: sic qdāmodo crux inter impassibilē diuinitatē ⁊ humanitatē q̄ igne passiōis ē assata. Et sicut in sartagine mollia durescūt. dura mollescūt: sic in passione crucis lapidea corda mollita. mollia ⁊ fluxa solidata. De sartagine ergo sacrificium offerre. est de mysterio crucis cū veneratione disputare.

Si aūt ⁊c. Esi. Sicut in sartagine crucē. Sic in craticula mortem ⁊ sepulturā accipimus. Sartago eñ sup ignē ardentē ⁊ accēsum. Craticula aūt super carbones ardētes ⁊ olim accensos ponit' sic mors christi nō fuit initiū passionis: ꝫ subsistentia. Hoc munus ex simila. i. ex dei cognitione pficitur. Oportz eñ christū deū ⁊ īmortalem p̄dicari: qui ꝫm carnē mortuus est. In oleo fit mun⁹: q2 oportet disputantem ⁊ de morte ⁊ de resurrectione misericordiā quoqꝫ addere: ex mīa quippe mortem sustinuit. ⁊ resurrectionē dispēsauit

Mora. Si autē ⁊c. Similā offert'. q in aliquib⁹ cōmunis uitę vsib⁹ bene conuersari studet. Hec oleo ɔspergenda est: q2 oīs aīa oleo eget misericordię nec vitā p̄sentem euadere potest: nisi misericordia cęlestis affuerit Cliban⁹ aūt pondus tentationis exprimit. Sartago constantiam ⁊ robur animi. craticula multiplicem impugnationem.

Omnis oblatio quę offert'. Origi. Dicat aliquis. Meli⁹ fere agebatur cū antiquis. quib⁹ diuersis sacrificijs venia p̄stabatur: apd nos vna tm̄ venia peccatoꝝ p baptismi lauacrū. nulla post peccati misericordia. Decet eñ districtioris disciplinę esse christianū: pro quo xp̄s mortu⁹ est. boues hyrci. ⁊ oues iugulabant' ⁊ aues. ⁊ simila oleo conspergebat': p te dei filius iugulat⁹ est. ⁊ iteꝝ te peccare delectat. Nō tamē despe res: audisti q̄ꝫta in lege sacrificia pro peccatis: audi quantę sunt remissiones in euāgelijs. prima est in baptismo. Secūda in martirio. Tercia p elemosinā. Un̄ date q̄ habetis. ⁊ ecce oīa munda sunt vobis. Quarta q2 fratrib⁹ remittimus: Un̄ si remiseritis fratrib⁹ ex corde: ⁊ vobis remittet pater vester ⁊c. Quinta q2 cōuertimus peccatorē ab errore vię suę: ꝫm illud. Qui cōuerti fecerit peccatorem ab errore vię suę ⁊c. Sexta p abundantiā charitatis. Un̄ dicit': Dimittuntur ei peccata multa. qm̄ dilexit multū. Et alibi: Charitas opit multitudinē peccatoꝝ. Septima p penitentiā durā ⁊ laboriosam cū peccator lauat lacrimis lectū suū: ⁊ fiūt ei panes die ac nocte: nec erubescit sacerdoti domini peccatū suū cōfiteri: ⁊ medicinā querere: secundum illud qui ait: Dixi confitebor aduersum me ⁊c. Hinc iacob⁹. Si quis infirmatur vocet p̄sbiteros ecclesię. Tu ergo cū venis ad gratiā baptismi vitulum obtulisti: q2 in morte christi baptizaris. Cū ad martiriū duceris: hyrcū obtulisti: q2 auctorem peccati dyabolum iugulasti. Cū elemosinā feceris. ⁊ erga indigētes misericordię affectū impenderis: sacrū altare hedis pinguib⁹ honorasti Si fratri tuo ex corde dimiseris. ⁊ iracūdię tumorē deposueris. mitem ⁊ simplicez animū habueris: arietem vel agnū sacrificasti. Si diuinis lectionib⁹ instructus. meditando vt columba. ⁊ in lege dñi vigilando cōuerteris peccatorē ab errore vię suę. ⁊ ad simplicitatē columbę reuocaueris: ⁊ sanctis adiungēdo societatē turturis feceris imitari: par turturū aut duos pullos colūbarū

† ſ christus passus est pro nobis: vt sequamur vestigia eius.

ſ de craticula sacrificiū offerim⁹ cū mortis christi pie reminiscimur ſ morte ⁊ sepultura. In clibano enī natiuitas. in sartagine passio. in craticula designatur mors.

Si aūt de craticula fuerit sacrificium. eque † simila cōspergetur † oleo

† ſ noticia vel scientia a palea separata trita vel subtiliata † ſ ex misericordia enī mortuus est ⁊ resurrexit.

quā offerens dño: trades in manibus † sacerdotis. Qui cū † obtulerit

† ſ christi per quē offerimus † ſ altari qd est in celis. ſ abundantiam scientie vel cognitōis perfecte. cuius semper memores erimus. quando eius capaces fuerimus.

eam: tollet memoriale de sacrificio ⁊ adolebit sup altare in odorē suauitatis dño.

ſ custodiēs apud se ⁊ in futurum m.

† ſ. i. scire q̄ꝫtum nos ⁊ perscrutari precepit aarō ⁊ filiorum eius erit. eorum scilicet qui sublimia d' deo cogitare possunt vel sentire

† Quidquid aūt reliquum est: erit aaron ⁊ filioꝝ eius: sanctumsanctoꝝ de oblationibus dñi.

ſ Sancta enim est omnis bona conscientia. vel sanctasanctorum que de dei scientia sicut oportet disputat.

Omnis oblatio q̄ offert' domino absqꝫ † fermēto fiet: nec quicq̄ꝫ

† ſ corruptione heretica. ſ Exterioris doctrine. Attendite a fermento phariseorum.

obtulisti. Si aūt proximum tuum nō tantū sicut teipsum dilexeris: ꝫ sicut christus (qui ait) maiorem hac charitatem nemo habet· vt animam suā ponat quis pro amicis suis zc. panes azimos similaticios charitatis oleo subactos sine fermento malicie ⁊ nequitie. ꝫ in azimis sinceritatis ⁊ veritatis te obtulisse cognosce. Si in amaritudine fletus fueris· si carnem tuā maceraueris· ⁊ multa abstinentia arefeceris· vt dicas sicut in frixorio confrixa sunt ossa mea: in sacrificio similam a sartagine vel a craticula obtulisti. Hoc modo verius ⁊ pfectius secundū euangeliū sacrificia offers· que iam secundū legem nō potest offerre israel.

Fermēti ac mel. Nichil voluptuosum nihil suaue placet deo ꝫ qd habet aliqd mordacitatis ⁊ seueritatis. Vñ pascha cum amaritudinib⁹ manducat᷑.

Ac mellis. Gentilis eloquētie· que voce suauis ē: nō re. vñ fauus distillās labia meretricis. Qd autē dicitur in canticis: Mel ⁊ lac sub lingua tua· presentib⁹ nō contradicit. Sub lingua em̄ dicit᷑ nō in lingua: vt ostendat paganoꝝ sapiētia ⁊ iudeoꝝ littera lingue ecclesie· id est· doctrine subiecta esse. Hoꝝ nō vult integrā doctrinā offerri. Vñ ait: Non adolebit᷑ in sacrificiuꝫ ·i· holocaustum: primitias tm̄ eoꝝ offeretis. Primitias em̄ illi⁹ sapientie offerimus· non totam sicut paulus ad athenienses· inquit· sicut vester poeta dixit: Huius ⁊ genus sum⁹. Qd em̄ inuenit ꝯgruum scientie dei: non respuit· nō tn̄ vltra testimonia multiplicauit· qꝛ placuit deo per stulticiā predicationis saluos facere credentes. Vnde moyses ait: Super altare vero non imponentur· ⁊ cū liceret dici nō ponent᷑. dixit: Nō imponentur in odorem suauitatis· significans: qꝛ si tentauerim⁹ de exteriorib⁹ diuinitatis adipisci noticiam· tale sacrificiū ad altare non ascendit: sed deprimitur in terrenis· quia de terra est.

[philosophice eloquentie.]
fermenti ac mellis adolebitur in
[† Elemēta litteraꝝ ⁊ alia que philosophi repperunt· que diuinis eloquiis necessaria sunt discende ergo artes: vt per eas diuina scriptura quasi in]
sacrificio dñi. † Primitias tm̄ eoꝝ
[strumento proferatur.] [qꝛ terrena sunt.]
offeretis ac munera: super altare
vero nō imponent᷑ in odorē suauitatis. Quidquid obtuleris sacrifi
[vt quidquid ad christi honorē offerim⁹ sale rationis ⁊ discretionis condiamus.]
ciū sale condies: nec auferes sal federis dei tui de sacrificio tuo. In
omni oblatione offeres sal. Si au
[† Orig· de primis frugib⁹ vt simila· sit recens ⁊ noua.] [Initiis bonoꝝ operū et doctrine.]
tem obtuleris munus † primitiarū
[vel fructuū.]
frugū tuarū dño de spicis adhuc
[† rudibus.] [† adurendo consecrare debes.] [† Spūssancti.]
† virentibus: † torrebis eas † igni· ⁊
[Separando litterā a spiritu.]
confringes in more farris· ⁊ sic offeres primitias tuas dño: fundēs
[† misericordie.] [elemosinam.] [† christi bonus odor sumus deo.] [Orationē· dirigatur oratio mea sicut incen· in con· t·]
sup ea † oleum· ⁊ † thus imponens:
quia oblatio dñi est: de qua adole
[vt supra.]
bit sacerdos in memoriā muneris partem farris fracti ⁊ olei ac totuꝫ thus.

Sale condies zc. Apostolica sapientia. Vñ vos estis sal terre zc. Sicut omis cib⁹ sale condit᷑: ita aplica doctrina sermo pdicatōis. Ideo pcipit᷑ sal in omī sacrificio offerri: vt ꝫm apostolicā doctrinā ⁊ institutionem ⁊ imitationē opis viuamus. Vnde paulus ait: Imitatores mei estote: sic ⁊ ego christi. Et alibi: Supedificati super fundamentū aploꝝ ⁊ pphetarū. Vñ ⁊ legislator nō dixit simpliciter sal: sed sal federis dei tui. Sicut em̄ federis rationale: sic etiā sal rationale. Testamenti ergo euāgelici ⁊ salis apostolici nos cōmonere voluit. Oleū in sacrificiū offert᷑: si cuꝫ hylaritate offeramus· nō ex tristicia aut ex necessitate: hylarē enī datorē diligit deus.

Si aūt obtulerit munus pri· zc. Orig· Secundo in loco primitiaꝝ· i· de initiis frugū mandat᷑ oblatio· qd in die pentecostes lex dei iussit fieri. sed illis vmbra data est: nobis veritas reseruata est. In die autē pentecostes oblato sacrificio orationū· spūssancti primitias aploꝝ suscepit ecclesia. Et vere hec fuerūt recentia: qꝛ nouū erat. Vñ ⁊ musto pleni dicebant᷑. Igne tosta. Ignee nāqꝫ lingue supra singulos consederūt.

Esicius. Si aūt ob· zc. Nō modo pcipit eos dei noticiam siue scientiam offerre· qui in ea permanserunt. Sed ⁊ rudes. Vnde apostolus: Mox vt vocatus est predicauit. Primitiuus deo est qui nouiter credere cepit: q̄ dudum ei nullum scientie fructum obtulit. Tales quia nec dum subtiliter mysteria proferunt: vt farinam offerant aut similam necesse est vt virentia ac torrida atqꝫ confracta offerant. Quēadmodum eniꝫ fructus humidos nec dum mole aptos vt fiant farina vel simila· igne confrigentes paleas separamus: sic qui nondum solidam scientiam habent nec subtilem theologiam: igne spiritussancti indigent· vt littere paleas separent: quo sufficientem dei scientiam possideant. Oportet autem nos oleum superesfundere· et thus ponere: per elemosinam quippe ⁊ orationem scientia diuina nobis perficitur.

Qd si hostia zc. Orig· Transmissis ceteris de salutaribus sacrificiis dicit q̄ de animalibus ·i· bob⁹ ⁊ capris ⁊ ouibus offerunt᷑: ⁊ nichil vltra ad immolandū substituitur. Nec aues quidē q̄ in offerendis muneribus substitute sunt supius. Qui enī salutares offert hostias salutis sue iaꝫ cōscius est. Necesse ergo habꝫ vt magna ⁊ pfecta offerat. Vnde apostol⁹ pfectorum autem solidus cibus.

C. III.

Quod si hostia † pacificorum fuerit ei⁹ oblatio
[† Ori· Salutaris q̄ ex bobus tm̄ offertur ⁊ ouibus vel capris. Nam pro peccatis anima generaliter iubetur offerre· sed post hec p varias psonas itur: vt si pontifex delinquat· et offerat pro peccato: offeret vitulum. nō sicut pro munere]
[† ·i· fortia opa.] [vtrosqꝫ em̄ digne oportet conuersari si volunt saluari.]
⁊ de bobus voluerit offerre· † marē
[infirma.] [labe peccati.]
siue feminam immaculatā offeret
[in beneplacito domini.] [vt supra]
corā domino· Ponetqꝫ manū super caput victime sue: q̄ immolabit᷑ in introitu tabernaculi. Fundētqꝫ filii aaron sacerdotis sanguinem per altaris circumitum: ⁊ offerent de hostia pacificorum in oblatio
[† irā· hec enī opit cor] [iram quā offerim⁹ dū tempamus· vel cum pro deo irascimur· ⁊ iram in eius causam reflectimus.]
nem domino †. Adipem qui operit

Esicius. Qd si hostia zc. Sunt secuduꝫ leges diuerse hominū cōuersationes· sunt in modū scalarum ordinate virtutes· vt alius quasdā· alius assequatur oīs: vt quisqꝫ sub leuetur a terra. Qd significat sacrificioꝝ differentia. Vñ hic holocaustū· i· se totū offert· sicut paul⁹· qui christo configitur cruci. Alius sacrificiū pacificoꝝ· vł salutare: qui salutē desiderat nec potest ascēdere ad sblimia. Qui em̄ nō potest esse virgo si in sancto conuersat᷑ cōiugio· vitā pcipit a dño· qui ait: Nō omnes capiūt verbū istd ⁊ inter saluatos necessario ordinatur. Hoc ipsum de contemptu reꝝ· de iusticia· de cibo cū gratiarum actione percipiendo. Magn⁹ est em̄ qui magna· paru⁹ nō minimus qui salutē potest cōsequi· mediocria· s· Ergo secundū duas cōuersationuꝫ species· duas sacrificioꝝ spontaneoꝝ ponit diffinitiones. Ait eniꝫ in exodo Altare de terra facietis michi· ⁊ immolabitis sup illud holocaustomata· ⁊ pacifica vestra: oues ⁊ boues zc. Subinfert pacifica: tanqꝫ secundi ordinis ⁊ virtutis. Qui ergo sibi putat sufficere si saluetur· siquidē de bobus offert. Boues aūt sunt qui ea que legis sunt faciunt. masculū ⁊ feminā immaculatum offert munus. Cū aūt qui holocaustū offert· nō pcipit offerre feminaꝫ nō qꝛ femina priuet᷑ a cōuersatione: ꝫ qꝛ viroꝝ· i· fortiū est pfecta sape. Vñ Mulierē fortē quis inueniet? fortitudo enī vix in mulierib⁹ inuenit᷑. Pacificoꝝ sacrificium viroꝝ est ⁊ mulieꝝ· oportet enim eas digne conuersari vt perueniant ad salutem.

Marē siue feminā zc. Esi· Supius in holocaustū tantum mares offeruntur. Per holocaustū ergo summe virtutes designant᷑: virginē scilicet esse· mundo renūciare· ⁊ similia: que paucorū sacrificia. Hostie vero pacificorum virtutes minores· ⁊ cōmunia vota fideliū: quib⁹ pacat᷑ de⁹. Vñ femine offerunt᷑ cū marib⁹· i· infirma opa cū fortioribus.

Adipem. Esi· Oportet intelligibilem adipem offerri· i· desideriuꝫ· qd greci epithimiam dicūt· qui operit prius superiorē ventrē deinde inferiorē vt ⁊ cogitandi ⁊ faciēdi desideriū offeramus· pcedit enī cogitatio· succedit impletio. Hoc aūt in ventre· i· in corde facimus· in q̄ prius actiones pponimus tanqꝫ appetamus· deinde pficere festinamus tanqꝫ digeramus. Nichil ergo prauum pponamus: nichil expleamus. Bene aūt sup ventrē superiorem· i· appetitum describit adipeꝫ qui operit ventrē· que maxima pars desiderii circa appetitum est vel propositū. Inferiori ventri duos renes cōiunxit· qꝛ affinitas quedā est renū ⁊ cordis. Vñ: vre renes meos ⁊ cor meū

Alibi quoqꝫ coniungũtᷣ: qui probas renes ⁊ corda. Motũ siquidem irascẽdi: medici ponunt in corde: in renibus autẽ memoriã hui⁹ rei dicunt iacere in quib⁹ ⁊ seminis causa est. Unde etiã eis cũ femorib⁹ cõmunio est. Uult ergo nuptiarum desiderium deo offerri: vt fiat causa prolis: nõ fornicationis. vt sit honorabile coniugiũ ⁊ thorus immaculatus. Irã quoqꝫ deo offeramus: vt contra peccatũ irascamur. Unde irascimini ⁊ nolite peccare. Hinc moyses iratus valde: proiecit tabulas ⁊ cõfregit. Quia vero in epate cõcupiscentia est. pinnã .i. summitatẽ pcipit cum renibus auferri ⁊ offerri: vt primitiua cogitationũ nostrarũ deo offeramus. ⁊ p delibationem massam sanctificemus.

Uitalia. Lxx. Uẽtrem .i. cor. Cui⁹ secundo facit mentionem iuxta .lxx. qz duplicẽ habet operationem secũdum medicos. quia p vnam ptem alimenta trahit: quã vocãt ventrem superiorẽ. Per alteram purgationem discernit: quã vocant inferiorem. Renes sũt genitaliũ seminũ ministeria cũ ventre ⁊ femoribus cõmunicantes. Primũ ergo adipẽ q supra ventrẽ est ⁊ duos renes ⁊ adipem qui super eos est .i. super femora q renib⁹ sunt vicina: iubet offerri. in medio enim femoris ⁊ ventris sunt positi.

Reticulũ iecoris. Id est epatis. in quo delectatio vel concupiscentia. Unde iuxta .lxx. pinna epatis cũ renib⁹ auferetur. Iecur eñ in renib⁹ vim operatõnis ministrat.

Si vero de ouibus zc. Esi. Quẽ pcipiat offerre bouem: quẽ rursus ouẽ: ⁊ quẽ capram: superius diximus. Bos em̃ est qui legis mandata operatᷣ. Oues: simplices. Capre qz simplices ante peccatores. modo penitentes. Sz ibi ouib⁹ capras miscuit dicens. Qz si de pecorib⁹ oblatio est de ouib⁹ siue de capris zc. Lxx. vero Si ab ouib⁹ mun⁹ ei⁹ ab agnis ⁊ hedis. immaculatũ offeret. ouis em̃ ⁊ agnorũ ⁊ hedorũ gen⁹ esse vider. Unde amos: Ꝯ populis ego sum: Et sustulit me dñs de gregib⁹ ouiũ. cũ e populis ꝓprie dicatᷣ: q capris vescitᷣ. Quia g lex quedã agnos. quedã capras dicit. Agni ãt tm̃ simplices sunt: qui nichil peccauerunt: capre autẽ simplices: qui peccauerunt ⁊ cõuersi sunt: recte quodãmodo sacrificium in holocaustum vnũ est. Qui enim post peccatum pfecta vult sapere: debet cõuersari sicut qui non peccauerit ante. In sacrificio autem pacificorum cum in ouib⁹ ⁊ capris ⁊ bobus cetera eadẽ custodisset: hoc vnum plus in ouib⁹ posuit: qd nõ solum adipem reticulũqꝫ iecoris. vel secundũ .lxx. pinnam epatis ⁊ renes: sed ⁊ caudam. vel etiã secundum .lxx. lumbum immaculatum cũ renibus iussit offerri. Quia eñ vt simplex multa que facere debuit omisit: virtute sua debet vti: in bonum faciendum. nõ vt simplex in malum tm̃ vitandum: vt manifestum sit: qz que scire potest non omittit. Iure cauti reddunt simplices: qui ex simplicitate facile possunt ad volũtatem trahi: vt non solum renes ⁊ adipem qui sup ipos est: sed ⁊ lumbum offerant qui in renib⁹ est. Lumb⁹ em̃ virtutem significat. Unde roboam ait. Minim⁹ digitus meus grossior est lumbis patris mei. Et alibi: Lumbos vestros pcingetis. In lũbis quoqꝫ opatio generatõis.

Et caudam zc. Lxx. Lumbũ sine macula integrum. ne .s. aliud offeratur deo: aliud aduersario. Sufficit em̃ huic ad veniã q virtutis sunt nõ agere: sin ãt mala opatur: veniã nõ consequitur. Und: Estote simplices sicut columbe. Columbe em̃ nimiam simplicitatẽ habent: maliciã nullã. Qui de bobus sacrificiũ offert Lumbum deo offerre nõ eget. quez in bonis opib⁹ constringit ⁊ exercet. Qui de capris immolat: nõ habet lũbum immaculatũ quẽ offerat. qz eũ olim peccato maculauit. Qui ergo non fuit in peccatis. immaculatũ lũbuz offerre potest. non qui peccator fuit. Hac causa in sacrificio pacificorũ ab agnis capras distinxit.

Nec adipem zc. Propriã cõcupiscentiam .i. carnalẽ habere nõ debem⁹. quisqꝫ em̃ temptatᷣ a cõcupiscentia sua abstract⁹ ⁊ illectus. Sanguinẽ phibet comedi: ne quenqꝫ interficiam⁹. Sanguinem em̃ edere bestiarũ .i. crudeliuz est. Ideo aũt omnino additᷣ: vt ⁊ pximis parcamus et nobis. deo autẽ debet anima imolari. vnde iussit sanguinez fundi circa basim altaris.

C. IIII.

Anima cũ pec. Orig. Recte animam dicit quam peccare describit: nõ em̃ spiritũ vocaret. quẽ peccatum diceret: sed nec hominez in quo peccato interueniente imago dei non cõstaret. Nõ est ergo spirit⁹ qui peccat. Fructus em̃ spirit⁹ vt ait apostolus est charitas gaudiũ pax patiẽtia ⁊ similia. Alibi ideo ait: Qui seminat in carne de carne ⁊ metet corruptõez: ⁊ q seminat in spiritu. de spiritu metet vitã eternã. quoniam ergo alius est qui seminat. ⁊ aliud in quo seminatᷣ. Seminatᷣ em̃ in carne cũ peccatᷣ: vt inde metatᷣ corruptio. Uel in spiritu cũ secundũ deũ viuitᷣ: vt vita eterna metatᷣ. Cõstat animã esse. q vel in carne: vel in spiritu seminat: ⁊ q in peccata ruere possit. ⁊ ab eis auerti. Corpus em̃ est sequela ei⁹. ad quecũqꝫ delegerit: ⁊ spũs dux ad virtutẽ. si eũ sequi velit.

Esi. Anima cũ peccauerit zc. Nichil necessariũ legislator omisit. differentias conuersationũ assignauit. ⁊ in oblatione sacrificiorũ vias cõuersandi: tandẽ christi sacrificiũ exponit. p qd nobis peccatorũ remissio ⁊ redẽptio data est. Et notandum ꝙ peccatuz anime esse dixit contra eos q accusant corpus quasi causam peccati. Sed si anima est immunis: nichil nocet ei luxuria carnis. Immo si anima bene regit: statim cessat ⁊ recedit. Si aũt pec-

---

† Cor ⁊ iecur cordiqꝫ adherẽtia. † lxx. omnẽ adipem qui in ventre est.

vitalia. ⁊ quidquid pinguedinis

† in quib⁹ vis libidĩs. in quib⁹ vis generãdi

est intrinsecus: duos renes cũ adipe quo teguntur ilia. et reticulum

in quo sedes caloris ⁊ initiũ desiderii. in quo appetitus gule notatur. quẽ offerim⁹ cũ dei amore refrenamus.

iecoris cũ renunculis: adolebũtqꝫ

Supernum. exemplis patrũ

ea sup altare in holocaustũ lignis

† Spũssancti. Secundũ mandata spirit⁹ cõuersando. qz fundamentũ totius boni. cui placet pficere fructũ: nõ solũ centesimũ vel sexagesimũ: sed etiã tricesimũ.

igne supposito. in oblationẽ suauissimi odoris dño. Si vero de

in oue innocẽtia. sicut ⁊ in agno figuratur.

ouibus fuerit ei⁹ oblatio. ⁊ pacifi-

fortia.

corum hostia. siue masculum siue

infirma opa. a labe peccati.

feminã obtulerit: immaculata erũt omia. Si agnum obtulerit coram

vt supra.

dño. ponet manum suã sup caput victime sue: que immolabitᷣ in vestibulo tabernaculi testimonij. Fũdentqꝫ filij aaron sanguinẽ eius p altaris circũitum. Et offerẽt de pacificorum hostia sacrificium dño.

desiderii vel cõcupiscẽtie † cauda finis ẽ corporis. hec immolatur cũ op⁹ bonũ ad finẽ pducitᷣ.

adipem ⁊ caudã totaz cũ renibus ⁊ pinguedinem que operit ventrẽ

hec iam exposita sunt.

atqꝫ vniuersa vitalia. ⁊ vtrũqꝫ renunculũ cũ adipe qui est iuxta ilia

lxx. pinnam.

reticulũqꝫ iecoris cũ renunculis: ⁊ adolebit ea sacerdos sup altare

† Spiritualis. ignis absumens sacrificia: absorbens mortem victoria:

in pabulũ ignis ⁊ oblationis dñi

Simplex qui ante peccauit ⁊ penituit. Que habitum penitentie significat.

Si capra fuerit eius oblatio. ⁊ ob

† qui penitentiã offert: in principio bonis opibus operam det.

tulerit eã dño: ponet manũ suam sup caput eius: immolabitqꝫ eam in introitu tabernaculi testimonij.

vt supra.

Et fundent filij aaron sanguinẽ ei⁹ p altaris circũitum: tollentqꝫ ex ea

Spũssancti. irã vt supra.

in pastũ ignis dominici adipem q

qz impedit ira animũ: ne possit cernere verum.

operit ventrẽ. ⁊ qui tegit vniuersa

Cor ⁊ iecur ⁊ que his adherent.

vitalia. duos renũculos cũ reticulo qd est sup eos iuxta ilia. ⁊ aruinam iecoris cũ renunculis: adolebitqꝫ ea sup altare sacerdos in alimoniam ignis ⁊ suauissimi odoris

† vt omne desideriuz nostrũ offeratur dño. non partim mundo. Nemo militãs deo implicat se negotiis secularibus. non ꝙ figura semp obseruetur sed qd per eã intelligitur.

Omnis adeps dñi erit iure ppetuo

† per singulas etates. ecclesiis vel quibuslibet locis. .i. omi cõuersatõe siue sociali siue solitaria. † Carnis appetitũ vel desideriũ. Õis ratio ⁊ intellect⁹ animi: q sanguis significat: deo cõsecranda sunt. anima eñi in sanguine est.

in generationibus ⁊ cunctis habitaculis vestris: nec adipẽ nec sanguinem omnino comedetis.

C. IIII.

Locutusqꝫ est dñs ad moysen dicẽs:

† qz hoc omnib⁹ precipitur. homo generalis vel prelati ecclesie ⁊ perfecti In sequentib⁹. aũt excipit dicens. Si sacerdos qui vnctus est. nõ eñi corpus tantũ causa peccati

Loqre filijs israel: Anima cũ pec

boni.

cauerit p ignorãtiã ⁊ de vniuersis mandatis domini que precepit vt

cat anima p̃ ignorantiã· nõ tñ a carne cogitur: sed neglig ẽtia ⁊ imitatione deterioꝝ· p̃ quã q̃ noxia sunt vtilia putat. Notandũ quoqꝫ ꝙ sacerdotem in multis admiscet quasi similẽ alijs pro peccatis offerentẽ· christ⁹ eñ fratribus similis esse debuit: vt fieret misericors ⁊ fidelis sacerdos. Sed legislator peccatũ sacerdotis peccatum populi dicit. Sacerdos eñ sensibilis negligens aut peccans aut nõ vindicans populũ peccare facit· intelligibilis aũt nullo modo peccatũ fecit. Secundũ tñ ꝙ possum⁹ q̃ dicunt intelligibili sacerdoti coaptem⁹. Si eñ patientia dei quis abusus fuerit: videtur illi deus licentiã dare peccandi. Unde ysaias. Quare errare fecisti nos domine de vijs tuis: indurasti cor nostrum ⁊c. Abacuc quoqꝫ similia querit. Quare nõ respicis sup̃ inique agentes· taces devorante impio iustiorem se ⁊c. videt ergo legislator significare sacerdotẽ· cui dictum est Tu es sacerdos in eternum secundũ ordinem melchisedech. Et qui a patre vnct⁹ est· secundũ illud: Propterea vnxit te deus de⁹ tuus Hic p̃ peccatis nostris seipsum sacrificiũ obtulit. Unde ⁊ paulus ait: Christ⁹ semel mortu⁹ est. ad multoꝝ exhaurienda peccata. Offert tñ se pro peccato suo· q: peccatũ nostrũ in se suscepit. Unde qui nesciebat peccatũ p̃ nobis peccatũ fecit.

Si sacerdos ⁊c. Orig. Obseruandum est ꝙ in peccato pontificis legislator non addit· ꝙ ignorãs aut nolens peccauerit: neqꝫ eñ ignorantia in eũ cadere põt: qui vt doceret ceteros prouectus est.

† christus qui est sacerdos in eternũ· de gente

non fierent quippiã fecerit. † Si sacerdos qui † vnctus est † peccauerit

re trãsit ad species † oleo leticie pre psortibus suis † christus peccare dicitur· dũ nos peccam⁹ qui membra eius sumus.

† longanimitate patiẽtie· dum eñ nõ statim punit· putatur hec vel non curare: vel nescire· ⁊ ita impii in peius animãtur· vnde patiẽtia dei ad penitentiã vel ad patientiã te adducit· tu aũt thesaurizas tibi iram ⁊c. patri.

† delinq̃re faciens populũ: offeret

† qd in se suscepit qui peccata nostra portauit in corpe suo sup̃ lignũ † carnẽ suã. lxx. Addunt de bobus· i· de patribus qui in iusticia legis fuere gloriosi qui in cruce inimicos nostros vẽcit. † qui peccatũ nõ fecit· nec inuentus est dolus in ore eius

† pro peccato suo † vitulũ † immaculatum domino. Et adducet illũ ad

† Crucẽ. q: cruci se tradidit· vnde oblatus est quia ipse voluit. doctrinã ⁊ traditionẽ apostolorum secundũ quã factũ est sacrificiũ· hic est enim introitus ad celũ qd est tabernaculum testimonij vnde ysaias: expandit celũ sicut tabernaculum ad habitandũ † Inspiciente patre cui dicitur· pater in manus tuas cõmendo spiritũ meũ.

† hostiũ tabernaculi testimonij † coram domino· † ponetqꝫ manũ sup̃ caput eius: immolabitqꝫ eũ dño.

† Se eñ ipsum obtulit· nemo coegit. vnde potestatem habeo ponẽdi animã meã ⁊c. Ipse op⁹ sue passionis fecit. ipse consummauit principiũ passionis pro peccatis nostris.

Hauriet quoqꝫ de sanguine vituli: † inferens illũ in † tabernaculum

† vnde paul⁹ p̃ proprium sanguinẽ introiuit semel in sancta. † celũ Qui portans cicatrices sue passionis a mortuis resurrexit ⁊ sic introiuit.

Orig. Si sacerdos ⁊c. Terror simul ⁊ misericordia in diuinis legibus ostentatur: Ita ne nichil tutũ: nec ipse pontifex quidem. Qui pontifex: qui vnctus est: qui sacris ignib⁹ diuina succendit altaria· qui munera ⁊ salutares hostias immolat· qui inter deũ ⁊ hoies reꝓpiciator interuenit: nec iste immunis a cõtagione peccati. Sz vide misericordiã dei. Unde paul⁹: Omis põtifex ab hoib⁹ assumpt⁹· p̃ hoib⁹ cõstituit ad offerẽdas hostias. Et post Lex homines cõstituit sacerdotes infirmitatẽ habentes: vt possint sicut p̃ sua ita ⁊ pro populi infirmitate offerre· nõ· s· qui omnino peccare non possent· alioquin homines nõ essent: sz qui imitentur eũ qui peccatũ nõ fecit. In quo p̃cipue mirandũ est· nõ ꝙ sacerdos nõ peccat: sz cognoscit peccatũ suũ. Nõ eñ qui se peccasse nõ putat· sz emendat· ⁊ ꝙ facili⁹ indulget peccantib⁹: qui cõscientia infirmitatis mordetur.

Orig. Mor. Si sacerdos ⁊c. Pontifex sensus pietatis ⁊ religionis· qui in nobis p̃ oratiões quas deo fundim⁹ q̃si sacerdotio fungitur: hic si delinquit: p̃lm bonoꝝ actuũ delinq̃re facit· q̃ intra nos est. Nec aliquid recte gerim⁹: si dux bonoꝝ opum deprauat sensus. Ideo ad emendatiõem hui⁹ singularis hostia vitulus saginatus requiritur. Similiter synagoga· i· virtutum nostraꝝ emundatio christi morte reparatur.

Uitulum immaculatũ ⁊c. Secundo inuenimus offerri a pontifice vitulum in holocaustum semel pro munere· ⁊ semel pro peccato· sed qui p̃ munere super altare holocausti consumitur: qui vero pro peccato extra castra ⁊ in loco mundo· solis adipib⁹ ⁊ renibus oblatis in altari. Hic est forte ihesus qui per sanguinem suum pacificauit ⁊ que in terris ⁊ que in celis. In celis pro munere. In terris aũt vbi ab adam vsqꝫ ad moysen regnauit peccatum· oblatus pro peccato. Hoc aũt est passum esse extra castra· s· angelorum dei. Unde iacob: castra dei hec sunt. Extra hec est loc⁹ omnis hic terrenus· in quo habitamus: in quo passus est christus.

Hauriet quoqꝫ ⁊c. Sanguinẽ vituli in tabernaculum· i· in celum intulit: cum post resurrectionem celos conscendens vultui patris astitit: q̃si offerens sanguinem passionis interpellans pro nobis.

Septies. Pro dimissione· s· peccatoꝝ· ⁊ subministratione spiritaliũ donorum. Sanguis aũt passionem significat· secundũ illud. Mund⁹ ego sum a sanguine iusti hui⁹. Et alibi: Sanguis ei⁹ sup̃ nos ⁊c. de hac aspersione petrus ait: Et aspersione sanguis xp̃i.

Uelũ. Humanitatem christi. Nam sicut velũ erat inter sancta sanctorum ⁊ exteri⁹ tabernaculũ. Ita caro christi est inter nos qui exterius tabernaculum sum⁹: ⁊ diuinitatẽ q̃ p̃ sancta sanctoꝝ significatur. Cõtra velum ergo testimonij sacerdos sanguinẽ vituli aspersit: q: xp̃s carnẽ suam sanguĩe passionis cruentauit.

Contra velũ ⁊c. Multis noib⁹ carnem dñi appellat· q: opatõ ei⁹ multa. Unde ip̃e dñs seipsum modo sacrificium· modo pastorem· rursus vitẽ· deinde panem vite· ⁊ granũ tritici· trãslatis vocabulis nominauit. Sic ⁊ moyses carnẽ ei⁹ velũ appellauit. Unde paulus: Initiauit nobis viam p̃ velamẽ· i· carnẽ suã. Velũ quoqꝫ sanctuarij ex hinc appellat: q: in eo sanctisanctoꝝ caro figurat.

Super cornua ⁊c. Hoc altare sedem dei· i· seraphin significat. Unde ysaias: Uolauit ad me vn⁹ de seraphin· ⁊ in manu ei⁹ calcul⁹· quẽ forcipe tulit de altari ⁊c. Thimiama secundũ· lxx· compositiones oĩm virtutũ. vbi eñ decet cõpositas esse virtutes nisi in sede dei: de celo nanqꝫ ad nos descendunt. Unde iacob⁹ ait: Que aũt desursum sapiẽtia. Quattuor aũt virtutes· sapiẽtia iusticia fortitudo temp̃antia (q: ceteraꝝ virtutũ genera cõuenient) nominantur cornua. Has inungit de⁹ ꝓprio sanguine· confortans· s· maiori ⁊ p̃fectiori virtute: vt possint cõtra aduersarias potestates fortitudinesqꝫ p̃ualere

Altaris ⁊c. Angelicaꝝ virtutũ. Si eñ hoies gratũ deo odorẽ bonorum opum reddũt: q̃to magis sancti angeli in puritate nature p̃manentes Si aũt peccatũ qd xp̃i sanguine piaret nõ admiserũt: p̃ sanguinẽ tamẽ ei⁹ nobis pacificati sunt· ⁊ numerus eoꝝ repatus.

In basem. Basis pars altaris inferior· infirmos homines significat. Sanguine eñ xp̃i nõ solus numer⁹ angeloꝝ restitut⁹: sz ⁊ homo redempt⁹. Ideo angeloꝝ quoqꝫ redemptio christus dicitur.

Altaris holocausti. Corp⁹ christi. Ipse eñ sacerdos· ipse sacrificium· ipse ⁊ altare. Sicut eñ multa op̃atur· ita cõuenienter multis nominib⁹ appellat. Unde paul⁹: Habem⁹ altare de quo nõ habẽt potestatẽ edere qui tabernaculo deseruiũt· hoc est corp⁹ xp̃i: de quo nõ licet edere iudeis· hoc ẽ in introitu tabernaculi· i· celi· q: p̃ ipsum ingressum habem⁹ in celum.

Et adipem. Mysti. Delectationes ⁊ desideria carnis· q̃ tñ oĩa ñ sũt in xp̃m recipienda· sicut gule ⁊ coitus desideriũ· q̃ aũt habuerat habuit ex nobis· vt sitim esuriem ⁊ hmõi. hec aũt patri obtulit: ad cui⁹ trãstulit gloriam· ⁊ nobis in exemplũ protulit· vt ad deũ desideria nostra referamus.

Duos renunculos ⁊c. Esi. Que fiunt ⁊ in sacrificio pacificoꝝ vel salutari. Et in duo sacrificiũ diuidit: vt sacrificiũ xp̃i liceat oib⁹ imitari· tã his· s· qui inferioris sunt cõuersationis. quib⁹ sacrificiũ pacificoꝝ conuenit q̃ his qui altiora sequũtur· quib⁹ sufficit si sequẽtia imitãtur. Pellem vero

† qui est virt⁹ dei· hic in sanguine tingitur· quia passio dominice carnis virtute diuinitatis agitur qd p̃bat solis recessus· petrarũ scissura ⁊ multa si

testimonij. Cũqꝫ intinxerit † digitũ in sanguine· † asperget eum septies

milia. † Septies aspersit cũ peccata nostra sui sanguinis effusione plene detersit· vel septiformi spiritu nos ditauit.

corã dño hec facta sunt· q: voluntatẽ patris in oib⁹ impleuit. † humanitatẽ vel carnẽ christi

corã dño contra † velũ sanctuarij: ponetqꝫ de eodem sanguine super

† quattuor principales virtutes † seraphin † lxx· compositionis virtutũ· s·

† cornua † altaris † thimiamatis gratissimi dño· qd est in tabernaculo

celo.

testimonij. Omnẽ aũt reliquũ sanguinem fundet in † basem † altaris

† euangeliũ † corporis christi.

holocausti in introitu tabernaculi Et adipem vituli offeret pro peccato: tam eũ qui vitalia operit q̃ oia q̃ intrinsecus sunt. Duos renunculos ⁊ reticulum qd est supra eos

lxx· pinnam epatis.

iuxta ilia· ⁊ adipem iecoris cũ renunculis· sicut offertur de vitulo

vt superi⁹ significat esse intelligendũ.

hostie pacificoꝝ: ⁊ adolebit ea sup̃

7 omnes carnes cū ca. 7 pe. ꝛc. Hoc precipit vt xp̄m nō diuidas. sicut quidam dicentes: qui de maria passus. qui de deo passus nō est. Nobis autē vnus est deus ihesus christus. p quē omnia. Caro em̄ in domino om̄is humanitas est. secundū qd dicitur: Verbū caro factū est. Unde ait: Carnes eius cum capite 7 pedib' vel extremis secundū alios. vt per hec verba eū q̄ pro nobis passus est. primum 7 nouissimū esse credamus. Ipse em̄ est ante omnia: 7 in ipso constant omnia. Cū intestinis 7 fimo. lxx. cū ventre 7 iecore. Venter aūt significat mentem. Cū ergo qui pro nobis passus est. mentem humanā habuisse minime dubitemus secundū quosdam hereticos q̇ xp̄m asychen dixerūt. i. sine mente. Fimus peccatū hūani generis qd crucifix' in se suscepit. Fimus cum sit immund' gerentem non polluit: neq; nature nostre est. quāuis in nobis sit. sic peccata nostra q̄ dn̄s portauit aliena ab illo fuerunt: nec eum polluerunt.

Intestinis 7 fimo ꝛc. Ori. Forte ad compatione celestium corporū. corpus humanum sterc' appellatur Sed 7 cophinus ille stercoris qui ad radices ficulnee mittit'. mysterium suscepte in corpore dispensationis testatur. nec interiora de esse dicuntur. Quāuis em̄ vilem serui formā gesserit: in eo tamen fuit plenitudo diuinitatis. Eadem quoq; de synagoge vitulo intelligenda sunt.

Cum per singula figura dominice passionis appareat: plenius legislator in sequētib' figurat eius mysteriū.

Qd si omis turba ꝛc. Esicius. Idē precipit i sacrificio turbe 7 sacerdotis vitulū scilicet immolari. 7 extra castra incēdi: 7 sanguinem in tabernaculo offerri. Unde apertissime ostendit eadē esse peccata sacerdotis 7 plebis. quare idē sacrificiū pro vtrisq; oblatum.

altare holocausti. Pellem vero 7 omnes carnes cū capite 7 pedib' 7 intestinis 7 cum fimo 7 reliquo corpe efferet extra castra in locū mundū vbi cineres effundi solēt incendetq; ea sup lignoꝝ struē: in loco effuso cineꝝ cremabuntur. Qd si omnis turba filioꝛum israel ignorauerit. 7 p impitiā fecerit qd contra mandatum domini est. et postea intellexerit peccatū suū: offeret pro peccato suo vitulū. adducetq; eū ad hostiū tabernaculi: Et ponēt seniores populi manus super caput eius coram domino. Immolatoq; vitulo in conspectu dn̄i. inferet sacerdos q̄ vnct'

(Glosses: q2 principiū. q2 finis. — Orig. Integre substantiā humanitatis christū assumpsisse demonstrat. lxx. cū vētre 7 stercore. mente. peccato humani generis. — q2 extra castra passus est domin'. i. extra ciuitatem. golgotha. — qui totū mundauit mundū. q2 ibi mundati sunt. q2 in eo extincta sunt peccata humani generis. 7 caloꝛ peccati refrixit. — i. prophetaꝝ dicta. quia 7 passio 7 cuncta humanitatis mysteria secundū pphetaꝝ oracula cōpleta sunt. vñ matthe' vt adimpleretur qd dictū est p pphetas. Scripturarū. quecunq; em̄ in tpe passionis gesta sunt: pphetias impleuerunt. vnde hoc aūt totū factū est vt adimplerentur scripture pphetaꝝ. et alibi: vt impleret' scriptura dixit sitio. — patet omnē synagogā posse delinquere p ignorantiā. vñ pater ignosce illis q2 nesciūt quid faciunt. Sinagoga. vel plebs q̄ clamauit crucifige crucifige. 7 sanguis ei' sup nos 7 sup f. n. — Nō scienter vt sacerdotes. vñ petrus Scio q2 p ignorantiā fecistis ꝛc. Sacerdotes aūt sciēter peccauerūt in scripturis ante oīa prenūciata vidētes 7 ideo grauius delinquētes. — cōuersa ad penitentiā p predicatōes aplorum. hoc de sacerdote nō dicitur: — cū cognoscēs peccatū suū cōuertitur ad sacrificiū christi. credendo in crucifixū. qui redemit genus humanū. Christum. — eadē quoq; de sinagoge vitulo intelligēda sūt. fidē suā s. doctorib' ecclesie offerat 7 ostendat. vt supra. — Sicut sacerdos in sacrificio suo. q2 principes iudeorū. 7 summi sacerdotum christū pilato tradiderunt crucifigendū. collegerūt pontifices 7 pharisei conciliū: vt ihesum morti traderent 7 occiderent. vñ cayphas. expedit vt vn' homo moriatur pro populo. — beneplacito — christ'. oleo leticie pre consor. suis.)

latum. Hoc quoq; qd immutatum est ostendit. quia sacrificium vnum est. In sacerdote enim non dixit: Si cognouerit peccatum suum. Non em̄ peccatum deus ignorauit. qd vt susciperet carnem suscepit. De turba aūt. i. de synagoga. vel de plebe adiunxit: 7 postea intellexerit peccatum suum. Prius igitur ignorauit: sed postea cognouit. Unde nisi venissem 7 locutus eis non fuissem: peccatum non haberent. tanq̄ ignorantes. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo: tanq̄ cognoscentes. Quando ergo suum cognouerunt peccatum: ad sacrificiū vnigeniti se verterunt. In sacrificio quoq; sacerdotis ipse super caput vituli manum ponit. hic autē seniores. In xp̄i enim sacrificio seniores populi 7 scribe 7 cayphas (qui ait: Expedit vt vnus moriatur homo pro populo ꝛc) agebant. 7 christus qui seipsum pro nobis tradidit ad dispensandam remissionem nostrā. Unde ait:

Sic facietis quomodo fecit 7 prius. Et rogante pro eo sacerdote: propici' erit dominus. Christus em̄ factus est pro nobis ppiciatio in sanguine suo. pro ipsis enim crucifixorib' orauit. Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt ꝛc.

Uitulum efferet ꝛc. Esicius. Sufficit nobis conclusio legis ad manifestanda presentia. nichil enim precipitur hic mutari pro peccato multitudinis. Manifestū est q2 idem peccatum plebis 7 sacerdotis intelligit. ideo in vtroq; idem sacrificium ordinauit.

Si peccauerit princeps ꝛc. Esici'. Sicut i spontaneis sacrificijs secundum differentias conuersationum differentias ordinauit sacrificioꝛū: ita pro peccatis quoq; sacrificia ipsis iubet esse equalia. quorum magnitudo non modo ex peccato: sed ex psona peccantium ponitur. Seruus enim sciens voluntatē domini sui 7 non faciens. vapulabit m'ltis: nesciēs paucis. quia cui plus committitur: plus ab eo exigitur. Hic ē princeps qui si peccauerit: hyrcum offeret. Si quis autem de populo. id ē ydiota vel popularis non qui distinctus est forte ad meditandam legem domini (Nā h quoq; princeps est) p minori peccato caprā offert. Capra ergo sacrificiū pro peccato significat. hyrc' masculini generis. capra femini. viz distinguit sacrificij. Septuaginta chimarrū vel chimarram in greco. quod latine interpretat' hedū ex capris masculum. s. 7 capram de hedis femellam. Chimarr' vero 7 chimarra fetus caprarum sunt chimarrini. qui circa temp' nascunt' hyemis. pariūt em̄ bis. s. hyeme 7 estate In hyeme significatur tristicia penitentie penitēs em̄ in tristicia 7 fletu filios facit: s; nō sunt a sacrificio alieni Chimarros ergo offe

est ex sanguine eius in tabernaculū testimonij: tincto digito aspergens septies contra velū. Ponet q; de eodē sanguine in cornibus altaris qd est corā dn̄o in tabernaculo testimonij. Reliquū autē sanguinem fundet iuxta basim altaris holocaustoꝛum: qd est in hostio tabernaculi testimonij. Omnēq; ei' adipē tollet. 7 adolebit sup altare: sic faciens 7 de hoc vitulo quomodo fecit 7 prius: 7 rogante pro eis sacerdote propiti' erit eis domin'. Ipsum autem vitulum efferet extra castra atq; comburet sicut et priorem vitulum: quia est pro peccato multitudinis. Si peccauerit princeps 7 fecerit vnum e pluribus per ignorantiam qd dn̄i lege prohibet'. 7 postea intellexerit peccatū suū. offeret hostiā domino. hyrcum de capris immaculatū ponetq; manum suam sup caput eius. Cunq; immolauerit eum in

(Glosses: de sanguine christi cornua altaris. i. brachia crucis respersa sunt. — qd expositū ē nō exponas. actū ne agas. — qd est gen' humanū qd sanguine christi aspersum est. 7 redemptum. quo christ' quotidie saluat 7 redemit. quattuoꝛ virtutibus. — vt supra. fidem crucis. — apte ostendit hec eodē modo esse facienda 7 intelligenda. — christo qui interpellat p nobis. pater. — q2 extra portā passus est christ'. exeundū est ergo extra castra 7 portandū improperium ei'. q2 christ' igne passionis assatus. — synagoge vel humani generis. Cui plus committitur ab eo plus exigitur. — Sapientia predit' qui ignorare nō debet. — p se vel p alium. aliter enī nō penitet. — p peccato. nō holocaustum. — tanq̄ maiorē hostiā p maiori peccato. lxx. chimarrum. q2 sacrificium pro peccato. immaculatam oportet esse penitentiā. i. sine peccato cui' penitet ne vel voto vel facto se ad aliud inclinet.)

runt penitentes vtpote fluctuantes. 7 varijs peccatoꝝ fluctib' repugnantes qui si pseuerauerint. nec desperantes velut i tempestate gubernacula reliquerint: liberabunt'. Vñ orate ne fiat fuga vr̄a hyeme vel sabbo. hyeme penitentia designat': sabbato ociū bonoꝝ. Sabbm em̄ ad ociū maloꝝ datū est

Orig. Moꝝ. Princeps iste pōt dici vis rationis. q̄ intra nos est: q̄ si peccet vt aliqd stultū agam'. sentētiā illā timeam': Vos estis sal terre. Si vo sal ifatuatū fuit. ad nichilū valz: nisi ut pijciat' foras 7 conculcet' ab hoib'.

Hyrcum. Nō caprā facilem. s. vel mediocrē: s; difficilē 7 asperā penitentiam. q̄to em̄ quis intellectu preualet: tanto si peccat pro maiori culpa maiorem penam sustinet.

Ponet manū suā ꝛc. Per semetipsum peccatū manifestans. 7 offerens confessionē suam. ipse aūt iuxta. lxx. nō occidit: Sed alij. quia illi est

necessariũ alioꝝ auxiliũ· vt penitẽtia suscipiat: nec sacerdos occidere ꝑcipit ait eñ: Lũq; immolauerit eũ ⁊c. nec addit qui immolare debeat· licet eñ in sacrificio penitẽtie alterius vti adiutorijs· vt iacobus orate pro inuicem vt saluemini.

Ubi solet ⁊c. Quia similiter placent deo digna peccatoꝝ penitentia ⁊ fortia iustorum opera.

Cornua ⁊c. Sup crucẽ offerunt primitie sanguinis qui pro peccato offertur: q2 opus crucis ⁊ effectus· peccatoꝝ nostroꝝ perfecta remissio est.

Et reliquũ fun. Omnẽ· s· penitentiam euangelice ꝑdicationi tribuẽs· cui⁹ intentio ẽ vt se corrigat ⁊ saluet qui penitet. Unde in principio euãgelij dominus inquit prouidẽter: penitentiam agite appropinquabit eñ regnum celoꝝ.

Qd si peccauerit ⁊c. Orig. Faciẽs vnũ ab omnib⁹ mandatis dñi: qd non fiet: Diu me in hoc sermone stupor attonitum tenuit. Non eñ cõsequenter dictũ video. Qz si peccauerit anima· ⁊ fecerit vnum ex mandatis dñi: qd nõ fiet. Si eñ mandatũ dñi est· quomodo fieri nõ debuit: cuz mandata vt fiant sint data. video tamẽ omnes interpretes similiter protulisse. Non est ergo error interpretationis ꝫ sensus profund⁹. Mandata eñ dñi quedam data sunt vt fiãt quedã vt nõ fiãt: ꝫ q̃ fieri debent necessitas poposcit humana· vt illis inserta essent q̃ fieri nõ debent. Agn⁹ immolari in pascha iubet nõ vt agni hostiã per singulos annos requireret deus: ꝫ vt designaret agnũ debere immolari: qui tollit peccata mundi. Hoc ergo voluit: illud noluit. Unde Quo michi multitudinem sacrificioꝝ vestroꝝ ⁊c. Mandauit tñ quomodo hec fieri deberẽt. Qui hec carnaliter obtulerit: anima est de populo terre: que peccat nolens· faciendo vnũ de mandatis dñi qd nõ fiet. Et cũ notũ fit ei peccatũ· mun⁹ adducit ante dominũ cũ cognouerit q de⁹ non q̃rit tale sacrificiũ· q2 sacrificiũ deo spiritus contribulatus· ⁊ mauult deus misericordiã q̃ sacrificiũ. Adducit munus suũ cuz agnoscit immolare sacrificiũ laudis.

De populo terre ⁊c. Orig. Ad distinctionẽ eius qui nõ est de terra. Neq; eñ potest hoc cõuenire illi qui dicebat: nostra conuersatio in celis est ⁊c. Anima eñ nõ est de pplo terre: q̃ nichil habet cũ terra· q̃ in celis conuersatur· vbi xp̃s est in dextera dei sedẽs· q̃ cupit dissolui ⁊ esse cũ xp̃o: ꝫ manere in carne propter nos necessarium ducit.

Si aũt de peco. ⁊c. Esi. Oblationi capre quã offerunt q̃ de populo sunt· ouẽ coniunxit. In populo eñ possunt esse simplices aliqui· quib⁹ conueniat sacrificiũ ouis· qd in holocausti sacrificijs ⁊ pacificoꝝ demonstratur. Nõ eñ solũ princeps· i· scientia sublimior· vel popularis: Sz si quis est in populo simplex· si forte peccauerit: penitere debet ad redemptionez peccati. Ideo aũt nõ arietem· ꝫ feminã offerri ꝑcepit: q2 popularib⁹ sacrificiũ feminarum deputauit. In his euidenter cõtestans: vt princeps q̃ scientia ꝑminet nõ solũ exhibeat simplicitatẽ columbe· ꝫ ⁊ serpentis astutiã. Qui vero in populo est q̃uis simplex· si forte peccet: nõ ignoscit ei nisi ꝑ oblationẽ penitẽtie peccatum diluerit. Cetera expositione non indigent. Cum eñ pro peccato sacrificiũ fit: de capra ⁊ oue similia ꝑcipit.

loco vbi solet mactari holocaustũ
ꝭ in conspectu domini peccatũ necesse est cõfiteri vnde: delictũ meũ cognitũ tibi feci.

coraz domino· q2 pro peccato est:
† ꝭopus passionis implẽs ꝑ quã penitẽtia ꝑfecit ꝭChristus.

†tinget sacerdos digitũ in sanguie
† ꝭchristi ꝑ nobis immolati. ⁑ ꝭCrucẽ· vñ cornua in manib⁹ ei⁹· vel angelicas virtutes humanis altiores.

†hostie ꝑ peccato· tangẽs⁑cornua
ꝭ dominici corporis.

altaris holocausti· ⁊ reliquum fun
† ꝭhomines expiandos ⁑ ꝭvt omẽ desideriũ penitentis sursum aspiciat· tũc eñ penitẽtia offerentis in sacrificio pacificoꝝ põt reputari ꝭ reliquũ vero remanebit sacerdotib⁹ ad edendum.

dens ad†basim eius:⁑adipem ve
† ꝭEsi· Quecũq; in vtroq; sacrificio cõmunia sũt cõmuniter intelligẽda sunt.

ro adolebit supra†sicut in victimis
† ꝭSacerdos· s· ꝭ nõ eñ sumus ydonei dimittere peccata nobismet ipsis· christus eñ nobis ꝑpiciationem acquirit.

pacificoꝝ fieri solet.†Rogabitq;
†⁑ ꝭfinalẽ cãm supponit eoꝝ· s· que supradicta sũt

pro eo ⁊ ꝑ peccato eius et† dimit
† ꝭvna. ⁑ ꝭque nõ occupat in meditatõe legis

tet ei. Qz si peccauerit†aĩa ꝑ⁑ignorantiam de populo terre: vt†faciat
† ꝭ nõ dicit q si preuaricauerit in vno omniũ re⁹ efficitur vel sit.

quicq; d his que domini lege prohibentur atq; delinquat· ⁊ cognouerit peccatũ suum· offeret capraz
ꝭ chimarram.
ꝭ mediocrẽ penitẽtiam. ꝭ vt a peccato abstineat dũ peccatũ mundat. ꝭ· i· opationẽ ad

immaculatam: ponetq; manũ sup
dat· statim prime cogitationi penitentie.

caput hostie que pro peccato est: ⁊
ꝭ vt suscipiatur quasi in holocaustũ

immolabit eam in loco holocausti

Tolletq; sacerdos de sanguine in digito suo· ⁊ tangens cornua altaris holocausti: reliquuz fundet ad basim eius. Omnẽ aũt adipẽ auferens sicut auferri solet de victimis pacificorum: adolebit sup altare in
† ꝭhis oblatis penitẽtia nostra ⁊ oblatio nõ sufficit nisi sacerdos magn⁹ oret pro nobis.

odorẽ suauitatis dño.†Rogabitq; ꝑ eo: ⁊ dimittet ei. Si aũt de pecoribus obtulerit victimã ꝑ peccato
† ꝭ qui simplex in populo est. ꝭ q2 per simplicitatem peccauit. ⁑ ꝭ vt penitẽtia sit munda.

†ouem scz⁑ immaculatam: ponet
ꝭ exposita ne exponat. grandis eñ tibi restat via

manũ super caput eius: ⁊ immolabit eam in loco vbi solent cedi holocaustorum hostie. Sumetq; sacerdos de sanguine eius digito suo ⁊ tangẽs cornua altaris holocausti: reliquuz fundet ad basim eius. Omnẽ quoq; auferẽs adipẽ sicut auferri solet adeps q̃ immolat pro pacificis: cremabit super altare incensum dñi. Rogabitq; pro eo et pro peccato eius: ⁊ dimittet ei.

C. V.

Si peccauerit
† ꝭquelibet non de populo terre vt supra. ꝭhic pro peccato sacrificiũ nõ precipit offerri. ⁑ ꝭfalsũ

†anima· ⁊ audierit vocẽ⁑iurantis
ꝭrei que iuratur·

testisq; fuerit q aut ipse vidit· aut
ꝭSacerdoti vel ei qui ꝑsit nõ obsit·

conscius est· nisi indicauerit: portabit iniquitatem suam. Anima q̃
† ꝭimitando· ⁑ ꝭ qd procedit de corde coinquinat hominem· † ꝭpeccatũ alterius·

†tetigerit⁑aliquid†immundũ· siue

peccato in loco sancto que sancta [vicarijs xp̄i·]
sanctorũ est· ⁊ data vobis vt por-
tetis iniquitatem multitudinis: et
rogetis pro ea in conspectu domi- [qꝛ sanguis xp̄i illatꝰ est in cōspectu patris pro]
ni: Presertim cũ de sanguine illiꝰ [sanguine nostro in celum·]
non sit illatũ intra sancta ·et come
dere debueratis eam in sãctuario

Inter hec hyrcũ. Esi. Quia om̄e peccatũ ꝑ penitentiã delet· ⁊ qui predictũ peccatũ alteriꝰ doctrine ⁊ blasphemie cõmiserũt: saluati non sunt· causam mortis eoꝝ legislator exponit· Inter hec hyrcũ ⁊c. Quia ·s· non comederũt filij israel ⁊ aaron qđ pro peccato erat in loco sancto ·i· penitentiã peccati cõmissi in ecclesia pagi nō fecerunt. Quibꝫ hoc ꝑceptũ est quos xp̄s in ecclesia vicarios suos constituit. Ipse em̄ oblationis sue sanguinem que pro nostro sanguine oblata est in sanctũ ·i· in celũ ·in ꝯspectu patris obtulit. Debet aũt comedi hoc sacrificiũ in loco sancto ·i· ecclesia in ꝓpiciationē peccatorũ. Unde addit: Queadmodũ p̄ceptũ est michi ·i· sicut ꝑcepi. Moyses em̄ gerit personã xp̄i. Exustũ repperit: qꝛ in spiritũsanctũ peccauerãt· ab intelligibili igne spũssancti oblatio pro penitentia ablata est. Uoluntarie em̄ peccantibꝫ nō relinquitur hostia pro peccato. Nam sicut vera penitētia veniam promeretur· ita simulata deũ irritat. Quia spũssanctus discipline effugiet fictum· hoc aũt sancti patres irremissibile peccatum ⁊ blasphemiam in spiritũsanctum dixerũt· in sceleribꝫ vsqꝫ ad finē vite perseuerare · de salute sua desperare· de potentia ⁊ misericordia redemptoris diffidere.

Adamantius. Inter hec hyrcũ ⁊c. Non peccare solius dei est· emendare sapientis: sed raro inuenies qui se corrigat· rara confessio peccati· rara penitentia· repugnat natura ⁊ verecundia: qꝛ obnoxia est culpe om̄is caro. Et quisqꝫ erubescit peccatũ confiteri: dũ magis p̄sentia cogitat q̃ȝ futura· Uult moyses peccati vacuam repire animã: vt exuuias erroris deponat· ⁊ culpe nuda sine sui pudore discedat· sed irrationabilis impetus p̄uenit: ⁊ flama celerrimi motus animã depascitur: ⁊ exurit eius innocentiã. Preponderant em̄ futuris p̄sentia· serijs iocunda· ⁊ leta tristibꝫ: ⁊ preppropera tardioribꝫ· velox em̄ iniquitas· que ad nocendũ occasionē suggerit. lenta virtꝰ ⁊ cunctatrix ante iudicat q̃ȝ incipit quid decorũ· quid honestum. Iniquitas om̄ia p̄cipitat. Pigra vero ⁊ verecunda penitentia· que p̄sentiũ pudore punitur: solis em̄ intendit futuris: quoꝝ spes sera· ⁊ tardus fructus. Interim p̄currit impudentia· ⁊ spe p̄sentiũ penitentia excludit: ⁊ affectus eiꝰ exuritur ⁊ aboletur. Querit em̄ lex· ⁊ non inuenit. Exusta est enim feruore ⁊ fumo iniquitatis. Inde irascit· ⁊ dicit: deuorãdã fuisse penitentiã in sanctis sanctorũ. Sacerdotes quasi segnes increpat. Respondet aaron prouidum debere esse sacerdotale iudiciũ· nec male sane cōscientie facile esse credendũ id muneris· ne fiat nouissimus error peior priore. Uase em̄ fetido vel oleum vel vinũ facile corrumpitur. Quomodo aũt poterat vbi ignis alienus erat peccatũ exuri in cōspectu dñi ·cui cũcta aperta: Quasi nō placet deo qui iusticiã corde inclusam tenet: ⁊ se penitentiã agere perhibet. Ignis alienꝰ libido· auaricia· ⁊ om̄is praua cupiditas· hic ignis exurit: non mundat. In quibꝫ enĩ est si offerant in cōspectu dñi: ignis eos celestis absumit· sicut nadab ⁊ abiu· cũ his que pro peccato fuerãt oblata. Qui ḡ mundari vult ignē alienũ remoueat· illi igni se offerat: qui culpã exurit nō hoĩem hic ignis siccauit emorroisse sanguinē profluentem· hic siccauit culpam latronis: ignis eĩ ꝯsumēs est· sanat simpliciter ⁊ pure cōfitentes. Iudas inquit· peccaui tradēs sanguinē iustũ· sed in pectore habuit ignẽ alienũ: quo inflamãte cucurrit ad laqueum. Indignus aũt remedio fuit: quia nō pura mēte penituit. Culpã vero eius nō auferũt sacerdotes· qui dolose offerũt ·nec in eo possunt epulari: quoꝝ cibꝫ est peccatoꝝ remissio. Unde verus sacerdos ait: Meus cibus est vt faciã voluntatem patris mei ·i· vt peccatores cōuersi ⁊ penitentes saluentur· nō est acceptũ deo sacrificiũ nisi veꝝ ⁊ sinceꝝ.

Aug. Sane qm̄ sex pecora ꝑcipiunt offerri pro populo· quoꝝ prius quatuor memorauit hyrcũ arietem vitulũ ⁊ agnũ anniculũ. quoꝝ manifestũ est hyrcũ pro peccato· manifestũ ⁊ agnũ anniculũ in holocaustũ· duo vero media arietem ⁊ vitulũ ambigue posita videamus· vtrũ ad sacrificiũ pro peccato ptinerent· ⁊ hirco adiungerent: an potius agno· vt in holocaustũ offerentur. Unde quid nobis videret exposuimꝰ. Postea vero vt sex animalia cōplerentur· vitulũ ⁊ arietem memorauit in sacrificiũ salutaris· nec tñ in sequētibꝫ cũ immolata sunt ⁊ memorata fit mentio arietis vituliqꝫ · q̃ inter caprũ ⁊ agnũ posuerat· sed tm̄ ille vitulus ⁊ ille aries memorantur ·quos in sacrificium salutaris offerri iusserat· vt nō duo pecora ꝫ quattuor fuisse credãtur. Forsitan illa duo q̃ prius inter hyrcũ ⁊ agnũ posuerat· iteꝝ nominauit· nec alius vitulus· ⁊ alius aries in sacrificiũ salutaris: vt cũ dixisset hyrcũ pro peccato· ⁊ arietem ⁊ vitulũ nō dicens in quã rem· agnũ vero in holocaustũ: postea dicere voluerit quid de vitulo faciendũ esset ⁊ ariete ·i· nec pro peccato sicut hyrcus· nec in holocaustũ sicut agnus: ꝫ in sacrificiũ salutaris incensi iubebat offerri. Sed manebit questio· quare pro peccato synagoge hyrcus oblatus sit: cũ de sacrificijs q̃ pro peccato offerēda erant ab initio dñs loquens vitulum offerri iusserit pro peccato synagoge· sicut pro peccato sacerdotis nō caprũ: ꝫ vitulũ. cuiꝰ vituli sanguine sicut pro pc̄to sacerdotis tangebant cornua altaris incēsi· q̃ causa fuerit vt pro peccato aaron ⁊ moyses vitulũ offerret: ⁊ ipse aaron alteꝝ vitulũ· sicut pro peccato sacerdotis secundũ ꝑceptũ dñi fieri oportebat. Pro peccato aũt populi nō vitulꝰ sicut ꝑceptum fuerat: ꝫ hyrcꝰ offert. Uisum est ergo nobis nō solus hyrcus pro peccato populi· ꝫ ⁊ aries ⁊ vitulus offerri iussus est: vt ad ista tria subaudiatur pro peccato· qꝛ ⁊ principes erãt in populo pro quibꝫ hyrcus fuerat offerendus· ⁊ singuli habere ꝓpria peccata potuerũt: pro quibꝫ aries. ⁊ vnum aliqđ peccatũ om̄es: pro quibꝫ vitulũ. sicut ab initio ꝑceptũ est pro peccato

vniuerse synagoge vitulū offerre oportebat. Ideo autē qñ immolata sunt hircū tm̄ nominatū vel noīauit: vt alia etiā intelligerentur a parte totuȝ. que omnia fuerant pro peccato.

Respondit aaron ꝛc. In psona ecclīe cui⁹ figurā gerit sicut ⁊ xpī. videt aaron dicere h. Quasi q̄ post aduentū saluatoris deputati sunt ministrare. ⁊ pro penitētia offerre. ⁊ ꝓpheticā vitā exponere. aliter docentes perierunt. ⁊ in eis hec ecclesie acciderūt: vt sacerdotū ⁊ magistrorum lugeret mortem. Vñ comedere hodie ꝓ peccato ñ potuit nec orare. dño aūt displicebat.

Aug. Respondit aarō ꝛc. Si hodie obtulerūt q̄ ꝓ peccato illorum sunt. ⁊ holocausta sua ante dñm: ⁊ contigerūt michi talia. ⁊ comedā qd est ꝓ peccato. Nunquid placitū est dño ꝛc. Videt dixisse aaron. q̄ cū primū obtulerint filij israel pro peccato suo. nō debuit a sacerdotib⁹ manducari: s totū incēdi. non inde regulā faciēs ad cetera. Deinceps ei sacrificia ꝓ peccatis ipsi edebāt. Credendū est aūt aaron hec diuina inspiratōne dixisse: qd tāq̄ diuinit⁹ dictū moyses approbauit. Quid ergo de ceteris eiusdē diei sacrificijs. i. de ariete ⁊ vitulo. q̄ diximus etiā ꝓ peccato offerri. an de vitulo nulla q̄stio est. qm̄ oportebat sic fieri: vt de ei⁹ sāguine offeret in sācta. vnde tangerent cornua altaris incēsi: ⁊ ꝯsequēs erat vt totus arderet. Quid ḡ de ariete. an q̄ primū caprum q̄siuit moyses. qd de capro missum est: etiā est de ariete intelligendum q̄ ex ordine fuerat q̄situr⁹: nisi sacerdotis placuisset responsum. De vitulo autē qd q̄reret: cū ea lege fieri potuerit: qm̄ de vitulo ꝓ pc̄to vniuse synagoge p̄cepat dñs. sic de vitulo ꝓ pc̄to sacerdotis. i. vt tot⁹ arderet ex castra. Irat⁹ em̄ moysēs ait: Quare nō comedistis illud qd fuit ꝓ pc̄to ī loco sc̄o: Qm̄ eī sancta sanctorum sunt. h vobis edere licuit. vt auferatis pc̄tum synagoge: ⁊ exoretis ꝓ ea ante dñm. Nō ei illatū est a sanguine ei⁹ in sanctū añ faciē: int⁹ edetis illd in loco sc̄o ꝛc. Cū dicit nō est illatū a sanguīe ei⁹ in sanctū ante fa. discernit illud qd fit ꝓ pc̄to sacerdotis vel synagoge ñ de hyrco: de quo sanguis qm̄ nō erat iussus inferri ad tangēda cornua altaris incēsi. nō debuit totus incendi: s a sacerdotib⁹ manducari. hoc autem quare sit factum. Respondit aaron: ⁊ placuit moysi.

Hodie. Quasi si ante remissionē saluatoris h peccassent forsitan ignosceret cū nondū mūdo sciētia manifestaret. Vñ si nō venissem ⁊ locut⁹ eis fuissem. peccatū non haberēt. Nūc aūt excusatōeȝ nō habēt de peccato suo.

(sicut preceptū michi est. i. sicut precepi: moyses em̄ figura est christi.) Respon (placide, q̄ moysen iratū vidit.) ditq̄ȝ aaron: Oblata est victima (tempore gratie.) hodie pro peccato. ⁊ holocaustum (de quo: hodie si vocē ei⁹ audieritis no. ob. cor. ve.) corā dño: Michi aūt accidit qd vides: quomodo potui comedere ea aut placere deo in cerimonijs mente lugebri? Qd cū audisset moyses (ecclesiā scilicet doctrinā suā custodientē.) recepit satisfactionem.

C. XI.

Locutus est dñs ad moysen ⁊ aaron dicens: Dicite filijs israel: hec (q̄ cōmune mandatū est toti⁹ populi.) sunt animalia que comedere debetis de cunctis (ad differentiā celestiū. ibi em̄ est leo vitulus ⁊ aquila ⁊ homo. secundū visionē ezechielis. sed ibi omnia munda ⁊ sancta.) animātibus terre. Omne qd habet diuisam vngulā ⁊ ruminat in pecorib⁹ comedetis. Quidquid autē (nō pecora. sed mores hoīm discernit. hi autem mundi sunt qui ruminant. i. semp precepta dei in ore portant.) ruminat ⁊ habet vngulam. sed non diuidit eā sicut camelus (vitā informē ⁊ criminib⁹ tortuosam damnat.) ⁊ cetera: nō comedetis illud. ⁊ inter immūda reputabitis. Cyrogrillus (animal spinosum maius herinacio) qui ruminat. vngulā q̄ȝ nō diuidit: immundus est. Lepus (effeminatos reprobat. vñ comic⁹. tute es lepus ⁊ queris palpamenta. / timidus infirmus: vñ ve cordib⁹ trepidis ⁊ manib⁹ remissis.) quoq̄ȝ. nā et ipe ruminat: sed vngulā nō diuidit. ⁊ sus (illos significat quib⁹ dicit. canis reuersus ad vomitū suū: ⁊ sus lota in volutabro sceni.) que cum vngulam diuidat. nō ruminat: horum carnibus (simulatis virtutibus) non vescemini. nec cadauera (peccata:) contingetis: q̄ immūda sunt vobis. Hec etiā sunt q̄ gignūtur in aquis (baptismi de quib⁹ ysaias: ecce gentes quasi stilla situle. lxx. sicut aque multe gentes.) : et vesci licitum est. Omne qd habet pinnulas (vitā sublimē et celestē.) ⁊ squamas (ignorantiā. sed q̄ facile auferatur Sicut de paulo dicit. Ceciderunt ab oculis eius tanq̄ȝ squame et visum recepit) tam in mari q̄ȝ in fluminibus ⁊ stagnis comedetis. Quidq̄d aūt pinnulas ⁊ squamas nō habet eorum que in aquis mouent ⁊ viuūt abominabile vobis execrandūq̄ȝ

Diuisam vngulā. Vngulā diuidūt. q̄ fm duo testam̄ta firmo se gradu innocētie ⁊ iusticie statuūt. Iudei rumināt verba legis. s vngulam nō findūt: q̄ duo testamēta nō recipiūt. nec in patrē ⁊ filium ⁊ spm̄sanctū credunt. fidei gressum diuidūt heretici. vngulā findūt in patrē ⁊ filiū credētes sed doctrinā veritatis nō ruminant.

Camel⁹. Jude⁹ supbia tumid⁹. quib⁹ dicit: Liquātes culicem camelū aūt glutiētes. Hi rumināt: q̄ in littera meditant: sed nō diuidūt vngulam q̄ lrām a spiritu non distinguūt.

In camelo supbia designat. q̄ ꝓprie stultorum est. ⁊ sapiētie stulticia ꝯria est. Lep⁹ vt timid⁹ fortitudini ꝯri⁹ ē. Cyrogrill⁹ vt rapax iusticie. Sus vt fordibus castitati. Horum carnes nō comedam⁹: q̄s videnť hr̄e virtutes ñ sequamur. p has autē q̄ttuor generales virtutes oēs ītellige. Morticina corum ñ tangam⁹ i. pc̄tis ñ cōmunicem⁹.

Cyrogrill⁹ qui ꝛc lepus ꝛc. In ꝓplo iudeorum vtrunq̄ȝ accipit. Debilia ei dicūt eē h aīalia. Vñ salomon: lepuscul⁹ plebs inualida. Et dauid: petra refugiū erinacijs siue cyrogrillis. vnū velox ē ⁊ timidū. aliud quidē debile s rapax. s morti ferum dicūt. i. cyrogrillū qd ꝯuenit ꝓplo iudeorū. de quib⁹ dicit: Veloces pedes eorum ad effundendū sanguinē.

Hec sūt q̄ ꝛc. Esi. Queadmodū in spontaneis sacrificijs. q̄ et dona vocant. opatores legis ⁊ simplices vel ꝯtemplatores p varias oblatōes significauit. ⁊ q̄ saluant ex gētibus. quib⁹ sacrificiū de simila. vt simplicib⁹ deputat: qd innuit dicēs: Si aīa obtulerit dño: nc ad didit de ꝓplo terre sic in alijs sacrificijs. sic p cibo abstinentiā q̄les debent esse q̄ legē meditanť ondere cupiēs. p ruminare ⁊ vngulā diuidere indeum exp̄ssit. q̄ debet mandatū legis implere. ⁊ a spū lrām diuidere: ⁊ legē spūalit intelligere. Per h aūt q̄ in p̄senti capitulo dicunť. ostēdit se de gentib⁹ loqui. Vñ nec pisciū noīa posuit: q̄ suorum noīa scribi sup terrā nō cupit ecclesia. Vñ scribant hec in generatione altera. hoc est. in celis.

Omne qd h. pin. Isi. In piscib⁹ q̄dq̄d pīnulas ⁊ sq̄mas ñ hēt abomina bile ē. aspa ꝓ mūdis habēt. Hispidi eī ⁊ hirsuti firmi ⁊ g̃ues hoīm mores approbant. Qui sine his sūt īmūdi dicūt. q̄b⁹ leues ⁊ lubrici īfirmi ⁊ effeminati (mores adijciunt.

Pinnulas quoq̄ȝ ꝯiungit ⁊ sq̄mas: Quicūq̄ȝ enī pisces pinnati: sunt ⁊ squamosi. Sic quib⁹ ignorātia solubilis est: his ⁊ cognitio sblimis ⁊ vita celestis. Qui āt tales nō sunt cū his nec cibū sumere

Gre. Mor. Pisces q̄ pīnulas hn̄t ⁊ sq̄mas. dare salt⁹ sup aq̄s solent. In pinnatis ḡ piscib⁹ electe aīe figuranť q̄ sole in celestis ecclesie corp⁹ transeūt. q̄ pinnulis virtutū fulte: p celeste desideriū saliūt ad ꝯtemplationem. q̄uis in se relabanť p carnis fragilitatē. Soli ḡ in electorum corp⁹ quasi cib⁹ elect⁹ transeūt. q̄ dū imis seruiūt. mentis saltib⁹ supna ꝯscendūt: ne semper in ꝓfundis curarum lateāt: vbi nullā amoris summi quasi liberi aeris curā habent. Qui ergo reb⁹ tempalib⁹ occupanť. tūc bene exteriora disponūt: cum sollicite ad interiora refugiunt. nec pturbationis strepitus diligūt: s apud semetipsos int⁹ in tranquillitatis sinu requiescunt.

Quidquid autē. p. Sunt etiā pisces testā pro pelle habentes. quorum squama auferri nō pōt. q̄ nec verbo dei squamas ignorātie deponūt.

nec cultrū spiritus suscipiūt. ⁊ q̄uis in mari baptismi inueniant̄. vel in penitentię fluminib⁹ abominabiles sunt tñ in his q̄ mouent̄ ⁊ viuūt ī aquis: q̄r regeneratione ⁊ vitam quā in baptismo acceperūt: viuēdo male corrūpunt

Carnes eorū ⁊c. Esi. Cū suem prohibet. vitā scenosam ⁊ sordib⁹ gaudentem reprehendit. Cū vero leporem: viros effeminatos damnat. Quis mustelam cibū faciet: sed furtū notat. Quis lacertā: sed vitę odit inconstantiam. In stellione maculas mentiū execrat̄. Accipitrem miluū. aquilā odit. i. raptores violentia viuentes. Vulturē abominat̄ ꝓdam. s. de aliena morte querentes. Coruū ꝓhibet. i. nigras voluptates. Cū passerem interdicit: intēperantiā arguit. Cū noctuā: lucifugas varietates. Qn̄ caradrion linguę intemperantiam. Qn̄ cignū ꝓhibet: altę ceruicis suꝑbiā prohibet. Quādo vespertiliones querētes tenebras noctis.

Hęc sunt q̄ d. a. Quę ad contemplatiuorum vitam ꝑtinent adiūgit. Sicut enī in oblatione sacrificiorū ꝓpriū capitulū eis deputauit: sic ⁊ in cibis. Vere enī abominandū quēlibet cōtemplationi vacantē sponte tales habere maculas quales in his auib⁹ legislator significat: ait enī aquilā ⁊ griphem ⁊c. per hęc raptores. ⁊ cibum alienū male sectantes. ⁊ iniustis quęstibus gaudentes figurat. Quędam ex his rapto viuunt. alia domos penetrant ⁊ diripiunt quę reperiūt. his similes sunt q̄ domos penetrant ⁊ captiuas ducūt mulierculas peccatis oneratas.

Vulturē. Qui bellis gaudet. Vnde sequitur exercitum expectans cadauera mortuorum. nō debet enī alieno luctu pasci. qui dat operam contemplationi.

s. vt supra.
erit. Carnes eorū non comedetis. ⁊ morticina vitabitis. Cuncta q̄ nō habent pinnulas ⁊ squāmas in aq̄s polluta erūt. Hęc sunt quę de auibus comedere non debetis: ⁊ vitā-
† s. que viuit de morte ⁊ rapina aliorū auiū.
da sunt vobis. † Aquilā ⁊ griphū
† s. auis magna ⁑ s. auis similis aq̄le maior tñ
⁊ † alietum ⁊ miluum ac ⁑ vulturem
† s. Qui est expers affectionis. vnde coruus semel emissus a noe nō reuertitur. cui similis iudas.
iuxta genus suū. ⁊ omne † coruini generis in similitudinē suā: Stru-
s. lxx. glaucum.
tionem ⁊ noctuam ⁊ larum ⁊ accipitrem iuxta genus suum: Bubonem ⁊ mergulum ⁊ ibim. Cignum
s. auis est in affrica habēs longū rostrum.
⁊ onocrotalum ⁊ porfirionē. herodionem ⁊ caradrionē iuxta genus suum: Vpupam quoq; ⁊ vespertilionem. Omne de volucribus q̄d graditur suꝑ quattuor pedes. abominabile erit vobis. Quidq̄d aūt ambulat quidem suꝑ quattuor pedes: sed habet longiora retro crura. ꝑ quę salit suꝑ terrā comedere debetis: vt est bruc⁹ in genere suo ⁊ atthacus. atq; ophimach⁹. atq;
s. s. oīm istorū animaliū.
locusta: singula iuxta genus suum

s. s. qui abutuntur euangelica predicatione. ⁊ inquinantur sordibus terrene vite.
Quidquid aūt ex volucrib⁹ quattuor tantū habet pedes: execrabi-
s. actiones in quib⁹
le erit vobis. Et quicūq; morticia
mors s. participando.
eorū tetigerit polluet̄: ⁊ erit immun-
† s. vsq; dū agat penitentiā vī ad vespꝫum demorabitur slet⁹ s. vt supra.
dus † vsq; ad vesperū. Et si necesse fuerit vt portet quippiā horū mor-
s. corp⁹ vel actōem. vnde beatus qui vigilat ⁊ custodit vestimenta.
tuum. lauabit vestimēta sua: ⁊ immūdus erit vsq; ad occasum solis. Omne animal q̄d habet quidē vn-
† s. Sicut iudei nō diuidūt litterā a spiritu.
gulam: † sed non diuidit eam. nec
s. verbū dei assidue meditando
ruminat: immundū erit. ⁊ quidq̄d tetigerit illud: contaminabit̄. Q̄d ambulat super manus ex cunctis animantibus quę incedunt quadrupedia: immundū erit. Qui teti-
s. Quib⁹ manus impositōe mors ipsorū cōicata.
gerit morticina eorū polluet̄ vsq;
s. donec agat penitentiam.
ad vesperū: ⁊ qui portauerit huius-
† s. lacrimis penitētie. lauabo ꝑ singulas noctes lectum meū la. m. stra. m. r.
cemodi cadauera. † lauabit vestimenta sua. ⁊ immūdus erit vsq; ad vesperū: q̄r oīa hęc imūda sūt vobis. Hęc quoq; int̄ polluta reputabūt̄
s. furtū ꝓhibet.
de his q̄ mouent̄ in terra mustela
s. ingluuiem.
⁊ mus ⁊ crocodilus: singula iuxta
† s. aīal ē natū ad deridēdū dolosū rapax igluuiosū
genus suum. † migale cameleon et

Vespertilio. Quę circa terram volat. pennis pro pedibus vtit̄: q̄d alienū est ab eis qui ꝯtemplant̄: ne ꝯtemplatio eorū in terrenis occupetur.

Omē de vo. q̄d ⁊c. Qui contemplatiuis videntur esse similes: s̄ tanq̄ reptilia terrenis inhęrent concupiscentijs. etiā si in quattuor pedib⁹ ambulent. id est. si euangelicam ꝑdicationem simulent quę vocat ad penitentiam. quia non vere socialē amplectunt̄ vitā voluptatib⁹ seruientes abominabiles sunt.

Quidquid aūt ⁊c. Quia cū sint ī carne nō s̄m carnem ambulant. sed a sordidis actionibus exiliunt: et terrenis hominibus ꝑmiscentur vt instruant ⁊ doceant sicut dominus cum peccatoribus ⁊ publicanis. Habere nos oportet crura sublimiora pedib⁹ ne claudicemus vtroq; pede. sicut iudei ī lege ⁊ prophetis: sed crura habeamus recta. sicut cherubin. de quibus dicitur: crura eorum recta ⁊ pennati pedes eorū.

Brucus. Qui exilit: sed minus q̄ atthacus vel locusta: q̄ magis exiliunt. tales sunt qui cum peccatoribus conuersantur. ad conuersationem nō ad cōsensum vel imitationem.

Ophimachus. Qui pugnat cum serpentibus. nobis autē pugna est cū antiquo serpente et angelis ei⁹.

Vt portet quippiam ⁊c. Sicut qui dicit malum bonum. ⁊ amarum dulce. laudādo enim malum a quo prohibere debuerat. suum facit ⁊ portat.

Omne animal ⁊c. Elicius. Nullum peccatum preterit lex. quęcunq; in euangelio prohibentur legis enigmatibus exprimūtur. vt in ore duorum testium stet omne verbum: ⁊ in vtraq; lege laudes deum. ⁊ sicut prohibet fugias malum.

Strutionem. Strutio auis est. sed volare non potest: ⁊ semper circa terram est. sicut quidam deo militantes ⁊ secularib⁹ negocijs se implicātes

Noctuam. Hanc aiunt in nocte acute videre. ⁊ parum in die. tales sunt qui legis gloriantur contemplatione ⁊ euāgelij lucem caꝑe nō valent.

Nicticorax in nocte tantū rapit: tales sunt gentes noctis operib⁹ inhiantes quę sunt fornicatio. immundicia. impudicicia.

Larum. Larus animal est tam in aqua q̄ in terra habitans. volat enī ⁊ natat. huic assimilantur qui circūcisionem ⁊ baptismū venerantur.

Accipitrem. Accipiter inter rapaces est aues. sed mansuescit. ⁊ rapinam cum hominib⁹ operatur. hunc imitantur qui mansueti videntur. s̄ cū potentib⁹ ⁊ auaris ac rapacib⁹ rapere nituntur.

Mergulum ⁊ ibim. Hęc longi colli sunt. ⁊ cibum ex profunditate terrę vel aquę (vt dicit̄) trahunt: nec imitanda sunt. Qui enī ꝯtemplationi vacat ad suꝑiora debet tendere: nec de inferiorib⁹ sollicitus esse.

Vpupam. Hęc lugibris est ⁊ luctū amās. Seculi aūt tristicia mortem oꝑat̄. Qui aūt deū diligit debet gaudere. sine intermissione orare: in omnibus gratias agere.

Quod ambulat super manus ex cunctis animantibus ⁊c. Qui ad euangelicam doctrinam conuersationem demigrat. sed manibus ambulat. turpis scilicet lucri causa manus imponens. hic recte omibus bestijs compatur: vt vel adulteriū dicas vel auarum vel homicidam ⁊ similia. omib⁹ enī ꝑ prauā impositionē cōmunicat.

Qui portauerit hmōi ⁊c. Falsa dicendo testimonia dignū dicendo indignum. ⁊ mundum immundum.

Omia hęc immunda ⁊c. Non accusat animalium naturam. non naturę actionem animalibus conuenientem. sed quę per hęc significantur vobis omnino prohibentur: quorum contactu inquinantur. quibus datū est in cęlum respicere. rectos incedere. non repere: sed sordida ⁊ terrena despicere.

Mus. Ingluuiē. Mus enī pro ventris ingluuie nulla vitat ꝑicula.

Crocodilus. Qui dure cutis ⁊ maliciosus luto pascitur.

Cameleon. Miserescet et prę infirmitate mansuetū fingit se cum crudele sit.

Talpa. Animal cecum de terra genitum. Creatur enim vt aiunt de terra compluta ꝛ lutulenta: sed prius corrupta.

Qui tetigerit ꝛc. Si naturaliter essent immũda· immũdus esset vinetia etiã qui tangeret. Morticina talium actões sunt·i·dolus furtũ duplicitas ꝛ huiusmodi in quibus mors anime.

Et super qd ceci. Esi. Admirabili diuisione vtitur legislator. Alij enim peccãt ex negligentia. alij studio. Vñ Salomon: ve his qui studẽt vino ꝛ calicibus vacant epotandis. quos recte inter eos qui tangunt morticina posuit. Qui vero p negligentiam ꝛ stuporẽ aĩe defectũq; virtutũ delinquunt sicut dauid vidẽs vxorẽ vrie se lauantẽ specie renitentẽ incidit in adulterium. Super eos morticina cadũt. Nõ enim ad peccandũ studuerũt: sed inciderunt: quasi desup cadẽs suscipiẽtes morticinũ. Qui aũt omnino susceperunt nec restiterũt: immũdi sunt: tã vas ligneũ q; vestimẽtum.

Omnis cibus ꝛc. Cibum ꝛ potũ opa bona intelligit. Ideo dixit: cibus quẽ comeditis ꝛ liquens qd bibitur ꝛc. qr malaꝝ actionuz ꝛ cibus ꝛ potus phibetur: ne quis participet. Si g bonis actionibus q sunt i omi vase·i·in omi homine qdlibet morticinũ inciderit; necessario immũda actio erit. Si ei bone actõi·supbia· dolus· ypocrisis. vel qdlibet morticinũ·i· participãti mortiferũ inciderit: ꝛ hic immũdus erit· bonam enim actionẽ mala incidens intentio polluit.

[ascolopotis· paruulus quidẽ sed venenosus.] [que habitat in sepulcris]
stellio ꝛ lacerta ꝛ talpa: oĩa hec *[nõ sola·sed maxime.]* immunda sunt. Qui tetigerit morticina eorũ: immũdus erit vsq; ad *[vt supra.]* vesperuz. Et sup qd ceciderit quicq; de morticinis eorum polluetur: tam *[vita leuis ꝛ mediocris.] [qd sufficit ad tegendum.]* vas ligneum et vestimentum q; *[patiens] [penitens.]* pelles ꝛ cilicia· ꝛ in quocunq; fit *[virtutis] [lauacri vel lacrimarũ.]* opus tingentur aqua· ꝛ polluta erũt vsq; ad vesperũ: ꝛ sic postea mun *[qui totus terrenus est.]* dabuntur. Vas autẽ fictile in quo *[morticinũ·i·peccatũ ad mortẽ] [vt iteriori do]* horũ quicq; inciderit polluetur: ꝛ *[minetur.] [qr immũdicia eius nõ potest facile purgari· ꝛ labore multo ꝛ cõtritione ꝛ quadam reformatione eget.]* ideo frangendũ est. Omnis cibus quẽ comedetis· si fusa fuerit super *[Si quicq; hoꝝ inciderit]* eum aqua: immũdus erit· ꝛ omne *[qd li]* liquẽs qd bibitur de vniuerso va *[bet homine.]* se immundũ erit. Et quidquid de morticinis huiusmodi ceciderit super illud· immundũ erit· siue cliba *[vasa quedam.]* ni siue citropedes destruẽtur: ꝛ im *[opulentas doctrinas] [lingue mediocria loquentes· ꝛ doctrinã mutuam habentes.]* mundi erunt. Fontes vero ꝛ cisterne· ꝛ omnis aquarũ cõgregatio mũ *[verboꝝ affluentia vndecũq; cõgregata] [in se] [vt supra. Que enĩ tales dixerint debemus facere non que fecerint.]* da erit. Qui morticinum eorũ tetigerit: polluetur. Si ceciderit sup *[baptisandos.] [quos ignorãtia excusat.]* sementem: nõ polluet eam. Si aũt *[baptista] [baptismi.]* quispiã aqua sementem pfuderit· *[qr excusa]* ꝛ postea morticinis tacta fuerit: illi *[tionem nõ habent] [in peccato.]* co polluetur. Si mortuum fuerit *[·i·viuentis conuersationi sociari.]* animal qd licet vobis comedere· *[imitando.]* qr cadauer eius tetigerit: immũdus *[donec peccati feruor deficiat.] [defẽderit]* erit vsq; ad vesperũ. Et qui comederit ex eo quippiã siue portauerit *[actiones.]* lauabit vestimẽta sua: ꝛ immũdus erit vsq; ad vesperum. Omne qd re *[terrena sapiens.]* ptat super terrã abominabile erit: nec assumetur in cibum. Quidquid *[alij sup ventrẽ: evangelioꝝ pdicatõe abutẽs luxuriose viuendo] [castrimargie studens]* sup pectus quadrupes graditur· ꝛ *[Etiã ex alijs scripturis· ꝛ varia doctrina sibi salutem futurã affirmans.]* multos habet pedes· siue p humũ *[vitandũ]* trahitur· nõ comedetis: qr abominabile est. Nolite cõtaminare aĩas vestras· nec tangatis quicq; eorũ: *[Sicut illa si tetigeritis] [ad cuius imaginẽ]* ne immundi sitis. Ego sum dñs *[facti estis vt celestia sapiatis]* deus vester. Sancti estote quoniã *[notat nõ esse pollutõez in mortuis corpibus.]* ego sanctus suz: ne polluatis ani *[humiliari hominẽ bonũ est: sz ad terrenã sapientiã declinare malum est· vnde addit qd mouetur super terram.]* mas vestras in omi reptili qd mouetur sup terraz. Ego enim sum dñs *[malis opibus tenebraꝝ.]* qui eduxi vos de terra egipti: vt essem vobis in deuz. *[Cui si vultis adherere sancti debetis esse: sicut ego:]* Sancti eritis: qr ego sanctus sum. Ista est lex animantium ac volucrum ꝛ omis aĩe viuentis que mouetur in aqua ꝛ reptat in terra· vt differentias noueritis mundi ꝛ immundi: et sciatis qd comedere ꝛ respuere debeatis.

Si fusa fuerit ꝛc. Augu. De vase·s·qd factũ est immundũ· de morticinis immundis· si forte aquam habuit.

Aqua. Baptismi. Est enim sermo de baptizatis· de infidelibus aũt mentionẽ nõ facit. Unde paulus: Scripsi vobis nõ cõmisceri fornicarijs· nõ vtiq; fornicarijs huius mundi ꝛc.

Siue clibani. Per hoc magistri designantur in quibus cibi sacre doctrine coquuntur operatione ꝛ igne spũssancti. Nec mirum. Moab enim lebes appellatur. Moab olla spei mee.

Citropedes. Quia qui docent nõ furari furantur: ꝛ qui predicant nõ mechari: mechantur· doctrina tñ munda est. Unde fontes ꝛc.

Si ceciderint ꝛc. Esi. Nichil indiscussum relinquit. Omnia discutit ad perfectionem spiritualis legis· ꝛ si imperfecta eis videatur qui solam legis litterã intuentur· differẽtiam ergo infideliuz q nondũ baptizati sunt exponit. Semen appellant quicũq; pdicationẽ suscipiũt. Vñ dñs ait: Bonũ semen sunt filij regni. Sementis ẽ que seminanda est· hi sunt nõdum baptizati qui baptizãdi sunt. Sup hos si ceciderit morticinũ· qr cautelaz mysterioꝝ nondũ acceperunt: nec integrã dei cognitionẽ· vt possint sibi cauere a peccatis· mundi esse dicũtur: qr p ignorantiã excusantur. Sup quos fusa fuerit aq baptismatis: si qdlibet morticinuz super eos ceciderit fiunt immundi.

Quia cadauer ꝛc. Iniquoꝝ vitã debemus abominari: iustoꝝ imitari. Qui enim vitaz maloꝝ tetigerit· immundus erit: donec penituerit. Qui comederit·i·quasi aduocatus defenderit: ꝛ in se auxiliando trãstulerit lauet vestimẽta sua·i· actões prauas donec penituerit.

Omne quod reptat ꝛc. Hoc superius legislator exposuit: sed ad frequentationẽ meditande legis monẽdo auditorẽ repetit.

Animas vestras. In quibus imago· que pollutionẽ nõ patitur nec sociari ĩfirmis animalibus: qr sup omnia dominantur.

Et sciatis quid come. Non hi cibi nos mundãt vel polluunt· sed nos ipsi. viuificamus enim que comeduntur. ꝛ quemadmodũ omis cibus bonus: et nichil reijciendum qd cũ gratiaꝝ actione percipitur: sic ea que comeduntur·i· que nutriũt animã· bonas·s· actiones nos viuificamus si bene vtimur: si male mortificamus. Qui enim ex rapina facit elemosinã mortificat eã: ꝛ aufert ei potentiam ꝛ qui abstinẽt a cibis: fratribus vero detrahũt· mortificãt abstinentiã.

C. XII.

Locutus est dñs ad moysẽ dicẽs: loquere filijs israel· ꝛ dices ad eos *[illã excipit que nõ suscepto semine concipit ꝛ peperit.] [viri.]* Mulier si suscepto semine peperit masculũ· immũda erit septẽ diebus

C. XII.

Mulier si suscepto semine. Isi. Septimana est psens vita: qr in septimana dieꝝ consummatus est mundus. in quo ad liquidũ puri esse nõ possumus: sed in octauo die·i· futuri seculi tempore ille mundus erit: qui viriliter egerit. Munda enim efficitur mater eius que genuit masculũ. Qui vero nichil virile habuerit· sed remissus ꝛ effeminatus permanserit: nec in psentis seculi hebdomada nec in futuro purgabitur.

Immunda erit ꝛc. Quia·s· sator immundus vt heres ade· qui per transgressionẽ immũdus: ꝛ ita vxori mixtus. Postq; ei exijt de padiso· cognouit vxorẽ suã: ꝛ ita ppagatur humanũ genus. Septẽ diebus· qr adam (de

femine cuius suscipit immundiciā) polluit vitā nostrā septē dierꝫ numero re uoluendā. Polluit aūt vitā· inducens maledictionē ⁊ miseriā: auferens be atitudinē. Vn̄: Maledicta terra in ope tuo ⁊c. Vn̄ legislator addidit: se cundū diē sepationis mēstrue. Lxx· ꝫm diē sepatōis ⁊ purgatōis mēstrue. Symach⁹· ꝫm diē sepatōis afflictionis. Aquila· sepationis miserie. Theo docion· sepationis doloris eius. Miseria aūt ⁊ afflictio ⁊ dolor esse cepit qn̄ adam sepatus a paradiso in hanc miseriā decidit.

Die octauo ⁊c. Dies octau⁹ qm̄ septi mo qui est imago pre sentis vite succedit: fi gura est futuri seculi· in quo carnē ꝑputij cir cūcidemus· oīa opa carnis deponētes non amplius peccaturi· nec manducaturi nec bibi turi aut nupturi: qr eri mus sicut angeli dei. Qd̄ eīm seminat̄ ī cor ruptione: surget in in corruptōne. Seminat̄ corp⁹ animale: surget aūt spūale. Incircūci sus peribit de populo suo: qr sine circūcisiōe caro abomīabilis ⁊ im munda. Mūdat ergo circūcisio· in qua prefi

iuxta dies separationis menstrue ⁊ die octauo circūcidetur infantu[vt fiant· xl· adiectis septem.] **lus. Ipa vero triginta trib⁹ dieb⁹** [† ꝫ· lxx· Sedebit· i· manebit· non eīm per tot dies surgere nō licebat] [nō inquinationis.] **† manebit in sanguine ‡ purificatio nis sue. Oīne sanctum nō tanget: nec ingredietur in sanctuariū· do nec impleantur dies purgationis** [que duplo mulctatur.] **sue. Sin aūt feminā pepererit im munda erit duabus hebdomadi**

gnatur resurrectio. Notandū vero qr lex circūcidi ꝑcipiens immundiciā ei⁹ tacuit. Matrē immundā dixit vsqꝫ ad circūcisionē: forte qr inobediētie cau sa eua seducta fuit. Inobedientia autem immundiciam nobis sordemqꝫ contraxit.

Triginta trib⁹ dieb⁹ ⁊c. Septē additis· xl· fiūt. Quadraginta di ebus formari dicit̄ mascul⁹. Duo aūt ꝑ hec ꝓbant̄: qr· s· substātia humani generis est munda: qr a deo creata est. Ideo ait: in sanguine mūdo· sine pu rificationis sue mulierē sedere: ꝫ qr ꝑ successionē trāsgressionis ade semē su scepit ⁊ concepit: oīne sanctū nō tanget· ⁊ in sanctuariū nō ingrediet̄· donec compleant̄ dies purgationis· i· quadraginta quib⁹ puer format̄· dei quippe imagine mundat̄ natura nostra q̄uis sordidata. Nō ꝑcipimur ergo ingre di in sanctuariū· vel tangere sanctū: nisi qr imago dei semel data nostro ge neri sanctorꝫ ꝑbuit ingressum· ꝓpter quā saluandam dn̄s incarnat⁹ est. quā completis quadraginta dieb⁹ ad celū sustulit: sicut hoīem in vulua forma uit cui eā donauit: tunc ad verꝫ sanctuariū natura nostra ascendit. Aperte hec probant̄ ꝑ ea que de genere femineo sequunt̄· qr eīm octogesima die in vtero formari femine dicunt̄· eundē numerꝫ ad impletionē purgationis vel purificationis earꝫ que semē suscipiūt ꝑcepit. sic: Si feminā pepit immunda ⁊c. Et notandū ꝙ noluit dicere quattuordecim dieb⁹· ꝫ duab⁹ hebdoma dib⁹: vt in septem dieb⁹ humanā vitā in fluxu menstruo afflictionē ei⁹ do lorē ⁊ miseriā intelligam⁹. Duas eī hebdomadas bene dixit: qr femineū ge nus duplo mulctat̄ habet eīm totā ade maledictionē: ⁊ addit̄ ei· in dolore paries filios tuos ⁊c. Sexaginta ⁊ sex dieb⁹ in sanguine purificatōis sedet· vsqꝫ dū copleantur lxxx· Quattuor eīm ⁊ decē sup· lx· sex addita faciūt octa ginta· quib⁹ format̄ femina. Maledicto ergo sordidatū nostrum genus nō intrat in sancta: nisi ꝑ imaginē dei. Propterea mulieres semen suscipiētes dieb⁹ formationis paruulorꝫ a sanctis arcent̄. dū modo in vtero habēt· ar ceri nō debent. Incertū est eīm an feminā an marē pariant.

Aug. Que differentia est inter septē dies quib⁹ eā dicit immundam· ⁊ triginta tres· quib⁹ in sanguine mūdo sedebit. An hoc interest· qr adhuc in sanguine est licet mundo: vt hoc distet· qr cū immunda est: vbicūqꝫ insede rit immundū facit. Cū vero iaꝫ in sanguine mundo sedet· tm̄ qd̄ sanctū est nō licet ei tangere: ⁊ in sanctuariū intrare. Hoc eī est ꝙ ait: secundū dies suc cessionis purgationis sue. qm̄ dicit alibi immundiciaꝫ femine q̄ menstruis purgat̄ septem dierꝫ esse· quādo oīne sup qd̄ sederit immundū erit. Secessi onis aūt sue dicit: quoniā secedebat aliquantulū· ne oīa inquinaret: cum pageret illos dies immundicie ei⁹. Si feminā pareret lex duplicat· ⁊ quat tuordecim faciebat· reliquos quib⁹ sedebat in sanguine mundo etiā dupli ces faciebat· lxvi· vt oēs essent in partu masculi· xl· in femine· lxxx·

Oīne sanctū ⁊c. Quid sanctuariū vult intelligere: cū tabernaculum nō nisi sacerdotes debeāt ingredi ⁊ vsqꝫ ad velū secūdi: vltra velū aūt vbi erat arca summus tm̄ sacerdos introibat. Forte ante tabernaculū vbi alta re sacrificiorꝫ est potuit dici sanctuariū. Nā sepe sanctus locus appellat̄ etiā atriū: cū dicit̄ in loco sancto edent ea. Illuc forsitan intrabant mulieres do na sua offerentes q̄ altari imponerentur.

Cūqꝫ expleti fuerint ⁊c. Intentionē apit· qr· s· pollutionē natura les motus non faciūt. Sed peccatū de quo dicit dauid: Ecce eni ī īiquitati bus cōcept⁹ sum ⁊c. matrē naturā appellās· ⁊ immundiciā peccati ade ⁊ eue in totum genus humanum descendisse significans. Ideo moyses comple tis diebus purificationis holocaustū pro peccato precepit immolari· euiden ter ostendens· qr imago dei ꝑfectionē tribuit generi nostro. Nā formatio nem dies mundatōis ostendūt: ꝑfectionem holocaustū.

bus iuxta ritum fluxus menstrui: ⁊ sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis sue. Cūqꝫ expleti fuerint dies purificationis [† quid hec significēt in superiorib⁹ dictū est.] **sue pro filio siue pro filia· † deferet agnum anniculū in holocaustum:** [meditationē legis] [contemplationem] **⁊ pullum columbe siue turturē ꝓ peccato ad ostium tabernaculi te stimonij· ⁊ tradet sacerdoti: qui of feret eam coram domino· ⁊ orabit**

Aug. Nunq̇d pe perisse peccatū est? an hic ostendit̄ illa ꝓpa go ex adam: de qua di cit apl's: Ex vno in cō demnationē· ⁊ quia ꝑ vnū hoīem peccatū in trauit in mundum ⁊c. Vn̄: Ecce eni in iniq̇ tates cōceptus sum ⁊c. Cur nō ergo id qd̄ na tum est purgari dicit scriptura: ꝫ qd̄ pepit: ad ipsam vnde origo trahebat̄ relata purga tio est ꝓpter fontē san guinis: non poterat tm̄ sine fetus purgatione fieri· qui de sanguine ortus est. Quo enim pertinet qd̄ ait superius· super filio aut filia offeret a gnum anniculum ⁊c: si nichil ꝑ hoc sacrificiū fiebat pro eis qui nascebant̄. Si quis aūt distinguere conat̄· vt dicat nō esse iūgendū sup filio aut filia offeret agnū anniculū ⁊c. Sꝫ potius ita legendū: Cum impleti fuerint dies purgationis ei⁹ sup filio· aut sup filia· vt sequat̄ alio sensu: offeret agnū an niculū sine macula ī holocaustū· ⁊ pullū columbarꝫ ꝓ peccato· i· pro peccato suo· cū cōpleti fuerint dies purgationis sup filio aut sup filia. Qui ergo ita distinguendū putauerit· ex euāgelio conuincet̄· vbi cū tale aliquid nato ex virgine domino facerēt magis pro cōsuetudine legis q̄ꝫ pro necessitate expi ati peccati. Sic legit̄: vt facerent secundū cōsuetudinē legis pro eo· non est dictum pro matre eius: ꝫ pro eo q̄uis ea fierent q̄ hic ꝑcipiuntur de duob⁹ turturib⁹ aut duob⁹ pullis colūbarꝫ. Sic eni ⁊ baptizat⁹ ē baptismo iohan nis qui erat baptismus penitētie in remissione peccatorꝫ: q̄uis nullū pecca tum haberet. Merito ergo hoc quidā ita interꝑtati sunt· nō vt dicerēt sup filio aut sup filia: ꝫ pro filio aut filia. Notandum aūt q̄ꝫ pauper dn̄s nasci voluerit: vt nō pro illo offerretur agnus ⁊ pullus columbinus aut turtur: ꝫ par turturum aut duo pulli columbarꝫ secundū euangeliū. qd̄ scriptura le uitici tunc iussit offerri: si non habuerit agnum manus offerentis. qd̄ satis est magnum.

Bed. Dominus noster non solum homo· cum deus esset: sed etiā pau per· cum diues esset: pro nobis factus est: vt nos diuitiarum ⁊ diuinitatis sue donaret esse participes. Libet autem intueri cur he maxime volucres in hostiam iubeantur offerri? Nam ⁊ abraam multo ante legem eas in holo caustum obtulit: ⁊ in plerisqꝫ legis cerimonijs qui mundandus est per has iubetur mundari. Columba ergo simplicitatem· turtur indicat castitatem. Si enim turtur coniugem casu perdiderit: alium vltra non querit. Unde in canticis. Pulcre sunt gene tue sicut turturis ⁊c. Et alibi: Oculi tui colū barum. Utraqꝫ auis pro cantu gemitum habet· ⁊ sanctorum in hoc tristici am significat· quibus dicitur: Plorabitis ⁊ flebitis ⁊c. flebitis vos· mun dus autem gaudebit. Simplex ergo ⁊ pudica fidelium conuersatio gratū sacrificium est domino. Qui autem laborat in gemitu· qui lacrimis stratuꝫ lauat: acceptam deo victimam mactat. Sed quia turtur soliuagus colum ba gregatim gemit. Iste secretas orationum lacrimas: illa ecclesie conuen tus signat: Puer ihesus primo circunciditur: ⁊ interpositis dieb⁹ hieroso limam cum hostia defertur· quia iam iuuenis prius omnem carnis corrupti onem moriendo ⁊ resurgendo calcauit. Deinde interpositis diebus cum ipsa carne iam immortali quā pro nobis hostiā fecit ad supernam hierusa lem ascendit: ⁊ vnusquisqꝫ nostrum prius aqua baptismi a peccatis omni bus quasi vera circumcisione purgatur: ⁊ sic proficiente gratia noue lucis ad altare sanctum hostia corporis ⁊ sanguinis christi consecrandus in greditur: que singulariter simplex ⁊ casta per immolationem columbe ⁊ tur turis figuraliter exprimitur. Omnis quoqꝫ in fine mundi ecclesia primum cōmuni resurrectione labem mortalitatis ⁊ corruptionis exuet· ⁊ post in cele stem hierusalem bonorum operum victimis dn̄o cōmendata perueniet.

A profluuio ⁊c. Tanq̄ aliquis querat vnde mundabit̄ q̄ legittime generauit: ait a profluuio sanguinis sui. hoc est inobediētia vnde immundicia et pena profluxit p meditationē ⁊ ꝯtemplationem legis. cuius negligentia hoībꝰ immūdiciā inuexit.

C. XIII.

Locutus est dn̄s. Semel loquit̄ deus ⁊ duo audiunt. spiritū audit moyses. vt subli mior. litterā aaron. vt inferior qui litterā nūciat populo: Vn̄ ipse loquet̄ ad ppl̄m: ⁊ erit os tuū. tu autē eris in his q̄ ad deū ptinent.

Homo aliqñ excellēter accipit̄ qui dei imaginē ⁊ nature seruat dignitatē. Aliqñ peccator. in quo dignitas deformat̄ sicut hic.

In cuiꝰ car. ⁊c. In carne ⁊ cute leprā portat. qui carnalia vl̄ exteriora suadere certat. vt corīthiani q̄ putant resurrectionē futurā in voluptate carnis. ⁊ in fide manētibꝰ q̄uis carnaliter viuāt nō imputari peccata.

Aut quasi lu. Lepra alia nimis vel moderate obscura. nōdū efferuēte passione q̄ nimia indiget deliberatione. Alia nimis clara ⁊ pspicua cuiꝰ aperta cognitio.

Plaga lepre ⁊c. Isid. Lepra falsa doctrina. lepsi heretici. q̄ unitatē vere fidei non habentes varios doctrine profitent̄ errores. vera falsis admiscentes. ⁊ ecclesiā sicut lepra corpa irradiādo cōmaculat.

pro ea. ⁊ sic mundabit̄ a profluuio sanguinis sui. Ista est lex pariētis masculū ac feminā. Q̄d si nō inuenerit manus eius. nec potuerit offerre agnū: sumet duos turtures aut duos pullos columbarū. vnū in holocaustū: ⁊ alterū pro peccato. Orabit q̄ p ea sacerdos: ⁊ sic mundabitur.

C. XIII.

Locutus est dn̄s ad moysen ⁊ aaron dicens: homo in † cuius carne (†s carnali voluptate. s interiori) (s exteriori † s lxx. cicatrix significationis. i. peccatū in carne. qd̄ significat animā cōpati corpori.) ⁊ cute ortus † fuerit diuersus color siue pustula. aut quasi lucēs quippiam. id est. † plaga lepre: († s que est transgressio legis. leprosus enim p parte leprosa a tabernaculo eijcitur. sic qui in vno offendit omnium reus est.) adducet̄ ad aaron sacerdotē. vel ad vnum quēlibet filiorum eius. Qui cū viderit leprā i cute. ⁊ † pilos in † albū mutatos colorem. ipsamq̄ speciē lepre humiliorē cute ⁊ carne reliq̄ († s. i. cogitationes in apertā cognitionem peccati † s lepra alba fuscata ⁊ male munda hereticorum conscientia. s deficiēte naturali virtute ⁊ apparēte īfirmitate) plaga lepre est: ⁊ ad arbitrium eiꝰ separabitur. (s suspicio peccati.) Sin aūt lucens candor fuerit i cute. nec humilior carne reliqua. et pili coloris pristini (s se ipsa s cogitatōes: s prioris modi.) † recludet eum sacerdos septē diebꝰ († s probationis ⁊ emendatōis causa: s nō remouebit q̄nis peccatū in suspitionē venit.) ⁊ cōsiderabit die septimo. Et si quidē lepra vltra nō creuerit. nec trāsierit in cute priores terminos. rursum includet eum septem diebus (s spiritū.) alijs. ⁊ die septimo contemplabit̄: (s iniquitate qua obscuramur in mente.) Si obscurior fuerit lepra. ⁊ nō creuerit in cute. mundabit eū: (s quasi medicus.) q2 scabies est. lauabit homo vestimenta sua: ⁊ mundus erit. (s baptismo vel penitentia.) Q̄d si postq̄ a sacerdote visus est. ⁊ redditus mūdicie. iterū lepra creuerit. adducet̄ ad eum: ⁊ immundicie ꝯdemnabit̄. (s cui nō est absconditū peccatū.) Plaga lepre si fuerit in homine: adducetur ad sacerdotē. ⁊ videbit eum. Cunq̄ color albus in cute fuerit. ⁊ capillorum mutauerit aspectum. ipsa quoq̄ caro viua apparuerit: lepra vetustissima iudicabit̄ atq3 inolita cuti. † Cōtaminabit itaq3 eum sacerdos. ⁊ non recludet: quia perspicue imundicie est. (s manifesta preuaricatio s ex studio animi gesta. s q2 in aliquo legem offendit. s q2 cōsenescit peccato nec corripitur. q2 in se cōtinuam rixam gerit dū partim legem defendit partim despicit. † s cōtaminatū ostēdet non recludet. q2 manifesta immundicia est.) Sin aūt effloruerit discurrens lepra in † cute. ⁊ † operuerit omnē carnem a capite vsq3 ad pedes quidq̄d sub aspectu oculorū cadit. cōsiderabit eum sacerdos. ⁊ teneri a lepra mūdissima iudicabit: eo q̄ omnis in candorē versa sit. ⁊ idcirco homo mundus erit. (s per totū. s preuaricatio legis. † s q2 sabbati circūcisionis. vel taliū trāsgressio. littera em̄ exteriorem coercet hoīem aīm nō ledit. † s vt omnino quis a legis littera recedat a capite vsq3 ad pedes. i. a primo vsq3 ad vltimum mādatum. s christus cui placet. s claritatē euāgelice cōuersationis secundum illud: Luceat lux vestra corā hominibus. s relictis sordibus legis.) Qn̄ vero caro viuēs in eo apparuerit. tunc sacerdotis iudicio polluet̄: ⁊ inter imundos reputabitur. Caro em̄ viua si lepra aspergit̄: immūda est. Q̄d si rursum

hatione trāsacta districtū iudiciū fiat. Manifestū em̄ erat pctum sacerdoti: s animum consentire passioni nesciebat. s conijciebat ideo iterū inspiciebat. Hinc dominus post negationem animū petri quomodo se habeat tercio interrogat: vt nō cito iudicemus: s frequēter inquiramus. Septem diebꝰ recluditur. Septenarius enim presentis vite plenitudinem signat: que septem diebus agitur. quo completo peccatum ⁊ seruitium cessabit. Unde septima in diuinis scripturis requies nominatur.

Mundabit eū. Sic paulus eum qui in corintho fornicatus est. quia māifesta erat passio a sanctorū tabernaculo remouit: ⁊ sathane tradidit. quē cū īspexisset secundo ⁊ penitere vidisset suscipi iussit.

Cūq̄ color albus ⁊c. Manifesta transgressio littere legis que propria iudeis sicut in sacrificijs et purgationibꝰ ⁊ in huiusmodi. Est enim et cōmunis gentibus de adulterio. rapina. auaricia ⁊ similibꝰ.

Sin aūt ef. Ficius. Ostendit iudaicum populum partim leprosum. vt in parte transgressorem legis. vnde eum sacerdos expellit tanq̄ immundū. Sed toto corpore leprosum. gentilem: qui totā transgreditur legem: sed eum mundū iudicat: q2 legis iugo subiectus non erat.

Hiero. Sin autē effloruerit ⁊c. In hac lepra quasi florenti et alba diuersa crimina designat. Quia cum mundialis vite voluptas quasi candida estimatur ⁊ florens: tunc graue uiciorum contagium grassatur in corpore. nam aut auaricie. aut libidinis patescunt macule. Sed auaricie crimen facile potest resecari. Unde date elemosinam. ⁊ omia mū. erūt vobis. Libido quoq̄ ieiunijs ⁊ abstinentia mundatur. Sed omnibꝰ p sacerdotem medela adhibeatur. Alia enim sacrificiorum oblationibus emūdatur. Alia est que facilius. alia que extra castra posita mundatur. alia q̄ omnino nō mundatur.

In corpore lepram gerit qui ecclesie detrahit sic̄ carpogratiani. q̄ negant resurrectionem carnis: ⁊ nouiciani qui nuptias damnant. ⁊ peccantibꝰ auferunt penitentiam.

Uel ad vnūquēlibet. Cognatorū secundū spūm a quo habent sacerdotiū. quibꝰ inest pfecta ⁊ plena phylosophia. vt discernere possint subtilia ⁊ anime motus absconditos.

Pilos. Cogitatōes quibꝰ aīa ornat̄. mensq̄ contegitur a qua generātur sicut caput capillos generat quibꝰ ornat̄ ⁊ tegit̄. Unde capilli capitis vestri numerati sunt. Inde nazarei caput nō tondent quia supfluas cogitationes nō habēt. sanctas aūt deponere sanctū. damnū est.

Humilior carne ⁊c. Humilior se ipso. vn̄ recte veniā nō meret̄. Uinci em̄ ab alio maiori portabile est. bonū aūt a deo p̄ceptū non opari. diuidit em̄ dn̄s prout vult. vt se ipso quispiā deterior fiat: hoc importabile est.

Recludet eū. Secūdo recludit̄ vt studiose inspiciatur: ⁊ duplici pro

Caro viuens ⁊c. Iudaicum mandatum qd̄ viuere dicitur q̄ntū ad mandantem: vel q2 bene intellectum affert vitam.

Caro em̄ viua si lepra ⁊c. Isidorus. In carne viua lepram gestat qui de anima que vita carnis est aliquid falsum existimat. sicut luciferiani qui dicunt animam de carnis substantia propagatā. ⁊ arabici qui animā cum corpore mori putant

Cicatrix ⁊c. Isi. In cicatrice sanati vulneris leprā portāt· qui post agnitionē fidei· ⁊ medicinam dei quā in xp̄o suscipiunt· rursus aliqđ indiciuȝ erroris aut pfidie veteris dogmatis ostendūt.

Alba. Quia ex vulnere legalis trāsgressionis. lex eniȝ alba· ⁊ a sole iusticię ñ calefacta

Subrufa. Quia de p̄uaricatione euangelica· sicut ydolotitū sanguinē vl' suffocatū comedere· vtrūq; autē fit cōtra xp̄m cuius est lex ⁊ euāgelium.

Contaminabit. Quia in habitu ē peccatum· ⁊ animę mala depastio p vlcus incubuit. Vn̄ leprā ex vulnere efflorētē vocauit.

Caro aūt ⁊c. Supradicta videt' repetere: ꝫ partim eadē dicit partim adijcit· alteraȝ quippe passionē· ꝫ eandem ponit indicatōem. Egit em̄ de vlcere qđ aliqua egritudine neglectę carnis generat' ⁊ proficit. Ulcus ergo carnis nostrę est voluptas· ebrietas· castrimargia ⁊ hmōi· q̄ luxuriante corpore in semetipso pruriente proueniunt. Nunc aūt de plaga maiori· i· exustione ignis. De quo dicitur: Ignis aduersarios consumet.

Quia plaga lepre in ci. In cicatrice exustionis leprā habent manichei q̄ in abstinentię cruciatu corpora sua exurūt· ⁊ p infidelitatē nō mūdiciā· inde ꝫ leprā gignūt.

Uir siue mulier. Qui scȝ in diuinitate errat sicut hęretici· qui nō solū patrē factoreȝ mundi negant: sed etiā actorem maloꝝ affirmant: vt manichęus.

† ꝭin spūalem intellectū. †† ꝭvt nichil retineat carnalis legis.

versa fuerit i† alborē ⁊†† totū hoīeȝ opuerit· considerabit eū sacerdos: ⁊ mundū esse decernet. Caro auteȝ

ꝭpeccatū ꝭp penitētiā

⁊ cutis in qua vlc⁹ natū est ⁊ sanatum· ⁊† in loco vlceris cicatrix apparuerit† alba siue subrufa: ducet

† ꝭactione vel ꝯsilio quo peccatū gerit' † ꝭsecta peccati. ꝭlucida ⁊ manifesta.

homo ad sacerdotē. Qui cū viderit locū leprę humiliorem carne reliqua: ⁊ pilos versos in candorem

ꝭi· mentē se ipsa humiliorē vel inferiorem. ꝭi· manifeste aīm ad maliciā mutatum.

contaminabit eū. Plaga em̄ leprę orta est in vlcere. Q si pilus coloris est pristini· ⁊ cicatrix subobscura ⁊ vicina carne non est humilior recludet euȝ septē diebus· ⁊ si quidem† creuerit: adiudicabit eū†† leprę

ꝭpenitentis. ꝭquibus suspitio defīniatur. † ꝭvel efflorerit. ꝭi· peccatū suū predicauerit ⁊ multiplicauerit †† ꝭimmundicie que creuit posteriori actione. ꝭvt nichil amplius peccet super hoc qđ penitet.

Sin aūt steterit in loco suo· vlceris est cicatrix: ⁊ homo mund⁹ erit. Caro aūt ⁊ cutis quā ignis exusserit: ⁊ sanata albam siue rufam habuerit cicatricem· cōsiderabit eam sacerdos· ⁊ ecce si versa est in alborem· ⁊ locus eius reliq̄ cute est humilior· contaminabit eum: q2 plaga leprę in cicatrice orta est. Q si pilorum color nō fuerit immutat⁹ nec humilior plaga carne reliqua: ⁊ ipa leprę species fuerit subobscura· recludet eū septē diebus: ⁊ die septimo contemplabitur. Si creuerit interim lepra cōtaminabit eū

ꝭQue ostendit qđ passus est nō q; patiatur· vn̄ raab adhuc vocatur meretrix paulus psecutor. ꝭinuidie. ꝭp penitentiā. ꝭex iracundia ⁊ homicidio. ꝭcontaminatū iudicabit. ꝭi· si non redierit ad iniquitatem. ꝭposteriori actione ꝭcontaminatū iudicabit

Sin aūt in loco suo candor steterit nō satis clarus· plaga cōbustionis est· ⁊ idcirco mūdabitur: quia cicatrix est cōbusturę. Uir siue mulier in cui⁹ capite vel barba germinauerit lepra· videbit eos sacerdos: ⁊ si quidem humilior fuerit locus carne reliqua· et† capillus flauus solitoq; subtilior· ꝯtaminabit eos q2 lepra capitis ac barbę est. Sin autem viderit locū maculę† ęq̄lem vicinę carni· ⁊ capillū nigrū· recludet eū septē dieb⁹: ⁊ die septimo intuebitur: si non creuerit macula· ⁊ capillus sui coloris est· ⁊† loc⁹ plagę carni reliquę ęqualis: radet' homo absq; loco maculę· ⁊ includet' septem diebus aliis. Si die septimo visa fuerit stetisse plaga in loco suo· nec humilior carne reliqua: mundabit eum.† Lotisq;†† vestib⁹ suis mundus erit. Sin autē post emundationē rursus creuerit macula in cute· non quęret amplius vtrum capillus in flauū sit colorē cōmutatus: q2 apte immund⁹ est. Porro si steterit macula· ⁊† capilli nigri fuerint· nouerit hoīeȝ esse sanatum: ⁊ confidenter eū pronūciet mundum. Uir ⁊ mulier in cuius

Duo milia quadringenti. Alt. In vasis argenteis que omnia duo milia ⁊ quadringētos siclos pondere sanctuarij habent: perfectā doctrinam verbi dei: que in duobus testamētis consistit accipimus. cui si recte obedierimus: quadriga virtutū .i. prudentia. iusticia. fortitudine. ⁊ temperantia. ad eternam beatitudinem nos perducit. Millenarius enī duplicatus ostendit q: duo testamenta nobis ad beatitudinem viam demonstrant. Quadringenta vero ꝙ cum pfectione bonoꝝ operū in quadriga virtutum illuc peruenimus. nisi enim bonis actibus curratur illuc non peruenitur.

Mortariola. Alt. Mortariola aurea duodecim. quoꝝ singula denos siclos habēt: ⁊ simul omīa auri centū viginti siclos: corda electoꝝ significant scientiam legis in omnibus seruare scdm apostolicā doctrinam. Duodecies enim deni .c.xx. faciunt. quo numero primitiua ecclesia in hierusalē spiritū paraclitū accepit. Vñ subditur pōdere sanctuarij. Sanctuariū enim ecclesia est: cui⁹ regulam fidei ⁊ intelligentie sequētes oīa que in lege ⁊ ꝓphetis scripta sunt: nobis salubria esse credimus. Quidquid aūt extra ecclesie vnitatē sentitur ⁊ intelligitur aut seruatur: aīe damnationem parit.

Boues de ar. Boues. arietes. ⁊ agni. duodenario nūo comprehensi: illos significant qui vel ī officio doctoris vł principatu alicuius honoris. vel simpliciter viuentes oīa scdm doctrinam apostolicaꝫ ⁊ propheticam agere student.

Hyrci duodecim. Hij sunt q̄ penitentiam student scdm regulam apostolice fidei perficere.

sunt a principibus israel in die q̄ consecratuꝫ est. Acetabula argentea duodeci. Phiale argētee .xij. Mortariola aurea duodeciꝫ. ita vt centū triginta argenti siclos haberet vnum acetabulū. ⁊ septuaginta siclos vna phiala .i. i cōmune vasoꝝ omnium ex argēto sicli duo milia. quadringēti pondere sāctuarij. Mortariola aurea .xij. plena icenso. denos siclos appendentia pondere sanctuarij .id est. simul auri sicli centū viginti. Boues de armento in holocaustum duodecim. Arietes duodeciꝫ. Agni anniculi duodecim ⁊ libamēta eorum. Hyrci .xij. pro peccato. Hostie pacificoꝝ. Boues viginti quattuor. arietes sexaginta. hirci sexaginta. agni āniculi sexaginta. Hec oblata sunt in dedicatiōe altaris quando vnctum est. Cunqꝫ

Boues .xxiiij. In his spiritualis scientia cū bonorum operū perfectione significatur. q: .xxiiij. quot horis cursus diei pagitur. lumen sciētie ⁊ fidei omni christiano necessariū esse significant.

Sexaginta. Sexagenarius .i. sexies denarius perfectōem mandatorum monstrat. Necesse est enim vt prelati subditi ⁊ penitentes omnia scdm ecclesie doctrinā faciant: quatinus oblatio eoꝝ ritum ⁊ ordinem teneat pacificoꝝ: vt dei gratiam mereant̄ nō offensam.

Cunqꝫ ingrederetur. Greg. Quid est ꝙ moyses crebro intrat ⁊ exit: nisi ꝙ is qui intus in contēplationem rapitur: foris infirmantiū negotijs vrgetur. Intus archana dei considerat: foris onera carnalium portat. Qui de rebus dubijs semper ad tabernaculū recurrit: corā testimonij arca dominū consulit. exempluꝫ prebens doctoribus: vt cū foris ambigūt quid disponant: ad mentē quasi ad tabernaculuꝫ semp redeāt. ⁊ velut coram arca testimonij deum consulant. Sed de his in quibus dubitant apud se: intus sacri eloquij paginas requirant. Vnde. Christus ī monte orationi inheret. miracula in vrbibus exercet. imitationis viam bonis rectoribus sterneas: vt si iam summa cōtemplando appetunt: necessitatib⁹ tamen infirmantium cōpatiendo misceantur. Quia tunc ad alta caritas mirabiliter surgit: cū ad ima proximorum misericorditer se attrahit. Et quō benigne descendit ad infima: valenter recurrit ad summa.

De propiciatorio. Quia per gratiam diuine ꝓpiciatiōis post culpam preuaricatōis aperuit nobis deus viam veritatis.

Inter duos cherubin. Quia per angelicam visionem nō in sua substantia apparuit de⁹ moysi. Vnde. Lex ordinata per angelos in manu mediatoris. Vel quia per vtrunqꝫ testamentum consona voce ad fideꝫ veritatis nos erudit. Vel quia p filiū qui in medio duum testamentorū ī carne apparuit: locutus est pater hūano generi.

† .s. predicatores. popl̃i. doctores. † .s. scripturā sanctā .s. meditando. vñ loquitur deus.

ingrederet† moyses † tabernaculū federis vt consuleret oraculum: audiebat vocem loquentis ad se de propiciatorio quod erat super arcam testimonij inter duos cherubin: vnde ⁊ loquebatur ei.

C. .VIII.

Locutusqꝫ ē dominus ad moysen dicēs: Loquere ad aaron ⁊ dices ad eum: Cum posueris septem lucernas candelabrū in australi pte erigatur. Hoc igit̄ precipe vt lucerne contra boream e regione re-

.s. scripturā sacrā euāgelij.

spiciat ad mensam panum ꝓpositionis: contra eam ptem quā candelabruꝫ respicit lucere debebūt. Fecitqꝫ aarō ⁊ iposuit lucernas super cādelabrū vt p̄ceperat dñs moysi. Hec autem erat factura cādelabri ex auro ductili tā medi⁹ stipes

C. .VIII.

Septē lucernas. Septem dona spiritussancti: que in christo semper manserunt. ⁊ in membris p voluntate eius distributa sunt.

Ad mensam. Beda. Mēsa ⁊ candelabruꝫ temporalia dei beneficia quibus reficimur ⁊ illuminamur: vt his confortati crescente gratia meritoꝝ: ad panē angelorum in celis mādu candum: ⁊ videndā veram dei lucem perueniamus. Hec sūt extra velum. quia in hac tātū vita scriptura. ⁊ doctoribus. ⁊ ceteris sacramentis īdigem⁹. In futuro autem dominus palam de patre nobis annūciabit .i. palam patrē ostendet nobis. Latus tabernaculi meridianum antiquā dei plebeꝫ significat. que prior luceꝫ diuine cognitionis. ⁊ fervoreꝫ dilectionis accepit. Septētrionale vero congregatam de gentibus ecclesiam que diuti⁹ in tenebris mā sit. Recte ergo cādelabrum quod est in parte australi gratiam priori populo dataꝫ significat. Mensa vero ī pte aquilonis data nobis beneficia dei. Bene ergo candelabrum cōtra mensam positum: quia scriptura legis ⁊ ꝓphetarum ad gratiā euangelij respicit perhibens ei testimonium.

Super candelabrum. Christum. scꝫ. primo genitum de radice iesse. super quem requieuit spiritus sapientie ⁊ intellectus. spiritus consilij ⁊ fortitudinis ⁊c.

Ex auro. Quia christus specialiter immunis a peccato: ⁊ operibus iusticie preclarus ⁊ membra innocentiam que vt valent imitantur in futuro perficientur.

Ductili. Quia christus ex conceptione ⁊ natiuitate perfectus deus ⁊ homo extitit. passionum dolores pertulit. ⁊ sic ad resurrectōnis gloriam peruenit. ⁊ omnes qui pie viuere volunt in illo quasi metallum feriendo dilatatum per passionis contumelias ad immortalitatis gratiam perueniunt.

Stipes. Christus. scilicet. de quo procedunt calami. quia ab ipso accipiunt iusti quidquid habent boni. Vnde. Sine me nichil potestis facere.

Tolle leuitas. Mistice. Ordinem ecclesiasticum istruit: quomodo rite prouehatur ad dignitatem sacerdotij.

Pilos carnis. Greg. Pili carnis sūt q̄libet supflua hūanę carnis vł vitę veteris cogitatiōes. Quas sic a mēte icidim⁹: vt de amissione earū nullo dolore fatigemur. Leuita autē assumptus dicit̄. Oportet ergo leuitas omnes pilos carnis suę radere. q: qui in obsequijs dei assumitur: ante oculos dei a cunctis carnis cogitationibus mūdus dēt apparere. ne illicitas cogitatōes mens pferat ⁊ pulcram anī speciē quasi pilis fuscantibus deformem reddat. Sed quāuis virtus sanctę cōuersationis quēlibet euexerit: adhuc tamen ei de vetustate vitę nascitur qd̄ toleret. vn̄ ⁊ ipsi leuitarū pili radi precipiuntur non euelli. Rasis enī pilis i carne radices remanēt ⁊ crescunt vt itez recidātur. Quia magno studio superflue cogitationes amputande sūt: sed amputari funditus nō possunt. Semp ei generantur supflua: que spiritus ferro solicitudinis recidat. Sz h̄ in nobis subtili⁹ agimus. cum speculationis alta penetramus.

Lauerint. Mūdauerunt scz opera; vt in cōspectu dei sit eorū cōuersatio munda: ⁊ corā hominibus irreprehensibilis.

Bouem. Mediatorem dei ⁊ hoīm cuius immolatōe peccata nr̄a deleta sunt In vtroq̄ boue īcarnatio eius significat̄. Vna em̄ passio xp̄i: sed duo nobis impetrauit. expiationē. s. a peccatis ⁊ sanctificationē. vt nos offerret deo sanctificatos quidem carne: viuificatos autem spiritu. Unde paulus. Sz abluti estis. sed sanctificati estis in nomine domini hiesu. Possunt p hos duos boues; quorum vnus pro peccato; alter offertur in holocaustū: duę actionū spēs exprimi. q̄rū vna q̄ male gessim⁹ p pęnitētię lamentum abluimus. altera bonoꝝ operum ⁊ virtutum fructibus gratiam dei ⁊ premium beatitudinis promeremur.

Libamentum. Sacramentū passionis: quod spiritali scientia ītellectum atq̄ tractatum fidelibus saluberrimū ⁊ deo gratissimū est. Si tamen talibus misterijs pcipiendis minister dei intus forisq̄ se mundum ⁊ dignum prebuerit.

Et applicabis. Applicantur leuitę coram tabernaculo fęderis: cuz electi ad officium altaris scd̄m apostolicaz doctrinā perducuntur. qua in verum tabernaculum intratur. si. s. iuxta doctrinam ⁊ exempla sanctorum bene inceperint: ⁊ vsq̄ ad finem perseuerauerint.

q̄ cuncta quę ex vtroq̄ calamoꝝ latere nascebantur. Juxta exēplū qd̄ domin⁹ ostendit moisi ita operatus est candelabrū. Et locutus est dominus ad moysen dicens: Tolle leuitas de medio filioꝝ isrł ⁊ purificabis eos iuxta hunc ritū
baptisimi. s. vel lacrimarū quibus abluūtur peccatorum macule.
Aspergantur aqua lustratōnis ⁊
non euellāt. quia remanent radices vnde iterū crescant. | cogitatōes veteris vite.
radant omnes pilos carnis suę. Cumq̄ lauerint vestimenta sua ⁊
dn̄icū corpus. | patriarcharū et ,pphe
mundati fuerint tollāt bouē de
tarū ,pgenitū.
armentis. ⁊ libamentū eius similā oleo conspersam. Bouem autem alterum de armento accipies pro peccato. ⁊ applicabis leuitas coram tabernaculo fęderis cōuocata omni multitudine filioꝝ israel. Cumq̄ leuitę fuerint corā dn̄o: ponent filij isrł man⁹ suas sup eos. ⁊
verus montanus. i. christus.
offeret aaron leuitas munus i cō
assumptos.
spectu domini a filijs israel: vt seruiant in ministerio eius. Leuitę quoq̄ ponent manus suas super capita boum: e quib⁹ vnū facies pro peccato. ⁊ alterum i holocaustum domini: vt depreceris ,p eis

Statuesq̄ leuitas in conspectu aaron ⁊ filioꝝ eius. ⁊ consecrabis oblatos domio ac sepabis de medio filioꝝ israel: vt sint mei. ⁊ postea ingrediātur tabernaculum fęderis vt seruiant mihi. Sicq̄ purificabis ⁊ consecrabis eos in oblationē domini. qm̄ dono donati sunt mihi a filijs isrł. Pro primogenitis quę aperiunt oēm vuluā in israel accepi eos. Mea sunt em̄ omnia primogenita filiorū israel tam ex hominibus q̄ ex iumentis Ex die quo percussi omne primogenitū in terra ęgypti sanctificaui eos mihi. ⁊ tuli leuitas pro cūctis primogenitis filioꝝ isrł. ⁊ tradidi eos dono aaron ⁊ filijs eius de medio populi ut seruiant mihi ,p isrł in tabernaculo fęderis. ⁊ orēt pro eis ne sit in populo plaga. si ausi fuerint accedere ad sanctuarium. Feceruntq̄ moyses ⁊ aarō ⁊ omnis multitudo filiorūz israel super leuitas quę pręceperat dominus moysi. Purificatiq̄z sunt

Ponent. Quia electioni deuotionis suę debent assensum prebere: ⁊ ad imperium eorum bonis operibus instare.

A filijs israel. Sub multorum. scz testimonio ⁊ cognitione facienda ē electio: vt examinatio digna celebretur: vt nemo reprehendere possit Debent enim testimoniū habere bonum etiam ab hijs qui foris sunt.

Leuitę quoq̄ ⁊c. Quia ministri domini pprio labore initia bonorum operum domino consecrare festinant: vt siue pęnitentia sit agenda: siue studia virtutum exercenda efficaciter pficiant.

Separabis. Non debet minister domini cōtentus esse populari disciplina. Moribus ⁊ doctrina separatus ⁊ spectabilis dēt esse.

Omne primogenitū i. All'. Pri. Primogenita ęgyptiorum vicioꝝ primordia sunt: quibus humana vita corrūpitur. Omnis enī anima cū ad supplementuz ętatis peruenerit ⁊ velut quedaz naturalis lexī ea sua iura defendere cęperit: primos motus scd̄m desideria carnis producit: quos concupiscentię carnis vel irę fomite vis īcentiua cōmouerit. Unde q̄si proprium ⁊ pręcipuū de christo dicit̄. Butirum ⁊ mel comedet priusq̄ faciat aut pferat maligna: eliget bonum. Quoniā priusq̄ sciat puer bonū aut malū resistet malicię: vt eligat qd̄ bonum est. Dauid aūt de semetipo dic̄. Delicta iuuentutis meę ⁊ ig. m. ne. me. Quia ergo primi aīmę motus scd̄m carnē ,plati in peccatum ruunt: merito ęgyptiorū primitiua dicuntur quę extinguūtur. Sed reliquę vitę cōuersatio emendatiorem dirigat cursum.

Extinctis vicijs: quę sunt primogenita dyaboli. vel operibus carnis: quibus inquinatur natura: boni mores substituendi sunt. Preterea minister dei debz perfectioribus moribus instrui. q̄ multitudo plebis. Jdeo enim pro primogenitis ęgyptiorum primogenita israelitarum offeruntur. ⁊ pro primogenitis filiorū israel: leuitę in seruitium domini assumuntur: vt pro peccatrice vita iusta ⁊ pro iusta sancta ⁊ probata ⁊ pfecta exhibeatur. vt altaribus christi ⁊ diuinis misterijs verus leuita digne possit aptari.

Ut seruiant ⁊c. Videāt ministri domini q̄ necessariū sit eis officij sui iura custodire. Nec terrenis lucris: vel voluptatibus inhiare: quibus proprium est tabernaculo deseruire: ⁊ pro populo orare: ne sit ī eo plaga disperdens. alioquin ⁊ se ⁊ populum in perditōem pręcipitant. ⁊ dicit̄ eis. Munus non suscipiam de manu vestra.

A uigintiquinq;. Isi. A vicesimo ⁊ quinto ãno mandant leuite tabernaculo seruire. ⁊ a quinquagenario custodes vasorum fiũt. Per vicesimum ⁊ quintũ annum: ĩ quo flos iuuentutis oritur: cõtra vnumquẽq; viciorũ bella signantur. Per quinquagenariũ iterna quies domito bello mentis signat. Per vasa tabernaculi fidelium anĩe. Leuite ergo a vicesimoquinto anno tabernaculo seruiunt. ⁊ a quinquagenario custodes vasorum fiunt. vt qui adhuc impugnantiũ viciorum certamina per consensum delectatõis tolerant: aliorũ curam suscipere nõ p̄sumãt. Cum vero temptationũ bella subegerint cum apud se iam de intima trãquillitate sunt securi: animarũ custodiam sortiant. Sed quis hec pfecte subigat cum paulus dicat. video aliam legem in membris meis repugnantẽ legi mentis mee ⁊c. Sz aliud ẽ bella fortiter perpeti: aliud eneruiter expugnari. In istis excitatur virtus ne extolli debeant: in illis omni modo extinguitur ne subsistant.

⁊ lauerunt vestimenta sua. Eleuauitq; eos aaron in conspectu dñi ⁊ orauit pro eis: vt purificati ingrederentur ad officia sua ĩ tabernaculum federis corã aaron ⁊ filijs eius sicut preceperat dñs moisi. Locutusq; est dominus ad moysen dicens: Hec est lex leuitarũ: A viginti quinq; annis. ⁊ supra ingredietur: vt ministrẽt ĩ tabernaculo federis. Cumq; quinquagesimũ annum etatis impleuerit: seruire cessabũt: eruntq; ministri fratrũ suorum in tabernaculo federis vt custodiant que sibi fuerint cõmendata. opera autez ipsa non faciãt. Sic dispones leuitas in custodijs suis.

(Interlinear glosses: de leuitis: ita factum est. — cũ insurgunt cuiq; viciorum bella. — seruiant. s. in ecclesia. nõ presint. — id ẽ. cũ quietem internã habuerint. — sopito viciorũ bello. — custodes animarum. — a deo.)

C. .IX. Faciant. Be. Faciant filij isrl' phase in tẽpore suo. xiiij. die in. h. ⁊c. Qũ ĩ veteri testamento tribus indicijs paschale tps obseruetur: vt post equinoctiũ. s. ⁊ mẽse primo tercia eius septimana. i. a vespa qrtedecime lune (qd est initium quintedecime) vsq; ad vesperam. id ẽ. terminum. xx. prime lune celebretur: quarta regula nobis est a resurrectõe xp̄i imposita: vt cum equinoctio transcenso lunam primi mensis decimoquarto oriri vespere viderimus: non statim pascha faciamus sed dominicũ diem quo ipse pascha. i. transitum de morte ad vitam resurgendo celebrauit: expectãtes in ipso pascha: celebremus. Et siquis obiecerit nõ equinoctij memoriã: sed tantum primi mensis ⁊ tercie septimane posuisse legiferum. sciat qz etsi equinoctium nomĩatim nõ exprimit: in hoc tñ q a plenilunio primi mensis pascha fieri p̄cipit: equinoctij transcensum depromit. Nã constat eam que prima transito equinoctio plenũ globũ ostendit: primi mensis existere lunã. Quotiens ergo diem dominicũ mox aduentãte quindecima luna habemus: nihil nostrũ tẽpus paschale dissonat a legali. quãuis alijs sacramentorũ generibus pascha colim⁹. Quotiens vero secũdo vel tercio vel quarto vel quinto vel sexto vel septimo. ab hinc die idẽ dñicus occurrit: nec tunc legẽ ⁊ pphetas soluimus. Nam sicut paschaliũ obseruantia cerimoniarum: ita etiã tempus quo agi precepta est: sacra misteria redolet. In primis enĩ equinoctiũ transgredi iuxta legis decretũ curamus: vt solennitas (in qua xp̄s destructa potestate tenebrarũ mundo lucis iter apuit) ipso tempis ordine foris ostendat q̃d ĩtus habeat. Et que nobis eterne beatitudĩs lumẽ pmittit: tunc maxime celebret: cũ sol annuo pficiens incremento. primã sumit de noctis vmbra victoriam. Deinde primũ mensem anni: q̃ ⁊ nouorũ vocatur: in quo pascha celebremus: attendim⁹. In quo. s. mũdus iste formatus. ⁊ primus homo in paradisi sede locatus: qz p hanc solennitatẽ primã stolã ⁊ primũ regnũ a quo in longinquã regionẽ discessim⁹ nos recepturos speram⁹. vñ petr⁹ Celos aũt nouos. ⁊ terrã nouã. ⁊ pmissa illi⁹ expectamus. Et alibi. Ecce noua facio omnia.

Be. Deinde terciã septimanã obseruamus: qd dominice resurrectiõi cõgruit. que tercõ die facta ẽ. ⁊ tercio tpe seculi. i. cũ gratie celestis aduẽtu tota eius in carne dispensatio per resurrectionis gloriam cõsummata mũdo apparuit. Prima enĩ seculi tempora lege naturali per patres. media lege litterali: vel pphetis. extrema carismate spiritali p seipsũ illustrauit.

Beda. Ipa quoq; lune cõuersio sacramentũ celeste nobis significat Luna enĩ rotundi scematis a sole lumẽ accipit. Ideo semp dimidio orbe quẽ ad solem habet: lucida est. Altero vero dimidio semp obscura. A prima vsq; ad quintãdecimã lucis incrementũ ad terras: defectum vero habet ad celos. Habet a quintadecima vsq; ad nouissimã ecõuerso. que ei⁹ cõuersio recte paschalis gaudij significat misteria: quibus omnẽ mentis nostre gloriã a terrenis auertere: ⁊ ad solam gratie celestis lucem suspendere docemur. Vel crescẽs ad humanos oculos lumẽ lune virtutũ gratiam: quib⁹ apparẽs dominus ĩ carne mũdo refulsit: insinuat. De quibus dicit. Et hiesus pficiebat etate ⁊ sapientia ⁊ gratia apud deum ⁊ hoĩes Reuertens vero ad celos resurrectõnis ⁊ ascensionis gloriã: q̃ in se quidez mox pfecta puenit: sed ĩ aĩo fidelium quibusdam lucis sue profectibus vsq; ad finem seculi crescit. Resurgẽs enĩ dominus: primo singul'. postea binis. deinde pluribus. modo septem. modo vndecim. modo duodecĩ modo plusq; quingẽtis fratrib⁹ simul. ad vltimũ discipulis omnib⁹ apparuit. Quibus videntibus ĩ celum ascensur⁹ precepit eos dispensatõis sue testes esse vsq; ad vltimum terre.

C. .IX. Locutus est dominus ad moysen in deserto synai anno scdo postq; egressi sunt de terra egypti mense primo dicens: Faciant filij israel phase ĩ tempe suo decimaquarta die mensis hui⁹ ad vesperã iuxta omnes cerimonias ⁊ iustificationes eius. Precepitq; moyses filijs israel vt facerent phase. Qui fecerũt tempe suo. xiiij. die mẽsis ad vesperam in monte synai. Iuxta omnia que mandauerat dñs

Bene e aũt luna cuz ad nostros crescit oculos: paulatim a sole recedit. cum vero ad celos: paribus spacijs ad eum redit. Hoc est enim qd ait. Exiui a patre ⁊ veni in mundũ. ⁊ iterum relinquo mundũ ⁊ vado ad patrez. Et dauid ait. A summo celo egressio eius. ⁊ oc. e. vs. ad sum. e. Quia ergo luna lucis incremento qd exiens a sole ad nostros reuoluit obtuitus xp̄i in carne vsq; ad passionẽ doctrinã ⁊ virtutes significat. Eo aũt q ad solem rediens: paulatim ad inuisibilẽ nobis celi faciem recolligit: resurrectionis ⁊ posterioris glorie miracula demõstrat. Merito quindecima paschali gaudio adaptatur.

Be. His quidẽ pasche vel phase a lege assũptis indicijs: heredes noui testamenti etiam diem dominicam adnectimus: quia ⁊ conditõe primitiue lucis excellit. ⁊ triumpho dominice resurrectõis.

Be. Septem quoq; dies lune. i. a quindecima die vsq; ad vicesimã primã p quos ea dominica naturali ordine decurrit: vniuersitatẽ ecclesie per totũ mundũ paschalibus misterijs redempte significat. Septenarius enim vniuersitatẽ significat. Vnde. Septies in die laudem dixi tibi. hoc est. Semper laus eius in ore meo. Vnde ⁊ iohãnes septem ecclesijs asie scribens: vniuersalis ecclesie misteria demonstrat. vnde singulis hortamẽta conscribens vigilanter repetit. Qui habet aures audiẽdi audiat quid spiritus dicat ecclesijs. quasi. qd vni dico. omnibus dico.

Idẽ. In nomie quoq; pasche. vel phase ammonemur moraliter: vt de vicijs ad virtutes transeamus. In mense autem nouorũ (in quo adulti fructus aduentu suo pnunciant veterũ cessationem) vt exuamus veterem hominem cũ actibus suis: ⁊ induamus nouum. ⁊ vegetati diuersarũ varietate virtutũ: earũq; folijs velut amene arboris adumbratõe velati: tãq; lete ⁊ fructifere segetes pullulemus. In plenilunio: vt pfectũ splendorem fidei ⁊ sensus gerentes a peccati tenebris segregemur. In reuersa luce ad celos: quod a quindecima luna incipit: vt quanto magni sumus humiliemur in omnibus dicẽtes: gratia dei sum id quod sum. Que gratia supni

muneris qꝛ tercio tpe sctī maīfesti⁹ effusa ē: pulcherrime figurę ꝯsequēti tric lunę hebdomadę lumē ipsi⁹ qđ eaten⁹ ad terras creuerat: ad celestia crescē īchoat. Pulchre hāc hebdomadē ī pascha obfuare ꝑcipimur: vt acceptę gratię memores p singulos gradus spiritalis transitus largitori illius vicem rependamus.

Uel in crescente ad homines luna: vita actiua. in reuersa ad celos: speculatiua ostenditur. Uel in hac cōuersione dilectio proximi: in illa dei. Uel huc ꝯuersus lucis profectus ammonet: vt bona foris operemur. illuc porro: vt eadem opera solo superne mercedis intuitu faciamus. Huc vt luceat lux vestra coram hominibus: vt videant opa vestra bona. illuc vt glorificēt patrē vestrum qui in celis est. In vna sabbati q̄ noui testamenti ꝓpria solennitas ē: instruimur vt spe futurę nostrę in christo resurrectōis patiēter omīa pro xp̄o ⁊ ipaꝫ mortem toleremus. Quia si spiritus ei⁹ qui suscitauit hiesum a mortuis habitat in nobis: ⁊ viuificabit mortalia corpora nostra. Cuius spiritus (qꝛ septiformis ē grā) potest eodem septem dierū lunarū numero: quo vna sabbati dies dominica circūfertur: conuenienter intelligi.

Ecce quidam imundi su. a. ho. ⁊c. Aug. Cunq̄ pasche tempe quidam imundi essent sup animam hominis. ⁊ quęrerent quomodo pascha facerent: qꝛ oportebat eos ab immundicia septem diebus purificari scđum legem: consulit dominum moyses. Et rn̄sum accepit vt cuicunq̄ hoc accidisset: vel longe remotus occurrere non posset: alio mense pascha faceret ꝓpter diem mensis quartūdecimū vbi lunę numerus obseruabatur. Sed si quęratur quid facerent: si forte talis immundicia ad scđm etiam mēsem occurreret? Puto quod dictum est de mense secundo tanq̄ regulariter fuisse retinendū: vt tercio mense obseruarent. Aut forte si pascha non egissent: ad culpam non pertineret.

Moysi fecerūt filij israel. Ecce aūt quidam imundi sup animā hōis qui non poterant facere pascha ī
[vel phase.]
die illo accedentes ad moysen ⁊ aaron dixerunt eis. Immundi sumus super animaꝫ hōis:
[propter contactū alicuius morticini.]
quare fraudamur vt non valeam⁹ oblationem offerre domino ī tempore suo inter filios israel? Quibus respondit moyses. State: vt consulam quid pręcipiat dominus de vobis. Locutusq̄ est domin⁹ ad moysen dicēs: Loquere filijs isrl. Hō qui fuerit † imund⁹ sup aīam. siue in via † procul ī gente vestra: faciat phase domino in mense secundo decimaquarta die mensis ad vesperā cum azimis ⁊ lactucis agrestibus comedēt illud. Non relinquent ex eo quippiam vsq̄ mane. ⁊ os eius non confringent. Omneꝫ ritum phase obseruabūt. Si quis autem mundus est. ⁊ in itinere non fuit. ⁊ tamen non fecit phase: exterminabitur anima illa de populis suis: quia sacrificium non obtulit domino tempore suo. Peccatū suum ipe portabit. Peregrinus quoq̄ ⁊ aduena si fuerit apud vos: faciat phase domīo iuxta cerimonias ⁊ iustificatōes ei⁹. Pręceptum idem erit apud vos tam aduenę q̄ indigenę. Igit die qua erectum est tabernaculū operuit illud nubes. A vespere auteꝫ super tētorium erat quasi species ignis vsq̄ mane. Sic fiebat iugiter. per diem operiebat illud nubes. ⁊ per noctē quasi spēs ignis. Cunq̄ ablata fuisset nubes que

[† gentilis. in anima pollutus cum omnibus vicijs. et demonibus fornicatus.]
[† a deo. qꝛ sine fide vnius dei sine lege]
[mundi.]
[resurrectōis]

State ut cōsulam. Greg. Moyses crebro de rebus dubijs ad tabernaculum recurrit relictis turbis. Ad tabernaculū redire est postpositis exteriorum tumultibus secretū mentis intrare. Ibi enim dominus consulitur. ⁊ quod foris agendum est publice: intus silenter auditur. Hoc quoq̄ quotidie boni rectores faciunt: cum se res dubias discernere non posse cognoscunt. ⁊ ad secretum mentis velut ad quoddā tabernaculū redeuntes diuina lege perspecta quasi coram posita arca dominum consulunt. Et quod prius intus tacentes audiunt: foris postmodum agentes innotescūt. Ut enim exterioribus īoffense deseruiant: ad secreta cordis recurrere incessabiliter curant. ⁊ sic vocem domini quasi per occultam inspiratōeꝫ audiunt: dum in meditatōe mētis a carnalibus sensibus abstrahunt.

Homo qui fuerit imundus. Isid. Pręcipitur vt qui longi⁹ habitabant: vel immundi in anima fuerant: in secundo mense pascha faciant. quia gentiles cum omnibus demonibus fornicati immundi erant: ⁊ a deo remoti. Sed salubri confessione mundati ad secundā natiuitatē: quasi ad secundū mensem transire pręcipiuntur.

Raba. Immundus est in anima: qui a dyabolica illusione per ydolorum culturam: ⁊ peccatoꝝ enormitatē polluitur. In via procul est: qui verbum salutis audiens: ydola deserere: ⁊ fidem percipere elegit: sed nondum ad baptismū peruenit: quo intratur in ecclesiam. i. hierusalem vrbē pacis. vbi domini templum: ⁊ sancta sanctoꝝ. In vna enim domo carnes agni iubent comedi. qꝛ extra ecclesiam non licet edere corpus christi. Gentilis ergo popul⁹ (qꝛ ꝓmū pascha ꝫm legē agere non potuit) in secundo mense. i. tempore gratię iam purgatus ab omni īmundicia peccatoꝝ: domiq̄ restitutus: vbi liceꝫ facē phase: ad vesperam mūdi cū azimis ⁊ lactucis agrestibus agnū comedit.

Asimis. Azima comedit q̄ recta opera sine corruptiōe vanę glorię facit: ⁊ mandata misericordię sine pcī admixtione.

Agrestibus. Quia cū corpus xp̄i accipimus: pro peccatis compūgi debem⁹ vt amaritudo pęnitētię abstergat amoreꝫ peruersę vitę.

Omnem ritū. Quidquid ī lege hystorialiter pręceptum est in celebratōe pasche: ecclesia spiritualiter obseruat.

Obseruabūt. Quia eius dicta solicite sunt discutiēda vt in pręsenti vita ī telligendo ⁊ operando penetrentur.

Exterminabitur. Hos qui sub lege erant cōminando īstruit: ne tps paschę obseruare negligant. Nos quoq̄ āmonet vt spiritnale pascha suo tempore faciamus. de quo paulus ait. Ecce nunc tempus acceptabile ⁊c. Quia quisq̄s redemptōem humani generis quę veri agni immolatōe facta est: fide digna nō celebrauerit: ⁊ vitam suam in meliora nō cōuerterit: ⁊ a vicijs ad virtutes nō transierit tempe huius mortalitatis: ad resurrectionis gloriā in fine veris cultoribus christi tribuendam non ptinebit: sed exterminabitur a consortio sanctoꝝ.

Peregrinus. Ostendit nullam distantiā esse ꝑsonarū apud deū. Quicūq̄ enim ad fidem catholicā cōuersus: ⁊ xp̄i baptismate ablutus: ecclesię vnitatē intrauerit: ecclesiasticis poterit cōicare misterijs.

Nubes. Isi. Christus est columna: qui rectus ⁊ firmus. ⁊ fulciens infirmitatē nr̄am. p noctem lucens. per diē non lucens. vt qui nō vident videant. ⁊ q̄ vident ceci fiant. Christi quoq̄ sacramentū tanq̄ in die manifestum est. in carne: velut in nube. in iudicio vero tanq̄ in terrore nocturno. Quia tunc erit tribulatio magna tanquā ignis. ⁊ lucebit iustis. ⁊ ardebit iniustis.

Uisti. Incarnatio xp̄i cui⁹ clementia tabernaculū ecclesię ptegit. bonitas statum disponit. prudentia in via hui⁹ sęculi transitū dirigit.

Spe. In igne terror. in nube lene visionis blandimentū. Dies vita iusti. nox vero peccatoris. Unde. Fuistis aliquando tenebrę: nunc auteꝫ lux in domino. In die ergo per nubem columna monstratur. in nocte per ignem. quia deus blandus iustis: terribilis apparebit iniustis. Hos ī iudicio veniens per lenitatis mansuetudinem demulcet: illos per iusticiam

districtionis terret. Aliter. Columna nubis in heremo populum preibat splendore ignis nõ in die: sed in nocte radians. quia christus sue cõuersationis exemplo ducatũ sequentibus prestans: de iusticia sua confidentibus nulla luce claruit. peccatoꝝ suoꝝ tenebras agnoscentibus igne sui amoris infulsit.

Per uerbum. Significatõnem nubis: que erat signuz diuine volũtatis: sic vox loquentis.

C. X. Fac tibi duas tubas ⁊c. Isid. ⁊ paulo post. Cum cõcisus clangor icrepuerit: mouebunt castra ⁊c. Per duas tubas exercitus ducitur: q2 per duo testamenta. vel duo caritatis precepta ad procinctum fidei populus euocatur. Que ideo argẽtee fieri precipiuntur vt predicatoꝝ verba eloquij nitore refulgeant: ⁊ auditorũ mentem nulla sui obscuritate confundant. Iõ aũt ductiles. quia necesse est vt qui venturam vitam predicãt: per tribulationũ presentiuz tunsiones crescant. Bene aũt dr. Cum concisus clangor icrepuerit mouebuntur castra. Quia cum subtilior ⁊ minutior predicatõ tractatur: auditoꝝ mentes ad tẽptationum certamina ardentius excitantur.

Si semel clangueris. Rab. Semel tubis clangere ẽ verbum doctrine ꝑm vnitatem fidei: ⁊ concordiaz sensus catholici ꝓferre. Ad hunc sonum principes ⁊ capita multitudinis debent conuenire. vt q̃ presunt ceteris fide ⁊ dilectõne vniti de salute sua ⁊ suoꝝ fideliter disputent. pacis ⁊ concordie exemplum demonstrent. Ne sit i eis zelus ⁊ cõtentio sed idipsuz dicãt omnes in eodem sensu. ⁊ in eadẽ scientia.

Primi. Quibꝫ scz. lux fidei primum infulsit. Ordinatis ergo euangelij predicatoribus: primum eis dicitur. In viam gentiũ ne abieritis: sed ite ad oues que perierunt domus israel: quibus ipse xp̃s. s. presentialiter euãgeliũ predicauit. Post resurrectionem vero discipulis apparens ait. Euntes docete om̃es gentes ⁊c. Tribus ergo iuda cum ceteris qui secum ad orientem habitabant primum castra mouebat: Deinde cetere scd̃m ordinem suuz. Quia primum in iudea oportuit primitiuam ecclesiã cõstrui. post de cunctis orbis nationibus gentes ad fidem cõuocari.

tabernaculũ protegebat: tunc ꝓficiscebant filij israel. ⁊ i loco vbi stetisset nubes: ibi castrametabãtur.

(ad signũ. s. nubis standi vel mouendi ꝑ q̃d deus precipiebat. vel stare. vel moueri.)

Ad imperiũ domini ꝓficiscebantur. ⁊ ad iperiũ illius figebãt tabernaculuz. Cunctis diebꝰ quibus stabat nubes super tabernaculum manebant in eodẽ loco. et si euenisset vt multo tẽpore maneret super illud: erant filij israel in

(custodientes. s. preceptũ dñi.)

excubijs domini. ⁊ nõ ꝓficiscebantur quotquot diebꝰ fuisset nubes super tabernaculũ. Ad imperium domini erigebant tẽtoria. ⁊ ad iperium illius deponebãt. Si fuisset nubes a vespere vsq3 ad mane: ⁊ statim diluculo tabernaculũ reliquisset ꝓficiscebantur. Et si pꝰ diez ⁊ noctẽ recessisset: dissipabãt

(al. si vero biduo aut vno mense.)

tentoria. Siue duobus siue vno mense vel longiori tẽpore fuisset super tabernaculũ: manebãt filij israel in eodem loco. ⁊ nõ ꝓficiscebantur. Statim aũt vt recessisset mouebant castra. Per uerbũ domini figebant tentoria. ⁊ ꝑ verbũ eius ꝓficiscebãtur: erantq3 in excubijs domini iuxta imperiũ eius per manum moysi.

C. X.

Locutusq3 ẽ dominus ad moysen dicens: Fac tibi duas tubas argenteas ductiles: quibus conuocare possis multitudinẽ quando mouenda sunt castra. Cumq3 icrepueris tubis cõgregabitur ad te oĩs turba ad hostiũ tabernaculi federis. Si semel clangueris: venient ad te principes ⁊ capita multitudĩs israel. Si autez prolixior atq3 cõcisus clangor increpuerit mouebunt castra primi q̃ sunt ad orientalẽ plagã. In secundo aũt sonitu ⁊ pari vlulatu tube leuabũt tentoria qui habitant ad meridiẽ ⁊ iuxta hunc modũ reliqui faciẽt vlulantibus tubis in ꝓfectõem. Quando aũt congregandꝰ est populꝰ: simplex tubarũ clangor erit ⁊ non concise vlulabũt. Filij autẽ

(q2 ꝓprium est sacerdotũ euangeliũ predicare)

aaron sacerdotis clangent tubis Eritq3 hoc legitimũ sempiternũ

(abiecta. s. terrenorũ cura.)

in generationibus vr̃is. Si exieritis ad bellũ de terra vestra cõtra

(demones.)

hostes q̃ dimicant aduersuz vos clangetis vlulantibꝰ tubis. ⁊ erit recordatio vr̃i corã dño deo vr̃o

(potestate.) (demonum.)

vt eruami de manibus inimicoꝝ vestroꝝ. Si qñ habebitis epulũ

Quando aũt congregandus. Raba. In conuocatiõe populi simplex tubarum clangor ⁊ cõcisus esse iubetur: quia qui multitudini verbũ fidei predicat: simpliciter ⁊ apte debet loqui vt multi ĩtelligant ⁊ edificentur. Ne si obscure ⁊ isolenter ꝑdicauerit: auditorel recedãt vacui. Unde paulus. Fratres si venero ad vos linguis loquens quid prodero nisi loquar aut in reuelatione. aut ĩ sciẽtia. aut in ꝓphetia. aut ĩ doctrina ⁊c. Et paulo post. Omnia ad edificationẽ fiant. Verbum enim nimis obscurum vel ambiguũ vulgi more debet dici: vt ĩtelligatur etiã ab ĩdoctis. Quid eñ prodest locutiõis integritas: si audientez non edificat: pro nihilo enim loquimur si ab his ꝓpter quos loquimur non intelligimur. Qui ergo docet: vitet omnia verba que non docent. ⁊ si pro eis que intelligãtur dicere potest integra: id magis eligat. Si vero nõ sunt: vel in presenti nõ occurrunt: vtatur verbis minus integris: dummodo res integre doceantur ⁊ discantur. Nec solum in priuatis collocutionibus: sed magis cum populus conuocatur. Est autem optimꝰ discendi modus quo fit vt qui audit: veritatem audiat ⁊ ĩtelligat. bonis q3 ingenij insignis indoles in uerbis verũ amare: non verba. Quid enim prodest clauis aurea si ñ aperiat: ⁊ quid obest lignea si aperiat: Nihil enim querimꝰ nisi vt pateat q̃d clausuz ẽ.

Filii aaron. Predicatores. s. verbum dei predicant: ⁊ viam iusticie auditoribus demõstrant: ut in semita mandatoꝝ dei boni operis gressum ponant: ⁊ iter impioꝝ fugiant.

Clangetis. Subditos. s. ad penitentiã ⁊ ad compunctionem lacrimarũ excitãdo. ⁊ corda auditoꝝ ad dei misericordiã iplorãdã ꝓuocãdo.

Si quando ha. e. Raba. Nota quia in aduersis ⁊ ꝓsperis tubis clangere precepit. q2 omne tempus cõuenit verbo dei. Modo enim legẽdum est. modo deo cantandum ẽ. Modo orare. modo docere. modo exhortari. modo increpare cõuenit. Quia scd̃m qualitatem auditoꝝ temperandus est sermo doctoꝝ. Unde. Benedicam dominum in omni tempore:

sp laus ei⁹ in o.m. Et alibi. Predica verbū·insta oportune·īportune ꝛc.
Anno secundo·mēse secūdo·ui·d·m.ꝛc. Hiero. Duodecīa
mansione venerūt filij israel in desertum synai die quadragesimoseptimo ex quo de egypto exierunt. Unū in exodo. Mense tercio egressionis filiorum israel de egypto. In hac die transierunt in solitudinez synai· profectiqꝫ filij israel de raphidim: venerunt in desertuz synai·ꝛ castrametati sūt in heremo·ꝛ moyses ascendit ad deū. Vocauitqꝫ eum dominus de monte ꝛc. Et rursum. Vade inquit ad populuz tuū ꝛ sāctifica eos hodie ꝛ cras·ꝛ lauent vestimenta sua· sintqꝫ parati in diem tercium ꝛc. Supputemus numerum: ꝛ inueniem⁹ quinquagesimo die egressionis legem datā in monte syna·vñ ꝛ penthecostes solennitas celebrat᷑·ꝛ euāgelij sacramentū spiritussancti descensione cōpletur. In hac mansione media ps exodi ꝛ totus leuitic⁹ ꝛ numeroꝝ precepta nō modica·ꝛ per singulas populi tribus distributio·ꝛ oblatō principum descripta sunt. Interpretatur autē synai rubi· non vnus·vt supra in solitudine sin·sꝫ plures vt ibi principium sit hic perfectio. Ibi solitarius numerus·hic multiplex·aliud ē em̄ vnam: aliud omnes grās possidere. Israel igitur post familiarem cum domino sermonem iuxta montē synai cōmoratus· anno vno ꝛ diebus q̄tuor mira dispositiōe castroꝝ egressus est ī solitudiēz pharan q̄ interpretatur onager vel feritas·ibiqꝫ succubuit male bestie·fastidiens celestem panem: ꝛ egyptioꝝ carnes desiderās· q̄ndo multos subitū deuorauit incendium·ꝛ intercedente moyse flāma vorax cōsumpsit humum. Tunc accipiunt coturnices·ꝛ vsqꝫ ad nauseā deuorāt. Eligūtur septuaginta p̄sbiteri·ꝛ uadūt ad hostiū tabernaculi·duo remanēt heldad ꝛ medad·nō imperij negligentes: sed hūilitate submissi dū se honore arbitrantur indignos, vnde ꝛ absentes prophetant. Saturatoqꝫ populo; cum

ꝛ dies festos ꝛ kalendas: canetis tubis super holocaustis ꝛ pacificis victimis: vt sint vobis ī recordationē dei vestri. Ego dominus deus vester. Anno secūdo mense secundo·vicesima die mensis eleuata est nubes de tabernaculo federis. Profectiqꝫ sunt filij israel
ſ rubi.
ꝑ turmas suas de deserto synai· et recubuit nubes in solitudine
ſ onager vel feritas.
pharan. Moueruntqꝫ primi ca-
ſ vel ꝑ manū.
stra iuxta imperium dñi in manu moysi. Filij iuda per turmas suas quoꝝ princeps erat naason filius aminadab. In tribu filioꝝ ysachar pinceps erat nathanael filius suar. In tribu zabulon erat princeps heliab filius helon. Depositumqꝫ est tabernaculū: quod portantes egressi sunt filij gerson et merari. Profectiqꝫ sunt ꝛ filij ruben per turmas·ꝛ ordinē suum· quoꝝ princeps erat helisur filius sedeur. In tribu autē filioꝝ symeon princeps salamiel filius surisaddai. Porro in tribu gad erat
ſ al̄· heliasaph.
princeps helisaphat filius duel. Profectiqꝫ sunt ꝛ caathitę portātes sanctuarium. Tādiu tabernaculum portabatur donec venirēt ad erectionis locum. Mouerunt castra ꝛ filij ephraym per turmas suas in quoꝝ exercitu princeps

adhuc esca esset in ore eoꝝ ira dei ascendit sup̱ eos: ꝛ occidit pingues eoꝝ ꝛ electos israel īpediuit ne ad malū velociter curreret. vnde dictus ē locus sepulchra cōcupiscię siue iuxta·lxx· memorię desiderij. Ex his docemur q̄ secularem scientiam relinquim⁹ ꝛ egyptias ollas cōtēpsimus; nō debere murmurare cōtra celestem scripturę panē nec virulentias egyptioꝝ qui sūt magnaruz carniū: sed simplicem mannę cibū q̄rere. Si aūt eas voluerimus repetere: vorabim⁹ vsqꝫ ad nauseā ꝛ statim dñi igne torquebimur·ꝛ dsideriū nostrū vertet᷑ ī tumulos: vt sim⁹ sepulchra dealbata· quę foris apparēt hoībus speciosa: intus aūt plena sūt ossibus mortuoꝝ ꝛ omni spurcicia.

erat elisama fili⁹ ammiud. In tribu autē filioꝝ manasse princeps fuit gamaliel fili⁹ phadassur. Et in tribu beniamin erat dux abidan fili⁹ gedeonis. Nouissimi castrorum omnium profecti sunt filij dan per turmas suas. In quorū tribu princeps fuit aiezer filius amisaddai. In tribu aūt filiorum aser erat princeps phegiel filius ochran·ꝛ in tribu filiorum nepta-
ſ alias ahira.
lim princeps fuit achira filius henon. Hęc sunt castra ꝛ ꝓfectiōes filioꝝ israel per turmas suas qn̄
ſ alii
egrediebātur. Dixitqꝫ moises he-
obab
lyab filio raguel madianitę cognato suo. Proficiscimur ad locū quem dñs datur⁹ est nobis. Ueni nobiscum vt benefaciam⁹ tibi: quia dominus bona promisit israeli. Cui ille respondit. Non vadā tecum: sed reuertar ī terram meaz ī qua natus sum. Et ille: Noli inquit nos relinquere. Tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeam⁹·ꝛ eris ductor noster. Cumqꝫ nobiscū veneris: quidq̄d optimuz fuerit ex opibus quas nobis daturus ē dñs dabimus tibi. Profecti sunt er-
† ſ trinitatis fide. tribus temporibus viā veritatis demonstrante·
go de monte dñi † via triū dieruz·
ſ īcarnatio christi.
arcaqꝫ federis dñi p̱cedebat eos

Proficiscimur ad lo·q·d·d. Gre. Plerunqꝫ suadē elatis vtilia melius possumus: si ꝓfectū eorū nobis poti⁹ q̄ꝫ illis ꝓfuturū dicam⁹·si eoꝝ meliorationez nobis potius q̄ꝫ illis īpendi postulam⁹. Facile em̄ ei⁹ elatio ad bonū flectitur: si inflexio eius alijs ꝓdesse credit᷑. vñ moyses q̄ regente deo ꝛ duce columna pgebat: cū cognatū suuz a gentilitatis ꝯuersatiōe vellet educere: ꝛ dei dñio subiugare: ait: Proficiscimur ad locū quē dñs daturus ē nobis ꝛc. Cūqꝫ ille rn̄disset. Non vadā tecū ꝛc. Ilico adiūxit. Noli nos relinquere. Tu eniꝫ nosti in quibus locis ꝑ desertū castra ponere debeamus ꝛc. Non moysi mentē ignorātia itineris angustiabat: quā ad ꝓphetię scientiā cognitō diuinitatis expanderat: quē colūna ꝛ diuina collocutō instruebat. Sed vir ꝓuidus elato auditori loquens solatiuz petijt: vt daret·requirebat ducez in via: cui dux fieret ad vitā. Egit ergo vt superbus auditor voci ad meliora suadenti eo magis fieret deuotus: quo putaret᷑ necessarius·ꝛ vñ exhortatorē suum precedere crederet: inde se verbis exhortantis inclinaret.

Arcaqꝫ federis. Raba. Arca federis domini precedit filios israel per tres dies, ꝓuidens loca castroꝝ, q2 incarnatio domini electis ab initio

mundi iter presentis vite dirigit· atq3 ducatũ ad sanctã terrã veraciter tribuit· que prius ĩ figura patres veteris testamẽti ducebat: ⁊ nunc in veritate viam iusticie nobis demõstrat. Via igit̃ triũ dierũ sancte trinitatis fides ẽ. Tribus temporibus· ãte legẽ· sb lege· sub gratia callem veritatis ⁊ iusticie sequentibꝫ demonstrat.

Nubes quoq3. Protectio diuĩa: q̃ spiritussancti gratia electos ab initio mũdi defendit: ⁊ ad futurã quietẽ custodit.

Cunq3 eleuaretur. Exẽplo moysi rectores plebis prouocantur: vt semper soliciti cõmissum sibi gregẽ ĩ principio operis ⁊ in consũmatiõe domino cõmendent: vt ꝓprias oues protegat: inimicos depellat.

C. .XI.

Murmur populi. Raba. Murmurantẽ pplm ignis domini accensus deuorat· q2 ignis domĩ multe vltionis in futuro illos excruciat: qui lingua ĩflammata a gehẽna murmurant vel detrahunt. Unde ꝑ sapientiam dicit̃. Susurro ⁊ bilinguis maledictus ẽ. Ignis deuorat extremam ptẽ castroꝝ· finem· s· presentiũ actionum. Unde. Dñs iudicabit extrema terre. Qui aũt vsq3 ad mortẽ incorrectus ꝑseuerauerit: tam ĩ aĩa q̃3 in corpore vretur pena perpetua.

Pepones porriq3. Gre. Carnaliũ mentes pro amore seculi dura quedã q̃si q̃dam mollia ⁊ delectabilia ferre parate sunt. Dum in hac vita rerũ culmĩa apprehendere conant̃: cessationẽ a mundi labore dñs imperat· quietis dulcedinẽ psuadet· ⁊ tñ vesana iniquoꝝ mens plus assequi aspera carnaliter: q̃3 tenere blanda spiritaliter gaudet. Plus acerbitate fatigatõis: q̃3 quietis dulcedine pascitur. Sic israelite dũ refectionẽ manne desuper pciperent: ab egypto ollas carniũ· pepones· porros· cepasq3 cupiebant. Significat eñ manna

per dies tres prouidens castroꝝ locum. Nubes quoq3 domini super eos erat per diem cu3 incederent. Cunq3 eleuaretur arca dicebat moyses: Surge domĩe ⁊ dissipentur inimici tui· ⁊ fugiant qui oderunt te a facie tua. Cum aute3 deponeret̃ aiebat: Reuertere domine ad multitudinẽ exercitꝰ isrl̃.

C. .XI.

Interea ortũ est murmur populi: q̃si dolentium pro labore cõtra dñm. Qd̃ cũ audisset iratus est· ⁊ accensus in eos ignis domini: deuorauit extremam castroꝝ partẽ. Cunq3 clamasset populus ad moysen orauit moyses ad dominum ⁊ absorptꝰ est ignis· vocauitq3 nomẽ loci illius icensio· eo q? succensus fuisset contra eos ignis domini. Uulgus quippe ꝓmiscuu3 quod ascenderat cum eis flagrauit desiderio carniũ sedens ⁊ flens iunctis sibi pariter filijs israel· ⁊ ait: Quis dabit nobis ad uescendu3

s carnalia opera visis tribulationũ laboribus coquenda.

carnes? Recordamur pisciũ quos comedebamus in egypto gratis in mentẽ nobis ueniunt cucume-

† s terrene dulcedines. ‡ s difficultates vite presentis que nõ sine luctu agitur· et tamẽ cũ lacrimis amatur.

res ⁊ † pepones ‡ porriq3 ⁊ cepe ⁊ allia: aĩma nostra arida est· nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi man. Erat autẽ man quasi semen coriandri coloris bdellij. Circuibatq3 populus· ⁊ colligens illud frãgebat mola· siue terebat ĩ mortario· coquens ĩ olla· ⁊ faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleatij. Cunq3 descenderet nocte super castra ros descẽdebat pariter ⁊ man. Audiuit ergo moyses populum flentem ꝑ familias ⁊ singulos per hostia tentorij sui. Iratusq3 est furor domini valde: sed ⁊ moysi intoleranda res visa est. Et ait ad dominum: Cur afflixisti seruũ tuum? Quare non inuenio gratiã cora3 te? Et cur imposuisti pondus vniuersi populi huiꝰ sup me? Nũquid ego concepi omne3 hanc multitudinẽ· vel genui ea3: vt dicas michi: porta eos in sinu tuo sicut portare solet nutrix ĩfantulũ· ⁊ defer ĩ terra3 ꝓ qua iurasti patribꝰ eoꝝ? Unde mihi carnes vt dem tante multitudini? Flent coram me dicẽtes: Da nobis carnes vt comedamus. Non possu3 solus sustinere omnẽ hunc pplm: quia grauis est michi. Sin aliter tibi videtur obsecro vt interficias me· ⁊ inueniã gratiã ĩ oculis tuis: ne tãtis afficiar mal'. Et dixit do-

s de· lxx· linguis electos.

minus ad moysen· Cõgrega mihi septuaginta viros de senioribus

s grauitate morum.

israel quos tu nosti q? senes ppli sint ac magr̃i· ⁊ duces eos ad hostiũ tabernaculi federis· faciesq3

s in nube carnis.

ibi stare tecum vt descẽdã ⁊ loq̃r

gratia3 suauissimi saporis ad refectionem vite interioris bñ vacantibus desup datã. Olle carniũ carnalia opera visis tribulationũ laboribus quasi ignibus excoquẽda. Pepones: terrenas dulcedines. Porri ⁊ cepe· q̃ cũ lacrimis comedunt̃: difficultatẽ presentis vite: que nõ sine luctu agitur: ⁊ cũ lacrimis amatur. Manna igit̃ deserẽtes cũ peponibꝫ ⁊ carnibus porros cepasq3 quesierunt· q2 pũerse mentes dulcia gratie ꝑ quietẽ dona despiciunt· pro carnalibus voluptatibꝫ laboriosa huius vite itinera etiam lacrimis plena cõcupiscũt· cõtemnũt habere vbi ĩspiritualiter gaudeãt: ⁊ desiderantes appetunt vbi carnaliter gemãt.

Congrega mihi· lxx· ui· de se· is· ⁊c. Gre. Sicut plerũq3 iuuenes dicunt̃ qui nulla cõsilij grauitate ꝓmuntur: ita senes ñ eos scriptura vocat qui sola grauitate temporũ: s3 moꝝ grauitate maturi sũt. Unde senectꝰ venerabilis est nõ diuturna: neq3 numero annoꝝ computata. Cani aũt sunt sensus hominis: ⁊ etas senectutis vita ĩmaculata. Hinc ad moysen dr̃. Cõgrega mihi· lxx· viros de se· is· quos tũ nosti q? senes ppli sint. In quibꝫ verbis senectꝰ cordis notat̃· cum tales iubent̃ eligi senes qui sciuntur. Si enĩ corporis senectus quereret̃: a tãtis sciri poterant a q̃ntis videri. Cũ xo dicit̃ quos tu nosti q? senes ppli sint: patet quia senectus mentis non corporis eligatur.

Ut descendam. Isi. In tredecia· mãsione descendit spũs super septuaginta viros electos· et dominus descẽdit de nube ⁊ retraxit de spiritu q̃ erat sup moysen· ⁊ ĩposuit sup· lxx· viros. Descẽdente enĩ in nube carnis xp̃o: diffusa est per fidem spiritussancti gr̃a super populos· ex septuaginta gentiũ linguis electos· venitq3 sup oẽs donũ illud virtutis celestis que quondã fuerat in moyse ⁊ ꝓphetis.

Et auferam de. Aug. Alia littera. Et auferam de spiritu qui in te est: ⁊ ponã super eos. ⁊ sustinebũt tecũ impetũ populi ⁊ non portabis illos tu solus ⁊c. Plerique latini nõ vt in greco est transtulerunt: sed dixerunt. Auferam de spiritu tuo qui est in te: ⁊ ponam sup eos. aut ponam in eis. ⁊ fecerunt sensum laboriosum ad intelligendũ. Putari enim potest de spũ ipsius hoĩs dictum: quo humana natura cõpletur corpore adiuncto. que cõstat ex corpe ⁊ spiritu. quẽ etiam animã dicunt. Unde paulus. Quis hominũ scit que sunt hoĩs: nisi spiritus hominis qui in ipso est? Sic ⁊ que dei sũt nemo scit nisi spũs dei. Et quod postea adiungit. Nos antẽ nõ spiritũ huius mundi accipimus: sed spiritũ qui ex deo est. oñdit alium esse spiritũ dei cuius pticeps fit spiritus hoĩs p gratiã dei. Quãuis possit etiã (sicut alij ĩterpretati sunt) intelligi spiritus dei: cũ dicitur de spiritu tuo qui est in te. q2 fit etiã noster qui dei est: cũ accipimus eũ. sicut de iohe dictum est. in spiritu ⁊ virtute helie. Non enim anima helie in eum fuerat reuoluta. Nõ si quidã heretici opinãtur: quid dicunt in eo qđ scriptũ est. Spiritus helie requieuit sup heliseuz. cũ iã ille haberet animam suam. nisi q2 dictũ est de spiritu dei. vt etiam per illũ operaretur talia: qualia p heliã operabatur. non ab illo recedens vt istũ posset implere aut ptitus: minor eẽt in illo vt posset ĩ isto esse. Deus enim est q̃ possit esse in omnibus tantus vel totus: in quibus p illã gratiam esse voluit. Nunc autem cũ scriptũ sit. Et auferam de spiritu qui est sup te. nec dictũ sit de spiritu tuo. facilius soluit̃. q2 intelligimus nihil aliud significare voluisse nisi ex eodem spiritu gratie illos quoque habituros adiutorium ex quo habebat moyses: vt ⁊ isti haberent quantum deus vellet. non vt ideo moyses minus haberet.

† ſ sancto. s. qui in te per gratiã ⁊c.

tibi. Et auferaz de † spiritu tuo tradamque eis vt sustentent tecũ onꝰ populi ⁊ non tu solus graueris. Populo quoque dices: Sanctificamini. Cras comedetis carnes. Ego enĩ audiui vos dicere: Quis dabit nobis escas carniũ? Bene nobis erat in egypto. Ut det vobis dñs carnes. ⁊ comedatis nõ vno die. nec duobus vel quinque. aut decẽ nec vigĩti quidẽ: sed vsque ad mensem dieruz: donec exeat p nares vestras ⁊ vertat̃ in nauseã. eo q repuleritis dñm q̃ in medio vestri est. ⁊ fleueritis corã eo dicẽtes: Quare egressi sumus ex egypto vt perirem in solitudine? Et ait moyses ad dñm. Sexcẽta milia peditũ huius populi sunt. ⁊ tu

Habebũt hoc. Augu. Et erit filijs israel z pselitis q̇ apponuntᷣ legitimũ eternũ zc. Quid aliud ostẽdit qz baptismũ xp̃i: quẽ signabat aq̃ aspsionis z iudeis z gentibus ꝓfuturũ·i·filijs isrlᷣ·z pselitis tãqz naturalib⁹ ramis z ĩserto pinguedĩ radicis oleastro. Quẽ autez ñ moueat qd post ablutionez de singulis qbusqz dicitᷣ·z imundus erit vsqz ad vesperã: nõ hic tm̃: sed ĩ oĩb⁹·vel pene oĩbus talib⁹ mundationib⁹ vbi nescio quid intelligatᷣ: nisi ꝙ omĩs hõ post remissionẽ plenissimã peccatorũ ꝑmanendo ĩ hac vita contrahit aliquid vñ sit ĩmũdus vsqz ad finẽ vitę·vbi enĩ dies iste quodãmmõ claudetᷣ qd significat vespa.

Qui tetigerit cadauer. Augusti. Qui tetigerit morticinum zc. Incipit dicere qño ĩmũdi facti hoĩes: aq̃ illa aspsionis purificentᷣ. Qui tetigerit inq̇t mortuũ oĩs aĩa hoĩs ĩmunda erit·septẽ diebus hic purificabitᷣ die tercio·z die septĩo z mũdus erit. Et hic nihil aliud ĩtelligo nisi tactũ mortui hoĩs eẽ iniquitatẽ. Septẽ ꝟo dierũ ĩmundiciã ꝓptᷣ aĩam z corpus dictã·aĩam in ternario corp⁹ in q̃ternario. Scdm hᷣ dcm arbitror ꝑ ꝓphãm. In trib⁹ z q̃ttuor iniquitatib⁹ non aduersabor.

(s huius·s·gratie·fide munitus.)
aspersus hac cõmixtione non fuerit: polluet tabernaclm domini·z
(s regno sanctorũ.)
peribit ex israel. Quia aqua expiationis non est aspersus: immundus erit: z manebit spurcicia eius super eũ. Ista est lex hominis qui moritur in tabernaculo. Omnes qui ingrediuntur tentoriũ illius: z vniuersa uasa que ibi sunt: pol
(s quilibet hõ.)
luta erunt septez dieb⁹. Uas qd
(s velamẽ taciturnitatis.) (s censũram discipline.)
non habuerit opculum nec ligaturam desuper: ĩmundum erit. Si quis in agro tetigerit cadauer occisi hominis aut ꝑ se mortui: siue os illius: uel sepulcrũ: immũdus
(s mundi.s.)
erit septem diebus. Tollentqz de cineribus cõbustionis atqz peccati: z mittent aquas uiuas sup eos
(s mĩster xp̃i·i·qui ei⁹ ꝑsonã portat.) (s fidẽ.) (s al·ex eo.)
in uas: in quibus cũ hõ mundus tinxerit hysopuz: asperget ea oĩne

Si die tercio zc. Aug. Si aũt purificat⁹ nõ fuerit die tercio·z die septĩo nõ erit mũdus. Ois q̇ tetigerit mortuũ ab oĩ aĩa corꝑis·z mortu⁹ fuerit tacto mortuo anteqz sit: vel fuerit purificatus: tabernaculũ dñi polluit·exteretᷣ aĩa illa ex isrlᷣ. Notãdũ ꝙ difficilime reperitᷣ ĩ his libris aliq̇d euidenti⁹ de vita aĩę p⁹ mortẽ fuisse cõscriptũ. Hic ergo cũ dicit. Si fuit mortu⁹ ante purificatõez: manere ĩ illo ĩmundiciã·z exteri animã illam ex isrlᷣ·i·a cõsortio ꝑpli dei. Quid aliud intelligi vult: nisi manere anię ꝑnã etiã post mortẽ: si dũ viuit mũdata nõ fuerit hoc sacramento quo xp̃i baptismus figuratur: Qm̃ aqua aspsionis inquit nõ est aspsa sup eũ·immundus est·adhuc ĩmundicia eius in ipso ẽ. Adhuc·i·etiã post mortẽ.

Polluet taber. Quantũ ĩ se est·scdm illud. Spiritũ nolite extinguere·cum extingui ille nõ possit. Nam si ex hoc tabernaculuz immũdũ factum vellet intelligi: mundari iuberet.

Uas quod nõ habuerit operculũ. Gre. Tegimẽ opculi: vel ligatura: est censura discipline qua quisqs nõ ꝑmitur: q̃si vas ĩmundũ pollutũqz reprobatᷣ. Quasi enĩ vas sine opculo vel ligatura polluitᷣ: qui per studiũ ostentatõis patens nullo velamine taciturnitatis operitur.

Siquis in agro. Aug. Alia lit. Omnis qui tetigerit sup faciem

campi vulneratum· aut mortuũ aut occi si hois os aut monumẽtũ ꝛc. Querit qd intelligit vulneratũ? aut mortuũ? Si eni3 aliud voluit intelligi vulneratũ: aliđ mortuum: cauendu3 ẽ ne putetur imundus eẽ etiã qui tetigerit vulneratum viuum: qđ vtiq3 absurdum est. Sed q2 possunt ꝛ mortui esse vulnerati· et ipsos mortuos intelligit discreuisse· vt aut vulneratum mortuũ itelligam⁹· i· vulnere peremptũ· aut mortuũ sine vulnere.

Lauabit et se ꝛc. Et lauabit vestimenta sua: ꝛ lauabit aq̃· ꝛ imundus erit vsq3 ad vesperam. Alia ẽ aq̃ aspersionis· ꝛ alia illa qua lauit vestimenta sua. Et lauabitur aqua: qua3 puto spiritalẽ intelligendam p significatõem nõ p proprietatẽ. Nã sine dubio visibilis erat: sicut oẽs vmbrę futuroꝝ. Sed qui sacramẽto baptismi recte abluitur (qđ illa aspsionis aqua figurabat) mundatur spiritualiter vt sit mundus corpe ꝛ spũ. Nec ⁊ hisopo dixit aqm aspsionis aspergi: q̃ herba diximus significari fide3· qd aliud occurrit nisi qđ scriptum ẽ· fide purificãs corda eoꝝ? Non enĩ prodest baptismus: si desit fides. A viro ãt mũdo dixit hec fieri· vbi significant ministri portantes psonã dñi: qui vere vir mũdus est. Nam de his ministris i sequentib⁹ dicet. Et quicũq3 asperget aquã aspsiõis lauabit vestimẽta sua id ẽ· obseruabit ꝛ corpore. Et qui tetigerit aquã aspersionis immundus erit vsq3 ad vesperã· ꝛ omẽ quod cũq3 tetigerit imũd⁹: imundu3 erit· ꝛ aĩa q̃ tetigerit imunda erit vsq3 ad vesperam.

tentoriũ· ꝛ cunctam supellectilem ꝛ hoies huiuscemodi contagione pollutos. Atq3 hoc mõ mundus lustrabit imundũ tercõ ꝛ septimo die. Expiatusq3 die septimo· lauabit ꝛ se ꝛ vestimenta sua· ꝛ imundus erit vsq3 ad vespera3. Si qs hoc ritu non fuerit expiatus: peribit anima illi⁹ de medio ecclesię· quia sctuariũ domini polluit: et nõ est aqua lustratõis aspersus. Erit hoc pceptũ legitimum sempiternũ. Ipe quoq3 qui asperget aqs lauabit vestimenta sua. Omnis qui tetigerit aquas expiatõis immundus erit usq3 ad vespera3. Quidquid tetigerit imundus: immundu3 faciet· ꝛ anima que hoꝝ quippiam tetigerit: immunda erit vsq3 ad vesperam.

C. XX.

Veneruntq3 filij isrl' ꝛ omnis multitudo in desertum syn mense primo· ꝛ mansit populus in cades. Mortuaq3 ẽ ibi maria ꝛ sepulta i eodẽ loco. Cunq3 indigeret aqua populus· coierũt aduersum moysen ꝛ aaron· ꝛ uersi in seditõem dixerunt: Utinam perissemus inter fratres nostros coram domino· Cur eduxistis ecclesiam domini i solitudinem: vt ꝛ nos ꝛ iumenta nostra moriamur? Quare nos fecistis ascendere de egypto· ꝛ adduxistis in locũ istum pessimum· qui seri non potest· qui nec ficum gignit nec vineas· nec malagranata: Insuper ꝛ aquã non habet ad bibendum? Ingressusq3 moyses ꝛ aarõ dimissa multitudine tabernaculu3 federis: corruerũt proni in terram· clamaueruntq3 ad deu3 atq3 dixerunt: Dñe deus audi clamorem populi huius· ꝛ aperi eis thesaurũ tuũ· fontem aque viue: vt satiati cesset murmuratio eoꝝ. Et apparuit gloria dñi super eos. Locutusq3 est dñs ad moysen dicens: Tolle virgam ꝛ cõgega populu3 tu ꝛ aaron frater tuus· ꝛ loquimini ad petrã coram eis· ꝛ illa dabit aqs. Cunq3 eduxeris aquã de petra: bibet omnis multitudo ꝛ iumenta eius. Tulit igitur moyses virgam que erat in conspectu dñi sicut preceperat ei: cõgregata multitudine ante petra3. Dixitq3 eis: Audite rebelles ꝛ increduli. Num de petra hac vobis aqua3 poterim⁹ eijcere? Cunq3 eleuasset moyses manum percutiẽs uirga bis silicem egresse sũt aque largissime: ita ut populus biberet ꝛ iumenta. Dixitq3 dñs ad moysen et aaron: Quia ñ credidistis mihi ut sanctificaretis me coram filijs israel: non introducetis hos populos in terram quam dabo eis. Hec est aqua contradictõis ubi

(moyses: i iudeus sub lege moysi positus. — percutiẽs: i ligno crucis affigẽs. — bis: i ppter duo ligna eiusdem crucis. — silicem: i xpm. — aque: i spiritalis gratie.)

lit⁹· que significat prophetiam mortuã· sic moyses ꝛ aarõ legis ꝛ sacerdotij finẽ: q̃ ñ valent ad terrã pmissionis peruenire: nec pplm de solitudie huius mũdi deducere· qđ facit solus xps· i· saluator dei filius.

Percutiẽs uirga. Aug. De đ petra aqua educta est apls exposuit dicens: Et oms eundẽ potũ spiritalem biberũt· bibebant enĩ de spiritali cõsequẽti eos petra· petra aũt erat christ⁹. Significata ergo de xpo pfluens gra spiritalis: q̃ iterior irrigatur sitis. Sed q2 ⁊ga petra pcutitur: crux xpi figurat'· ligno em accedente ad petram gratia manauit· ꝛ q2 bis pcutitur euidẽti⁹ sigĩficat crucẽ. Duo enĩ lingna sũt crux.

Quia non credidistis. Isi. Hic moyses dñm offẽdit ꝛ phibet' iordanẽ trãsire· turbat⁹ enĩ murmure ppli: dubitãter petrã ⁊ga pcussit· q̃i nõ posset de⁹ aquam de petra educere· qđ fecerat ãte. Hic moyses iudaicũ pplm sub lege positũ significat. Nã sic moyses petrã virga pcutiẽs de dei ⁊tute dubitauit: ita ille pplus sub lege per moysen data positus xpm ligno crucis affixit· s3 cũ dei virtutẽ esse ñ credidit. Sed sicut pcussa petra manauit aqua sitientib⁹ sic plaga dñicę passionis effecta ẽ vita credentibus. Hãc ergo carnalẽ đ dei diuinitate dubitatõ3 i ipi⁹ xpi altitudĩe de⁹ mori iubet· cũ mortẽ carnis moysi i mõte pcipit fieri. Sicut enim petra xps· ita ꝛ mons xps· petra hũilis fortitudo· mons eminẽs magitudo. Prudẽtia ei carnis viuit: cũ tãq3 petra pcussa xpi hũilitas i cruce ptemnit'· xps enĩ crucifix⁹: iudeis scandalũ· gẽtibus aũt stulticia. Prudẽtia carnis morit': cũ tanq3 mõtis eminẽtia xpus excelsus agnoscit'. Ipsis enim vocatis iudeis ꝛ grecis xpũs dei virtus ꝛ dei sapientia est.

Veneruntq3 filii ꝛc. Isi. Tricesima tercia mãsio ẽ in deserto syn. hec ẽ cades. Sin aũt interpretat' sancta· p antifrasim: sic dicit' lucus cũ minime luceat· vel bellũ cũ sit horridũ. In hac mansione morit' maria: ꝛ sepe

Hec est aqua ꝛc. Aug. Quod de aqua illa dictũ est que de petra

profluxit. hec ē aqua ɔtradictōis quia maledixerunt filij israel ante dominū. ⁊ sāctificatus est in ipsis. Prius maledixerūt quādo locuti sunt cōtra beneficiū dei: quo educti erāt d̄ egypto ⁊ postea sanctificat⁹ est in ipis: cū in miraculo ei⁹ sanctitas declarata est. An forte duo genera hominū demōstrauit cōtradicentium gratie xp̄i: ⁊ pcipientiū. vt illis sit aqua cōtradictōnis. istis sanctificationis. De ipso enim dicit̃. In signum cui contradicetur.

iurgati sunt filij israel cōtra dn̄m. ⁊ sanctificatus est in eis. Misit interea nuncios moyses de cades ad regem edom qui dicerent hec mandat frater tuus israel. Nosti enī laborē qui apprehendit nos: quomodo descenderūt patres nr̄i in egyptum. ⁊ habitauerimus ibi multo tp̄e. Afflixerintq̃ nos egyptij ⁊ patres nostros. ⁊ quomodo clamauerimus ad dn̄m ⁊ exaudierit nos. miseritq̃ angelū q̄ eduxerit nos de egypto. Ecce ī urbe cades. que ē in extremis finib⁹ tuis positi: obsecramus vt nobis transire liceat p terrā tuā. non ibimus per agros. nec p vineas. nec bibemus aq̄s de puteis tuis. sed gradiemur via publica. nec ad dexteram nec ad sinistraʒ declinantes donec transeam⁹ terminos tuos. Cui respondit edom: Non transibis per me alioquin armatus occurram tibi. Dixerūtq̃ filij israel. Per tritam gradiemur viam. ⁊ si biberimus aquas tuas nos ⁊ pecora nostra: dabimus qd̄ iustum ē. Nulla erit in precio difficultas tantū velociter trāseamus. At ille respōdit: Nō transibitis. Statimq̃ egressus est obuius cum infinita multitudine. ⁊ manu forti: nec voluit acquiescere deprecanti vt concederet transitū p fines suos. Quāobrem diuertit ab eo israel. Cumq̃ castra mouissent de cades venerunt in montē hor qui est in finibus terre edom. vbi locutus est dn̄s ad moysen dicens: Pergat inquit aaron ad pp̄los suos. Non enim ītrabit terrā quā dedi filijs israel: eo q icredulus fuerit ori meo ad aquas cōtradictōnis. Tolle aaron ⁊ filium eius cuʒ eo. ⁊ duces eos ī montē hor. Cumq̃ nudaueris patrē veste sua indues ea eleazarū filiū eius. ⁊ aaron colligetur ⁊ morietur ibi. Fecit moyses vt preceperat dominus. ⁊ ascēderunt in montē hor coraʒ omni multitudine. Cūq̃ aarō spoliasset vestibus suis: induit eis eleazarū filiuʒ eius. Illo mortuo in mōtis supercilio descendit cū eleazaro. Omnis aūt multitudo vidēs occubuisse aarō: fleuit sup eo triginta dieb⁹ p cūctas familias suas.

(gratis. s. sed preciū dabimus. qd̄ declarat in sequentibus.)

C. XXI.

Quod cū audisset chananeus rex arad qui habitabat ad meridiem venisse scʒ israel: per exploratorū viam pugnauit cōtra illum: ⁊ victor existens duxit ex eo predam. At israel voto se dn̄o obligās ait: Si tradideris pp̄lm istuʒ ī manu mea delebo vrbes eius. Exaudiuitq̃ dn̄s preces israel. ⁊ tradidit chananeuʒ quē ille interfecit subuersis urbibus eius. ⁊ uocauit nomen loci illius horma. i. anathema. Profecti sunt aūt ⁊ de mōte hor p uiam que ducit ad mare rubrum ut circūirent terram edom. ⁊ tedere cepit pp̄lm itineris ac laboris. Locutusq̃ est contra dn̄m ⁊ moysen. ait: Cur eduxisti nos de egypto ut moreremur ī solitudie:

C. XXI.

Quod cum audisset. Audiuit chananeus q venisset isrl̄ in locum exploratorū vbi quondā offendit pp̄ls: iniuit prelium: ⁊ captiuum duxit isrl̄. Rursumq̃ in eodeʒ loco pugnat̃. ex victor vincitur. victi superant. In quo intelligitur vt cū nos di auxilio destitutos inuaserint hostes et captiuauerīt: nō desperemus. pōt enim fieri vt vincamus vbi victi sumus.

Anathema. Aug. Et anathematizauit eū ⁊ ciuitates eius. ⁊ vocatum ē nomen loci illi⁹ anathema. vt nihil iñ victor in vsus suos auferret sed totum ī penā voueret. Est enī anathematizare qd̄ vulgo dicit̃ deuotare. Origo aūt huius verbi ē ī greca lingua ab his rebus que vote ⁊ persolute. i. pmisse ⁊ reddite: sursū ponebant̃ ī templis. apotoianathome. i. sursuʒ ponere. vel figendo. vel suspendendo.

Profecti sunt ⁊c. Tricesima quīta mansio est ī salmona. Tricesimasexta mansio est ī phinon. Hec due ī ordine historie nō inueniuntur. In his mortuo aaron: murmurat isrl̄ cōtra dn̄m ⁊ moysen. Māna fastidit. a serpentibus vulnerat̃. Pulchre aūt salmona interpretatur ymaguncula. qr ibi expressa ē ymago christi per serpenteʒ eneum: qui in ligno pepēdit. Phinon vero interpretat̃ os. quia cū passionē ei⁹ cognoscimus: qd̄ corde credim⁹ ore pnūciam⁹. Corde enī creditur ad iusticiam ore autē confessio fit ad salutem.

In monte hor. Tricesimaqrta mansio est in monte hor ī extremis finib⁹ edom in quē ascendit aarō iuxta preceptuʒ dn̄i. ⁊ mortuus est anno qdragesimo egressionis israel de egypto. scʒ quo nouus pp̄lus terram promissionis ītratur⁹ erat. Et quā quā in mōte sacerdotium eleazaro filio reliquerit: ⁊ lex eos qui eam impleuerint ad summū pducat: ipsa tamē sublimitas non est trās iordaneʒ: sed in extremis terrenorū operum finibus. Et plangit eum popul⁹ triginta diebus. aarō plangitur. ihesus xp̄o non plangitur. In lege descensus ad inferos. in euangelio ad paradisuʒ ascensus.

Fac serpentem eneum ⁊c. Isid. Morsus serpentium exaltato ⁊ inspecto eneo serpente sanabantur. Quia xp̄s antiquũ serpentem in patibulo triumphauit· ⁊ venena eius exclusit· vt q̇ vere expresseq; ymaginẽ filij dei· ⁊ passionẽ eius cõspexerit: sanetur. vnde. Sicut exaltauit moyses serpentẽ in deserto ⁊c. Eneus serpens ĩ ligno suspenditur: quia ceteris metallis est durabilius· ⁊ xp̄s ꝑ humanitatẽ ĩ serpente mortuus: viuit per diuinitatem quasi eneus.

Profectiq; filij israel castrametati sũt ⁊c. Tricesimaseptima mãsio est in oboth: que vertit in magos vel phitones. Quia p⁹ ymaginem dei que in cordis ratõe monstrat: ⁊ confessionẽ fidei q̄ ore pfertur: cõsurgũt serpẽtes ⁊ malefice artes. Nos aũt omĩ custodia seruantes cor nostrum· ne audiam⁹ voces incantantium ⁊ carmina sirenarum obturemus aures.

Unde egressi ⁊c. Hiero. In ieabarim. Aceruus· s· lapidum transeuntium. Hi sunt sancti qui ꝑ hoc seculum ad alias mansiones transire festinant. Sunt enĩ scĩ lapides: qui voluuntur super terrã leues ⁊ politi ⁊ rotunditate sua rotarum curribus similes. Sũt alij de via tollẽdi: ne ambulantiũ pedes offẽdãt. Unde ysaias. Erigite lapides de capite platearum.

Deest panis· non sunt aque. anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo. Quãobrem misit dñs in populum ignitos serpentes: ad quorum plagas ⁊ mortes plurimorũ venerunt ad moysen atq; dixerũt. Peccauimus: q; locuti sum⁹ contra dominum ⁊ te. Ora vt tollat a nobis serpentes. Orauit moyses pro populo: ⁊ locutus est domin⁹ ad eum. Fac serpentem eneum· et pone eum pro signo. qui pcussus aspexerit eũ viuet. Fecit ergo moyses serpentem eneum ⁊ posuit eũ pro signo quẽ cũ pcussi aspicerẽt: sanabãtur. Profectiq; filij israel castrametati sunt in oboth [magi vel phitones.]. vnde egressi fixere tentoria in ieabarim ĩ solitudine que respicit moab cõtra orientalem plagam· ⁊ inde mouẽtes venerũt ad torrẽtẽ zareth [aliena descensio.]. Quem relinquentes castrametati sunt cõtra arnõ [maledictoem.]· que est in deserto ⁊ pminet in finibus amorrei. Siquidem arnon terminus ẽ moab: diuidens moabitas ⁊ amorreos. Unde dicitur in libro bellorum dñi Sicut fecit ĩ mari rubro: sic faciet in torrentib⁹ arnon. Scopuli torrentiũ inclinati sunt· vt requiescerent in arnon· ⁊ recũberent in finib⁹ moabitarũ. Ex eo loco appuit

Que autem dicitur· in finibus moab: ⁊ supra scriptum est in solitudine moab que respicit moab cõtra solis ortũ: ostendit iuxta litterã q̄ hucusq; fuerint in finibus ydumeorum· ⁊ nũc veniant ad terminũ moab de alia· s· puincia ad aliam. Nõ enĩ semp vni virtuti studendũ est. Sed de virtute in virtutẽ eundum· ⁊ de alia ad aliam transeundum. Herent enim sibi: ⁊ ita cõnexe sunt: vt qui vna caruerit: omnibus careat. Hoc aũt corum proprie est: qui solis iusticie ortum considerant.

Venerunt ad torrentẽ zareth ⁊c. Tricesimanona mansio fuit in dibongad· sicut in serie mansionum scriptum est· quod ĩterpretatur fortiter intellecta temptatio. Sed pro hac in ordine historie dicitur· quia de ieabarim venerunt ad torrentem zareth· Deinde castrametati sunt trans arnon: que est in solitudine finiũ amorrei: in terminis moabitarũ ⁊ amorreorum. Et postea venerũt ad puteum: vbi cecinerunt carmen hoc. Ascende putee quẽ foderunt principes ⁊c. Et de solitudine ĩ mathana· deinde ad torrẽtes dei· ⁊ post ad excelsa· ⁊ de excelsis ad vallẽ que est in regione moab. Hec loca in finibus amorreorum quidã interpretantes putãt non mansiones esse: sed transitus· nec preiudicare debere cathalogo mãsionũ extraordinariam expositõem. Alij spiritualibus spiritualia compantes: nolunt regiones significari· sed per nomina locorum pfectus virtutũ· q̄ post magos ⁊ congregatões lapidum sepe veniamus ad torrentem zareth· qd interpretatur aliena descensio. et in descensione positi trãseamus ad arnõ id est· maledictõem que est posita in finibus amorreorum: qui amari hostes sunt· vel multa loquuntur. Si autẽ transeamus terminos moab (qui de incestu natus vel generat⁹ est: ⁊ a vero patre recessit) occurrit nobis pute⁹ quem nõ plebeius: non ignobilis fodit: sed principes ⁊ duces: qui canẽtes pphant quo transituri sunt ĩ deserto· s· in mathana· i· domũ iude ad naaliel· i· torrẽtes dei· deinde ad bamoth qd interpretatur excelsa· vel adueniens mors· quãdo cõformes efficimur mortis in xp̄i. Postea occurrit nobis vallis humiliatis: que tamen in vertice montis phasga posita est· qui interpretatur dolatus· s· nihil habens informe vel rude· qui respicit solitudinem que hebraice dicitur sinen· quia in virtutum culmine positi: totius mundi ruinas· ⁊ omniũ peccatorum respicimus vastitatẽ. Dibongad interpretatur fortiter ĩtellecta tẽptatio· Post dibongad pugnatur ꝯtra seon regem ãmorreorum· ⁊ og regem basan. Cum aũt venerimus ad sũmum ⁊ biberimus de fonte principum ascendentes montes phasga: ne supbiamus: sed ppositam nobis solitudinẽ timeamus.

In libro bellorum domini. Aug. Non dixit in quo libro scriptũ sit· vel cui⁹ pphe vel patriarche· neq; negandũ est fuisse iã libros· siue caldeorũ· vnde egressus ẽ abraam· siue egyptiorum· vbi didicerat moises omnem illorum sapiẽtiam vel cuiuslibet alterius gentis: in quorum librorum aliquo potuit hoc esse scriptum. Qui tñ non ideo sit assumendus ĩ eas scripturas: quibus diuina cõmẽdatur autoritas. Licuit enim diuine autoritati vnde voluit verum testimoniũ sumere: sed nõ ideo omĩa que ibi scripta sũt, accipienda confirmat. Cur aũt hoc loco istud cõmemoratũ sit: non euident' apparet· nisi forte vt fines illic ĩter duas gentes constituerentur: bellum actũ est· qd eiusdẽ loci homines propter magnitudinem bellum dñi esse dixerũt: vt scriberetur in aliquo eorum libro bellum dñi.

Ex eo loco apparuit pu· super quo lo· ẽ do· ⁊c. Ori. Quid est q̄ magnopere precipit dñs moysi populum cõgregare: vt det aquas de puteo bibere: quasi nõ sponte ad bibẽdum cõueniret. Ait spiritus ꝑ salomonẽ in pūerbijs. Bibe aquã de tuis vasis· ⁊ de puteorum tuorum fonte· ⁊ ne supeffundantur tibi aque extra tuum fontem. Quãuis in alijs exẽplaribus legerimus· ⁊ effundantur tibi aque extra tuum puteum. Habet ergo quisq; in semetipso puteum· ĩmo puteos multos ⁊ vasa aque multa. Unde ait. De vasis tuis: ⁊ de fonte puteorum tuorũ. Habuit abraam puteos· ⁊ ysaac. In euangelio super puteũ sedebat saluator requiescens post laborẽ: ⁊ dicens. Quia siquis biberit ex aq̇s quas puteus cõtinebat terrenus: sitiat rursus. Qui aũt biberit ex illis q̄s dat ihesus: fiat in eo fons aque viue sa· in vi· eter. Alibi aũt dicitur. Qui credit in eum flumina de ventre eius fluent aque viue. Qui ergo credit ĩ eum non puteum sed puteos: non solum fontes sed flumina habebit ĩ se. Non que mortalẽ solent conferre vitam: sed que cõferant eternã. Scdm hec ergo que in pūerbijs legimus: vbi putei cũ fonte numerantur: vel nominantur: accipiendũ est verbũ dei. Puteus vero: si pfundum misterium tegit· fons autẽ: si ad ppl'os effluit. Querendum est aũt quomõ pluraliter puteos· ⁊ singulariter fontem in pūerbijs dicit sapientia. Bibe aquas de fonte puteorum tuorum: Videamus ergo quorum puteorũ vnum dixerit fontem. Ego puto q̄ scientia ingeniti patris vn⁹ possit intelligi puteus· ⁊ ali⁹ agnitio vnigeniti filij: alius enim a patre filius: nec idem qui ⁊ pater. Unde Alius est qui testimoniũ de me dicit pater. Tercius puteus cognitio spiritussancti. Alius enim est a patre ⁊ filio spiritus. Unde. Mittet vobis pater alium paraclitũ spiritũ veritatis. Est ergo hec trium personarũ distinctio in patre· ⁊ filio. ⁊ spiritusancto: que ad pluralem puteorum numerũ reuocat'· quorum vnus est fons· q; vna est substantia ⁊ natura trinitatis.

Ori. Possunt ⁊ illi putei videri de quorum scĩa dicit qui repletus ẽ sapientia dei. Ipse enĩ michi dedit eorum que sunt scientiam veram: vt sciren scientiam mundanã· ⁊ elementorum virtutẽ· ⁊ initiũ ⁊ finem ⁊ medietatem temporũ· ⁊ vicissitudinũ pmutatões· ⁊ cõmutatões tẽporũ· anni circulos.

puteus super quo locutus est do
minus ad moysen: Congrega po
pulum· ⁊ dabo ei aquā. Tunc ce
† ſ Lxx. Initiate ei puteū·i·ī initio omniū con
cinit isrl' carmen istud. † Ascendat
fitemini esse puteū.
puteus· concinebant: puteus quē
foderunt principes ⁊ parauerunt
ſ alii reges.
duces multitudis ī datore legis
⁊ ī baclis suis. Profectiq; sūt de
ſ munera ipsorū.
solitudie ī mathana De mathana
ſ ex deo.
ī nahalibel· d' nahalibel ī bamoth

⁊ astrorum positiōes· naturas animaliū· ⁊ iras bestiarū ⁊c. Vides quāti sunt putei ī rerum scientia. Puteus est scientia virgultorū· ⁊ forte cuiusq; virgulti natura habet ꝓprium puteū. Item· est puteus animaliū scientia· ⁊ forte quequ; species animaliū proprium habet puteū· ⁊ hec singula (qm̄ ꝓfundam habent scientiam) merito putei esse dicunt'. Et dum absconditū fuit misteriū xp̄i a seculis ⁊ generationibus: recte horū scientia putei dicuntur. Cum autē credentibus manifestauit deus ꝑ spiritumsanctū efficiunt' hec omnia fontes et flumina: vt iam non habeatur in occulto horū sciētia: sed riget credētes ⁊ satiet. Jō credo saluator dicebat· q2 qui credit ī eū ⁊ aquā doctrine eius biberit: nō iam puteꝰ nec fons: sed fient in eo flumīa aque viue. Sicut enī vnus puteus·i· sermo dei efficitur putei ⁊ fontes ⁊ flumina: ita aīa hominis que est ad ymaginem dei: potest in se habere ⁊ producere puteos et fontes ⁊ flumina. Sed putei qui sunt in anima nostra indigent fodiente vt mūdentur: ⁊ qd' terrenum est auferatur: vt vene ille rationabilium sensuum quas eis inseruit deus: pura ⁊ sincera fluenta ꝓducant. Dum enim terra tegit: non potest pura laticis vnda ꝓfluere. Ideo scriptum est· quia pueri abraam fodiebant puteos: sed operiebant eos terra philistei. Ysaac quoq; qui hereditatem patris susceperat: patris puteos fodit· ⁊ terram remouit quā iniecerant philistei. Notandū aūt quia dum viueret abraam nō ausi sunt philistei replere puteos aut inīcere terrā: sz eo mortuo īualuerunt: ⁊ insidiati sunt puteis eius· sed reparantur per ysaac. Puer quoq; abrae ad puteos inuenit rebeccam: que interpretat' patientia· hec efficitur vxor ysaac. sed apud puteos. Similiter iacob cuz ad mesopotamiā venit habens preceptū patris: nec alienigenam duceret vxorē: apud puteos īuenit rachel· ⁊ moyses sephoram. Si ergo intellexisti que ⁊ quales sint sanctorum vxores: si vis patientiā ī cōiugium ducere: vel sumere: vel sapientiam ⁊ alias animi ꝟtutes: ⁊ dicere qd' de sapientia dictū est. Hanc quesiui mihi ducere vxorē· esto assidue circa puteos istos: ⁊ ibi reperies huiusmōi cōiugem· q2 apud viuentis verbi fluenta certū est habitare virtutes. Sūt ergo multi putei intra animam· ⁊ alij plurimi ī singulis scripturarū sermonibus ⁊ sensibus· est tñ hic eminentior quē foderunt: nō quicunq; hoīes: sz principes· ⁊ horū subliminores quos appellauit reges. Ideo in ymnis canitur deo apud hunc puteum· ⁊ scriptum est quoniā hic est puteus super quo locutus est dñs moysi: Congrega pplm ⁊ dabo ei aquā de puteo.

Congrega populum. Aug'. Lex conuocat te ad puteum· xp̄m scz dei filium· ꝓpria quidem substantia subsistentem· vno tamen cū patre et spiritu deitatis fonte nominatum. Ad hunc ergo puteum·i· ad xp̄i fidem conuocat te lex. Vnde ipse dicit. quia moyses de me scripsit. Vocat aūt vt bibamus aquas: ⁊ cantemus ei canticū·i· corde credamus ad iusticiā· ⁊ ore confiteamur ad salutem.

Ascendat puteus. Ori. Initiate illi puteum·i· initium oīm ponite puteum· quia ipse est principium ⁊ primogenitus oīs creature.

Vel sic: vt verba dirigantur ex persona moysi· ad pplm. Date initiuz cordi vr̄o: vt incipiat intelligere quid sit puteus: de quo spirituales aque hauriende sunt: ⁊ reficiendus pplus credentium. Initiate ergo ei·i· israeli hunc puteum: vt sensum misticum siquis ex corde videt deuz de ꝓfundis possit haurire. Ad hunc puteum moyses·i· lex congregat: ad quē videtur aliquis peruenire· sed nisi per moysen congregetur: non est deo acceptus. Marcion videtur sibi venisse: ⁊ basilides: ⁊ valentinus· sed quia non venerunt ꝑ moysen: nec acceperunt legem ⁊ ꝓphetas: non possunt laudare deum de fontibus israel. Non veniunt ergo ad puteum tales: quē foderunt principes ⁊ excuderunt reges. Est aūt vallis salsa: in qua sunt putei bituminis. Omnis aūt heresis ⁊ omne peccatum in valle est: ⁊ in valle salsa. Peccatum eniz non ascendit sursum: sed semꝑ ad ima· ⁊ ad inferiora descendit. Est ergo in valle positus salsus ⁊ amarus omnis hereticus sensus· ⁊ omīs peccati actus. Quid enim dulce? quid suaue potest habere peccatum? Si aūt veneris ad hereticam sententiā ⁊ amaritudinē peccati: venisti ad puteos bituminis: quod est esca ⁊ nutrimentum ignis. Si gustaueris aquam de his puteis: si hereticum sensum ⁊ peccati amaritudinē receperis: fomenta ignis ⁊ gehenne incendia in te preparabis. Talibus dr. Incedite in lumine ignis vestri ⁊c. Foderūt illum principes: ⁊ excuderūt reges· principes ergo foderunt· reges excuderunt· quod ab excudendo: nō excidendo dictum est. Excudi enī dicitur· qd' in saxo ceditur vel format'. Principes tanq; inferiores foderunt·i· quasi in terre molliciem altitudinem quandā demerserunt. Hi vero quos reges appellat: quasi fortiores nō solum terre profundum: sed saxi duriciam penetrant: vt perueniāt ad ꝓfundiores aquas: ⁊ ipsas abyssi venas ꝑscrutentur: scientes iudicia dei esse abyssum multam. Hi sunt apostoli quorū aliquis dicit: Nobis autez reuelauit deus ꝑ spiritūsanctum. Spiritus enim omīa scrutatur etiā alta dei. Qui ergo ꝑ spiritumsanctū possunt alta scrutari: ⁊ penetrare ꝓfūda mysteria putei: reges eē dicuntur: q̄ puteū in petra excuderunt: quia dura ⁊ difficilia scientie penetrarunt secreta. Foderūt ergo puteū istum principes: ⁊ excuderūt reges gentiū id est· apostoli: q̄ gentes cōgregauerūt ad obediendum fidei· ⁊ omnibus patefecerunt sciam xp̄i: in quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie absconditi. Impleuerunt enim mandatū dei. docētes omnes gentes: ⁊ baptisantes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti. Et per hoc excuderunt·i· patefecerunt scientiam putei. Hec quoq; que in manibꝰ habemus: nobis puteus est· ⁊ omnis scriptura legis ⁊ ꝓphetaruz: euangelica quoq; ⁊ apostolica simul vnus puteus est: quem nō possunt fodere vel excudere nisi reges ⁊ principes· qui·s· possunt auferre terrā: ⁊ amouere superficiem littere: ⁊ de inferiori petra vbi xp̄s est: spiritales sensus velut aquam viuam proferre. Reges dicuntur quia peccati regnum expulerunt· ⁊ iusticie regnū in membris suis posuerunt. Decet enim eum docere ceteros qui prius fecerit que docet. vnde. Qui fecerit ⁊ docuerit sic homines magnus vocabitur in regno celorum. Magnum aūt in regno esse: est regē esse.

Principes. Possunt idē vocari principes ⁊ reges. Hei principes ꝓphetas intelligimus· ipi enī sensum ⁊ ꝓphiam de christo defossam in ꝓfunditatem littere collocauerūt· ideo de illis dicitur. Nisi occulte audieritis: plorabit anima vestra. ⁊ alibi. O magna multitudo dulcedinis tue domine: quā abscōdisti timentibus te. Reges sunt apostoli q̄ ꝑscrutant' alta dei· ⁊ ecclesias regunt. Vñ ⁊ xp̄s dicitur rex regum.

Et parauerunt duces. Ori. Excuderunt inquit reges gentium ī regno suo: dum dominarent' eis. Non enī possunt fodere puteū istuz: nec latentes aque viue venas aperire: nisi prius domini sint gentiū barbarorum. Quidqd in eis ferum fuit in actibus: quidq̇d barbarum in moribꝰ domuerunt ⁊ subiecerunt regio sensui· vt nō gentiliter sed legitime agant. Hi vere sūt reges ꝓfunda putei rimantes: ⁊ verbi dei arcana ꝑscrutātes.

Profectiq; sunt. Ori. Profecti a puteo venerūt in mathanaim: quod interpretat' munera ipsorū. Fidem enim ⁊ affectum expetit deus ab homine. vnde. Et nunc israel: Quid dñs deus tuus poscit a te: nisi vt timeas deum· ⁊ incedas in vijs eius ⁊ diligas eū? ⁊c. Hec munera oportet a nobis domino dari: postq; agnitionem bonitatis eius de altitudine putei biberimus. Notanduz autem q2 ꝓpha dicit· poscit a te: vt erubescant qui negant in arbitrio hominis esse vt saluetur. Quomodo eniz posceret ab homine deus: nisi haberet homo in potestate sua qd' poscenti debeat offerre? Sunt ergo que dantur a deo· ⁊ que ab homine. In homine fuit vt de vna mna faceret quinq;. Ex deo: vt mnam haberet homo ex q̄ posset facere decem mnas. Cum autem obtulit ex se: accepit ex deo· non iam pecuniam: sed potestatem ⁊ regnū decem ciuitatū. Petijt deus ab abraā vt offerret ei filium suum· obtulit intrepidus· imposuit super aram· cultrū eduxit ad iugulandum: sed cōtinuo inhibetur· ⁊ aries pro filio datur ad victimā. Vides ergo q2 que deo offerimꝰ: nobis manēt· sed expetimur vt affectus noster ⁊ fides probetur.

Qui de hoc puteo bibit: ad hoc proficit vt habeat munera que deo offerat· de quibus in lege dicitur. Munera mea· data mea. Ex his ergo que deus dedit offertur deo· dedit aūt agnitionez sui· ⁊ homo offert ei fidem suam ⁊ affectum.

Cum obtulerimus que ex deo sunt: consequimur que ex deo sunt. Cū enim nostram fidē ⁊ affectū obtulerimus: tunc ipse largitur diuersa dona spiritussancti. de quo dicitur. Omnia aūt ex deo sunt.

In bamoth. Bamoth aduentus mortis· qua·s· cōmorimur: vt cōuiuamus ei: ⁊ mortificamus membra nostra suꝑ terrā. Consepulti enī sumus illi per baptismū in morte. Qui enī ordinem salutaris vie tenet: dēt ꝑ hec singula iter agere· ⁊ post multa ad hunc locū venire.

Dri. Idem ex bamoth inquit in nemus: qđ est in campo moab a vertice montis cesi qui respicit ad desertuȝ. Si hoc itinere incedamus: quod non tam locoꝝ vocabulis: ꝙ̃ anime ꝓfectibus ꝯstat: post omnia venimus in nemus. vel scđm alios in ranan: qđ interpretatur ascensus. vel vertex montis. Per hec ergo venitur ad illud famosum paradisi nemus: ⁊ amenas delicias antique habitationis. vel ad perfectōis ⁊ beatitudinis sūmitatem: vt dicamus qꝛ suscitauit nos cum eo: ⁊ sedere fecit in celestibus cū xp̄o. Vides quousqȝ peruenitur a puteo: quibus mansionibꝫ: imo profectibus iter anime paratur ad celum.

Misit autem. Idem. Mittit israel legatos ad regeȝ ammorreoꝝ. regem. s. superbuȝ: qui ait. Virtute mea faciam ⁊ sapientia intellectꝰ mei auferam fines gentiū ⁊c. Et ascendam ī celum: ⁊ sup sidera celi ponam thronū meuȝ ⁊c. Ille quoqȝ superbus ⁊ elatus q̃si vnigenitus eius de quo scriptū est. Quia extolletur sup omē qđ dicitur aut qđ colit̃ deus ⁊c. Omīs ergo elatus filius elati huius est vel discipulus ⁊ imitator. vnde. Ne forte elatus incidat ī iudicium dyaboli. In quo ostenditur ꝙ omnis elatus sicut dyabolus condemnabitur. Nos ergo qui transire volumus per hunc mundum vt perueniamus ad sanctam terram sanctis promissam: mittimus verbis pacificis ad seon promittentes. quia non habitabimus in terra eius nec morabimur cum eo: sed transibimus tantum incedentes viam regiam. vel via regali. nusqȝ̄ declinantes. nec in agrum. nec in vineaȝ. nec de lacu eius bibentes. Cum enim ad aquā baptismi venimus: ⁊ prime fidei signacula suscipimus: dyabolo renunciamus ⁊ pompis eius: ⁊ omnibus operibus eius. ⁊ omnibus seruitijs eius. ⁊ voluptatibus. qđ adumbratur cum dicitur. Quia non declinet israel in agrum: neqȝ in vineam eius: neqȝ bibat de lacu eius. Non enim vltra discipline dyabolice. non astrologice. non magice. vel illius doctrine q̃ cōtra dei pietatem sit: bibit fidelis. Habet enim fontes suos. ⁊ bibet de fontibus israel. de fontibus saluatoris: nō de lacu seon. Nec relinquens fontem aque viue: congregat sibi lacus confractos vel contritos.

Bamoth vallis ē ī regione moab ī vertice phasga. quod respicit cōtra desertum. Misit autem israel nuncios ad seon regē † ammorreoꝝ dicens: Obsecro vt transire mihi liceat per terrā tuam. nō declinabimus ī agros ⁊ vineas. nō bibemus † aquas ex puteis. Via regia gradiemur donec transeamus terminos tuos. Qui concedere noluit vt trāsiret israel ꝑ fines suos. Quinpotius exercitu cōgregato

[Interlinear glosses: "s. alii moyses." — "† s. i. infideliū. s. qui deū in amaritudiē ducūt." — "† s. disciplinā dyabolicam: vel pietati cōtrariā"]

Ad seon regem. Seon. Qui interpretat̃ arbor īfructuosa. vel elatus. Hic est rex ammorreoꝝ: qui interpretant̃ in amaritudinem adducētes vel loquentes. Hic dyabolus elatus ⁊ infructuosus: de quo dicitur. Venit princeps mundi huius: ⁊ in me non habet quicqȝ. Et alibi. Ecce princeps huius mundi mittetur foras. non quia creauit mundum: sed quia in mundo peccatores sūt. ⁊ ip̄e peccati princeps est. scđm ꝙ dicit̃. Quia oīs mundus in maligno positus est. ⁊ ip̄e mundi princeps est.

Via regia ⁊c. Que dicit: Ego sū via veritas ⁊ vita. De quo dicit̃ Deus iudicium tuū regi da. Hac incedendum est: ⁊ nusq̄ȝ declinandum. nec in agrum nec in vineam. i. nec ad opera nec ad sensus dyabolicos. volumus pacifice transire per mundū. Sed hoc magis incitat principem mūdi ꝙ dicimus nos nolle manere cum eo vel morari vel aliquid eius cōtingere. Inde irascitur. ⁊ mouet ꝑsecutōes ⁊ pericula. cruciatus intentat. Ī̄n dicit. Congregauit seon ꝑplm suum ⁊c.

Exercitu. Principibus. s. ⁊ iudicibus mundi. ⁊ omnibus nequitie ministris: qui semꝑ impugnant ꝑplm dei.

In iasa. In iasa. vel ysaar: qđ interpretatur mandati impletio. Si enim veniamus ad impletionem mandatoꝝ superamus superbum ⁊ elatum. Mandatuȝ enim complere. i. dyabolum ⁊ exercitum eius superare. Nihil enim nobis poterit nocere: si veniamus in ysaar. i. si precepta domini nostri iesu christi seruemus.

In ore gladii. Viuus est sermo dei. i. efficax. ⁊ penetrabilior omni gladio ⁊c. De quo dicit apostolus. Et gladium spiritus: qđ est verbum dei. In huius ore cadit seon. id est. dyabolus.

Terra eius. Omnis terrena regio terra seon dicit̃: Sed xp̄s ⁊ ecclesia eius in omni terra seon dominatur.

Ab arnon usqȝ iebboc. Iebboc ciuitas finisqȝ regni seon. sicut arnon initium. Interpretatur aūt arnon maledictōes eorum. Iebboc luctamen. Necesse est enim vt qui vult exire de regno dyaboli luctetur cum eius ministris. Sȝ si vicerit iam non erit iebboc ciuitas seō sȝ israelis. Hinc iacob cuȝ venisset ad quendam locum: paratum est ei certamen: ⁊ ibi tota nocte luctatꝰ cum inualuisset vocatum est nomen eiꝰ israel.

egressus est obuiam ī desertum ⁊ venit in iasa. ⁊ pugnauit cōtra eū A quo ꝑcussus est ī ore gladij. et possessa ē terra eius ab arnon vsqȝ iebboc. ⁊ filios ammon: qꝛ forti presidio tenebātur termini ammonitarum. Tulit ergo israel omnes ciuitates eius. ⁊ habitauit in vrbibus ammorrei in esebon scilicet ⁊ viculis eius. Urbs esebon fuit seon regis ammorrei. qui pugnauit contra regem † moab. ⁊ tulit omnē

[Interlinear glosses: "s. ciuitas." — "s. cogitatōes. s." — "† s. de patre. uel aqua paterna."]

Tulit ergo israel ⁊c. Aug. Hic possedit israel ciuitates ammorreoꝝ quas bello superauit. quia non eas anathematizauit. Si enim anathematizasset: possidere nō posset: nec iū ad vsus suos aliquid vsurparet. Notanduȝ vero quomodo victa bella gerebantur. innoxius enim trāsitus negabatur: qui iure humane societatis debebat̃. sed iam vt deus sua iussa vl̃ promissa cōpleret: adiuuit hic israelitas: quibꝫ ammorreorum terram dari oportebat. Nam edom cū similiter transitum negaret: nō pugnauerunt cum illa gente israelite. id est. filij iacob cum filijs esau. quia terram illam israelitis non promiserat: sed declinauerunt ab eis.

Israel. Qui in xp̄o israel est: non in carne: sed in manifesto videns habitat in omnibus ciuitatibus ammorreorum: cum in toto orbe terrarum christi ecclesie ꝓpagantur. Sed ⁊ quisqȝ nostrum prius fuit ciuitas regis seon: qui interpretatur elatus. Regnabat enim ī nobis stulticia. superbia impietas. ⁊ omnia que sunt ex parte dyaboli. Sed vbi expugnatus ē fortis: ⁊ vasa eius direpta: effecti sumus ciuitates israel ⁊ hereditas sanctorū si tamen excisa est in nobis penitus potestas que prius dominabatur: ⁊ arbor infructuosa: ⁊ rex elatus: ⁊ sumus sub eo qui dicit: Discite a me quia mitis sum ⁊ humilis corde. In esebon ⁊ viculis eius ⁊c. Singillatim ciuitates superbi ⁊ infructuosi regis enumerat. ⁊ precipuam regni eius vrbem esebon nominat: que interpretatur cogitatōes. Merito ergo maxima ꝑs regni dyabolici: ⁊ potestas eius plurima in cogitationibus regnat. qꝛ de corde prodeunt cogitationes male. homicidia. adulteria. ⁊ huiusmodi. q̃ coinquinant hoīem. Necessario ergo ista ciuitas igne exuritur: quē saluator venit mittere in terram: ⁊ vult vt accendatur.

Isi. In tricesimanona mansione geritur bellum cōtra seon regē ammorreorum. ⁊ og regem basan. Seon interpretatur temptatio oculoruȝ. Hic est dyabolus qui transfigurat se velut ī angelum lucis. ⁊ per hereses ⁊ scismata verisimilia mentitur: vt incautos fallat. hunc ammorrei. id est. amaricantes habent regem. Nisi enim quedaȝ simulatio veritatis precedat: nō sunt hereses amaricantes. nec scismata ī ecclesia. Hunc regem quisqȝ occidit: cum damnat simulationē: ⁊ diligit veritatem. Og interpretatur cōclusio. Basan autem confusio. Id enim dyabolus agit vt concludat viam ad deum opponendo ydola ne credatur in christum. Conclusio ꝓcedit vt rex. sequitur confusio tanqȝ plebs. Et qui modo concluduntur ne credant in xp̄m: cum christus apparuerit cōfundentur. Ideo mansio hec id est. dibongad interpretatur fortiter intellecta temptatō. qꝛ si superetur simulatio que per scisma vel heresim exacerbat ecclesiam: ⁊ conclusio que per sacrilegiū claudit fidei viā: tēptatio ītelligit̃. ⁊ ītellecta fortit̃ superat̃.

Seon regis. Seon. i. loquentis. qui enim sub dyabolo agunt: tm̄ loqui norunt. sed inania loquunt̃. vtpote astrologi. ⁊ aliqui ph̄i. Fideliū autē regnū qđ a deo est: nō in sermone: sed in virtute dei.

Moab. Rab. Moab qui īterpretat̃ de patre vel aqua paterna. de

incestu ⁊ ebrietate cõceptus: quasi absente ⁊ nesciente patre: secularem sci
entiam significat: que autorem sui sensum habet. Et quia ex dei conditõe
generatur: videtur nasci de patre. Sed qꝛ adulter est: ⁊ aduersarius po
puli dei: de incestu ⁊ spelunca ⁊ nocte generatur. Unde scd'z ysaiam. In
nocte perit. i. in errore sempiterno. Ar quoqꝫ vrbs moabitarũ: que iterpre
tatur aduersarius: significat ꝙ hec sapientia deo inimica ecclesiastico ser
mone cõtra se pugnante: veritatis igne consumit': a quo ⁊ habitatores ex
celsorꝫ arnon deuorã
tur. Arnon enĩ male
dictio. vel illumĩatio
eorum interpretatur.
Quia qui confidunt
in eloquẽtia vel sapi
entia humana: que fi
lijs tenebrarũ videt'
lucida: corruunt con
sumuntur.

Idcirco dici
tur. Ori. Alia littera.
Propter hoc inquit
dicent enigmatiste.
Venite in esebon vt
edificetur: ⁊ construa
tur ciuitas seon. qm̃
ignis processit de ese
bon ⁊ flamma de ci
uitate seon: ⁊ deuo
rauit vsqꝫ moab ⁊c.
Seon erat rex: cuius
erat ciuitas esebon.
hic est ergo verborũ
ordo. ac si dicãt enig
matiste: Venite vt
edificetur ⁊ cõstruat'
esebon: que fuit ciui
tas regis seon. Enig
ma dicitur sermo fi
gurat'. Enigmatiste
qui figuraliter loquũ
tur. hi sunt lex ⁊ pro
phete. Vñ. Aperiaꝫ
in parabolis os meũ
loquar ꝓpositões ab
initio. ⁊ ysaias. Erũt
ĩquit' verba libri hu
ius: sicut verba libri
signati. Signatus ẽ
liber: quia figuris per
plexus est ⁊ enigmati
bus inuolutus. Ve
nite in esebon vt edi
ficetur. cecidit prima
subuersa ⁊ incensa: re
edificãda ẽ alia. Si

terram que ditionis illius fuerat
(maledictõem vel illuminatõem eorum.)
vsqꝫ ad arnon. Idcirco dicitur in
prouerbio: Venite in esebon. edi
ficetur ⁊ construatur ciuitas seon
Ignis egressus ẽ de esebon flam
ma de oppido seon. ⁊ deuorauit
arnon moabitarũ. ⁊ habitatores
excelsorꝫ arnõ. Ve tibi moab. pe
(cõgregans.)
risti popule chamos. dedit filios
eius in fugam. ⁊ filias in captiui
tatem regi ammorreorũ seon. Iu
gũ ipsorꝫ disperijt ab esebon vsqꝫ
(abundanter intelligens temptatõnez. s. vel fluxus eorum.) (sufflans vel spirans.)
dibon. lassi peruenerũt i iophe
(de saltu.)
⁊ vsqꝫ medaba. Habitauit itaqꝫ
israel i terra ammorrei. Misitqꝫ
(lex.) (predicatores.)
moyses qui explorarent iazer cu
(cõuentus ꝑplorum.)
ius ceperũt viculos ⁊ possederũt
habitatores. Verteruntqꝫ se. ⁊ as
(turpitudinis.)
cenderũt per viam basan. ⁊ occur
(interclusio.)
rit eis og rex basan cum omni po
pulo suo pugnaturus i edrai. Di
xitqꝫ dominus ad moysen. Ne ti

videas gentilẽ in dedecore vite ⁊ in religionis errore: dic ꝙ hic sit esebon
ciuitas in regno regis seon. Regnat enim in cogitationibus eius rex ifru
ctuosus ⁊ elatus. Ad hunc si accedat israel. i. ecclesie filius adhibens iacu
la verbi dei: distringens gladiũ spiritus cõtra eum: ⁊ destruat in eo om̃s
munitões gentilium dogmatum: ⁊ omnes argumentatões elatorꝫ igne ve
ritatis exurat: dic quia subuersa est esebon ciuitas regis seon. Non tamẽ
desertus relinquitur. Cum enĩ omnes filij israel euerterint in hominibus
malas cogitatões ⁊ impios sensus: bonas cogitatõnes reedificant ⁊ pios
sensus. doctrinam veritatis inserunt. religionis ritum. viuendi ordinem.
⁊ morum honestatẽ. Et tunc vere dicunt isti enigmatiste adinuicẽ. Ve
nite edificemus esebon. que fuit ciuitas seon. Filij enim ecclesie: quia legis
enigmata spiritaliter intelligunt: enigmatiste dicuntur. vñ. Ecce cõstitui
te hodie super gentes ⁊ regna. eradicare ⁊ subuertere. reedificare ⁊ planta
re. Subuertit enim esebon. eradicat cogitatões impuras. Reedificat aũt
⁊ replantat cogitationes castas: vt efficiatur esebon non ammorreorꝫ sed
filiorum israel.

Ve tibi moab ⁊c. Chamos interpretat' congregans. vel quasi at
trectatio. Dibon abundanter intelligens temptatõnem. vel fluxus eorũ.
Iophe sufflans vel spirans. Medaba. de saltu. Ve ergo illis qui in spi
ritali moab confidentes: congregant sibi thesauros secularis sapientie. et
erigunt se contra potentiam dei. quorꝫ audacia nõ preualebit: sed fugiet.
⁊ tradetur in captiuitatẽ regis spiritualiũ ãmorreorũ. Iugum enĩ ipsorꝫ
disperiet ab esebon vsqꝫ dibon. i. a radice cogitationis vsqꝫ ad profundi
tatem intellectus defluet scientia eorum. lassiqꝫ sufflantes vanitates ver
borum: ⁊ spirantes fetidum odorem putridi sensus: in saltum peruenient:
vbi non sunt arbores fructuose: sed bestie. contra quas dicit'. Ne tradas
bestijs animam confi
tentem tibi.

Iazer. Id ẽ for
titudinem eorꝫ. For
tissima scꝫ heretico
rum dogmata dyale
tica arte cõstructa.

Et possederũt
Ab errore conuerten
do: ⁊ precepta domi
docendo. vt de eorũ
correctõne ⁊ profectu
celestem sibi patriam
acquirerent.

Og rex basan
Ori. Ad og regẽ ba
san nec legatos mit
tere dignãtur: nec pe
tere ab eo vt trãseãt
ꝑ terram eius: sed sta
tim cum eo pugnant
⁊ superãt eum ⁊ popu
lum eius. Basan in
terpretat' turpitudo.
Merito ergo nec le
gati mittũtur ad istã
gentem: nec transitus
petitur per terram ei'
Nullus enim nobis
transitus. vl' accessus
debet esse ad turpitu
dinem: sed ab initio
statim expugnãda et
omnino cauenda est
Og autẽ interpretat'
conclusio: qui figu
ram tenet omniũ car
nalium ⁊ materialiũ
rerum: quarum desi
derio detenta anima
excluditur a deo. con
tra quos ita bellum
precipitur gerẽdum:
vt non relinquatur ĩ
eo viuens. Nullum
ergo oportꝫ reliqui a
filijs isrl' in regno tur
pitudinis ⁊ dedecoris viuentem. Decet israeliticam virtutem resecare tur
pia: ⁊ pia reedificare ⁊ honesta. De regno autem seon nõ est scriptum: vt
nullus viuus relinquatur. nec de regno moab. Forte enim ex illis aliqui
bus indigemus ꝓ vite huius exercitijs ⁊ agonibus. alioquin debuim' ex
hoc mundo exisse. De basan vero. i. turpitudine nullo penitus indigem'
excutienda omnia sunt opera turpitudinis. In nullo eniꝫ potest honestũ
esse quod turpe est.

meas eum qꝛ in manu tua tradidi
illum ⁊ omnem populũ ac terraꝫ
eius. faciesqꝫ illi sicut fecisti seon
regi ãmorreorꝫ habitatori esebon
Percusserunt igitur ⁊ hunc cum
filijs suis. vniuersumqꝫ popoluꝫ
eius vsqꝫ ad internitõem ⁊ posse
derunt terram illius.

C. XXII.

Profectiqꝫ ca
strametati sunt in cãpe
stribus moab. vbi trans iordaneꝫ
iericho sita est. Videns aũt balac
fili' sephor omnia que fecerat isrl'
ãmorreo. ⁊ ꝙ pertimuissent eum
moabite. ⁊ impetum eius ferre nõ
possẽt. dixit ad maiores natu ma
dian: Ita delebit hic popul' om
nes qui in nostris finibus cõmo
(predicator.)
rantur quõ solet bos herbã vsqꝫ
ad radices carpere. Ipe aũt erat
rex eo tempe i moab. Misit ergo

Videns autem balac. Aug. Qꝛ dicit scriptura postqꝫ vicit israel
ammorreos: ⁊ possedit omnes ciuitates eorum misisse legatos balac regem
moabitarum ad conducendũ balaam qui malediceret ꝑplm israel. satis
ostenditur non omnes moabitas venisse in condicõeꝫ seon regis ammor
reorum: quando eos bello superauit. Siquidẽ remansit gens moabitarũ
vsqꝫ ad illud tempus vbi regnaret balac rex moab. Qꝛ vero moab dixit
senioribus madian. i. moabite senioribus madianitaruꝫ. Nunc ablinget
synagoga hec omnes qui in circũitu nostro sunt. Non vna gens erat. sed
vicini ad vicinos dixerunt ꝙ pariter cauenduꝫ esset. Moab enĩ fuit fili'
loth. madian fili' abrae de chetura. nõ ꝓ vna gens erat sꝫ due vicine.

Misit ergo ⁊c. Ori. Bellum tibi imminet rex balac. oportet te ar
ma ⁊ exercitum preparare: ⁊ armis instructum occurre. Tu vero mittis ad

balaam diuinũ munera multa ⁊ promittis maiora dicẽs: Veni. maledic populum: qui exijt de egypto. Balaam vero refert hoc ad deũ ⁊ venire ꝓhibetur. rex item mittit legatos ⁊ spem omnem ponit in balaam: vt ĩ populum pro telis iaculetur maledicta. Si forte verbis superetur populus: quem regis exercitus superare non poterat. Quid hec historia consequentie vel consilij habet? Quis regum aliquando imminente sibi prelio obmissis armis ad diuini ⁊ aurũspicis verba cõfugit? Primo ergo fatendũ est in quibusdã plus valere verba q̃ corpora. Qđ eni͛ exercitus nequit efficere: h͛ verbis efficit͛. nec dico sanctis verbis: vel dei verbis: sed q̇busdam verbis que ĩter homines habentur: q̃ quomodo nominem nescio. Sunt tamen inutili arte cõposita: cuius vocabulum sit quod cuiq͛ placuerit. Erãt ĩ egypto incantatores ⁊ magi. Quis hominum potest fortitudine corporis virgam mutare ĩ serpentem? vel aquã in sanguinẽ? qđ illi fecerũt. Fecerat eni͛ moyses hoc primus. Sed q͛ sciebat rex egipti hec quada͛ arte fieri verborum: que habetur ĩter homi͛es: putauit hoc moysen non dei virtute: s͛ magica arte fecisse: et virtute dei factum simulasse. Conuocat continuo egyptioꝝ incantatores ⁊ magos: qui ĩter eum qui virtute dei operabatur: ⁊ eos qui demones inuocabant facit esse certamen. efficit similiter ꝯtraria virtus. sed serpens per dei virtutem factus absorbuit alios. Non eni͛ potuit virtus demoniaca malum quod ex bono fecerat restituere in bonum. Potuit ex virga facere serpentem: sed non virgam reddere ex serpente. Ideo consumuntur oĩs ab ea: que dei virtute conuersa fuerat in serpentem ⁊ per virtutem diuinã nature sue redditur. vt nature deu͛ fateretur. verterunt incantatores egyptiorum aquã in sanguinem. sed non potuerunt sanguinẽ vertere ĩ aquã. Dei aũt virtus nõ aquã: sed totum fluuium vertit in sanguinem ⁊ orãte moyse nature sue reddit. Produxerũt magi ciniphes: sed nõ potuerũt eas repellere. Moyses aũt produxit ⁊ restituit. Cõtraria aũt virtus male aliquid facere potest: sed restituere in integrum nõ potest. Sunt aũt magoꝝ differentie. alij eni͛ plus valent. alij minus. Balaam famosus erat ĩ arte magica: ⁊ in carminibus potens. Non enim habebat potestatem vel arte͛ verborũ ad benedicendũ: sed ad maledicendũ. Demones enim ad maledicendũ inuitantur: non ad benedicendũ. Quasi ergo expertus in talib͛ ĩ oriente erat opinatissimus. Aliter enim nõ presumpsisset rex hoc posse fieri sermonibus: quod ferro ⁊ acie vix compleret͛. Certus ergo ⁊ frequẽter expertus obmissis bellicis instrumentis: mittit ad eum dicens: Ecce populus exijt de egypto: ⁊ cooperuit facie͛ terre ⁊c. Videtur etiã rex audisse quia filij israel solent hostes vincere oratione: non armis. non tam ferro q̃ precibus. Nulla enim israel contra pharaonem arma cõmouit. sed dictũ est ei: Dñs pugnabit ꝓ vobis ⁊ vos tacebitis. Contra amalechitas quoq͛ non tantũ vis armorum: quantum moysi valuit oratio. hec audierat rex moab. Scriptum est enim. Audierunt gentes ⁊ irate sunt: dolores cõprehenderũt habitatores phylistijm. Tunc festinauerũt duces edom: ⁊ principes moabitarũ ⁊c. Cogitauit ergo apud semetipsum dicens: Quia orationibus huius populi arma nulla possunt conferri: ideo mihi preces requirende sunt: que possunt superare oratõẽs istorũ. Scriptum est ergo. ⁊ dixit moab ad seniores madian. Nunc ablinget synagoga hec omnes q̇ in circũitu nostro sunt: sicut ablingit vitulus herbam campi. Quia sic vitulus abrumpit ore herbam campi: ⁊ lingua tanq͛ falce secat quecunq͛ inuenit: ita populus ore ⁊ labijs pugnat: ⁊ in verbis habet arma. Mittit ergo balac ad balaam vt opponat verba verbis: ⁊ preces precibus. nec mireris si est ĩ arte magica tale quid. Esse enim hanc artem designat scriptura: vt eam prohibeat. sicut demones esse significat: sed coli vetat. q͛ magorum magistri sunt spiritus maligni. Nullus enim sanctoꝝ spirituũ obtemperat mago. nõ potest inuocare magus michael. vel raphael. vel gabriel.

gis spiritalia sacramenta pandũtur: vbi spes anime auulsa de terris: col-
locatur in illis que oculus non vidit: nec auris audiuit: hec oĩa sunt car
nes verbi dei. Qui potest ꝑfecto vesci: ꝛ corde purificato: ille vere festiui
tatis pasche ĩmolat sacrificium. ꝛ diem festum agit cũ deo ꝛ angelis ei⁹.

Quintadecima die. Idem. Sequitur huic ꝯtinua festiuitas azi
morum. quã merito celebrabis: si extermines omne fermentũ malicie ꝛ ne
quitie ab anima tua. ꝛ azima sinceritatis ꝛ veritatis custodias. Non enĩ
putandum est deũ leges hominib⁹ pro fermẽto scribere. ꝛ exterminari ani
mam iubere de populo suo si parũ fermenti in domo sua habuerit. ꝛ hui⁹
fermenti causa tantũ offendi: vt animã quã ad ymaginem suã fecit exter-
minari iubeat ꝛ euerti. Sed illud horrescit deus si malicie. ire. vel nequi-
cie spiritus anima fermentetur ꝛ intumescat ad flagicia. Hec si de domo
anĩe nostre nõ abijcimus merito exterminabimur. Sed ne cõtemnas etiã
si videris paruã intra te fermentari maliciam. qꝛ modicum fermenti totaꝫ
massam corrumpit. ꝛ vnũ peccatũ aliud gignit. Si enĩ quis accepto casti
tatis fermento quotidie castior efficitur: sic accepto neq̄tie fermento quoti
die efficitur nequior ꝛ deterior.

Idem. Omnes qui imbuendi sunt altioribus disciplinis: molestum
habent rudimentoꝝ laborẽ cum discipline ignorant vtilitatem. Molesta

ergo nobis videntur rudimenta iudeoꝝ qui primis imbuebantur elemētis: cum primo audiunt. Vult enim quisq; discere de his que ad salutem ptinent: cum aūt sacrificia arietū hyrcorum ⁊ vituloꝝ recitantur: nihil vtilitatis inesse putat. Sed si possit veteris testamēti velamen remouere: videbit q; magnifica sint que supflua ⁊ superfliciosa ducunt: in pasche festiuitate agnus est qui purificat populum. in alijs hyrcus. in alijs vitulus. aut aries vel capra vel vitula. Vnus ergo ex his qui ad purificandū populum sumuntur. est agnus. i. ipse xp̄us: q̄ tollit peccata mundi. Qꝫ si agn⁹ qui ad purificandum pp̄lm datus ē: xp̄m significat consequenter etiā cetera animalia purificationi deputata. referūtur ad alias psonas que aliq̄d purificationis cōferant humano generi. Sicut enim xp̄s in sacrificiū oblatus. peccatorum remissionē in vniuerso mūdo prestitit: ita forte ceteroꝝ sanctorum sanguis qui effusus est. alterius sicut vitule. alterius sicut hyrci. aut capre. aut alicuius horū fusus est ad expiandum p parte aliqua populū. Siue hec ad iustorū pphetarūq; psonas qui in hoc mundo iugulati sunt: vel eorū qui dicūt: Quoniā ppt' te mortificamur tota die estima. su. ⁊c̄ referēda sunt: siue ad superiores virtutes: quibus pcuratio humani generis data ē quis facile audeat affirmare? Neq; enim aīalia hec p specie: sed per figuram referuntur ad illam. vel ad illam personam. Sicut ipē xp̄s. nō iō agn⁹ dicit' q̄ in agni speciē sit cōuersus: sꝫ quia voluntas ⁊ bonitas eius qua deū hominib; ppiciauit. ⁊ peccata deleuit: quasi agni hostia fuit imaculata ⁊ innocens: qua placari hoībus diuina creduntur: sic ergo fortassis siquis angeloꝝ vel iustorum hominū enixius interueniat p peccatis hominū. pro repropiciatione diuina. velut aries. aut hyrcus. aut vitulus oblatus sacrificium ad purificandum pp̄lm accipi potest. An non videtur vt aries. vel hyrcus. holocaustum se obtulisse paulus pro pp̄lo israel cū diceret: Optabam anathema esse a christo pro fratribus meis ⁊c̄. Et alibi. Ego enī iam imolor ⁊c̄. Figuraliter autē potest videri q̄ alius p festiuitate sabbati. alius pro festiuitate nouorum. alius pro festiuitate tabernaculoꝝ quasi hyrcus. vl' vitulus. aut aries offeratur ad reconciliandū hominibus deū. Dum enī sunt peccata: necesse ē requiri hostiam p peccatis. Si enim non fuisset peccatū: non necesse erat dei filium agnum fieri. ⁊ in carne positū iugulari. Sed quia introiuit peccatum in hunc mundum: cuius necessitas ppiciatōem requirit: que tamē per hostiam fit: necessariū fuit pro peccato hostias puideri. ⁊ quia peccati diuerse qualitates fuerunt: puidentur hostie diuersoꝝ animalium. Sic ergo alius angelorum vel sanctoꝝ efficitur vitulus qui in illa festiuitate interuenit pro delictis populi. Alius autem aries ī alia festiuitate. Quod si purificari potuerint homines a peccatis: minuuntur hostie. Si enī pro multitudine peccatoꝝ multiplicantur hostie: ⁊ pro exiguitate minuuntur. Vnde in festiuitate scenophegie cum per octo dies iubentur hostie offerri: prima die quasi adhuc in abundantia peccatoꝝ quattuordecim vituli iubentur offerri. Secundo quasi iminutis peccatis minuuntur hostie. ⁊ offeruntur tredecim vituli. tercia duodecim. post hec vndecim. quasi purificationibus deficiente p dies multitudine peccatoꝝ minuitur nūs hostiarum. Sic etiā p dispositōe totius mūdi ratōem purificatōis ītellige. Indigent enī purificatōe nō solum que ī terra sunt: sed etiā que in celis. Imminet enī celis pditio: q: peribūt ⁊ omnes vt vestimentum veterascent. ⁊ mutabunt'. Intuere ergo totius mūdi. i. celestium. terrestriū. ⁊ infernoꝝ purificationē. Vide quantis īdigeant hec oīa hostijs. q̄ntos requirāt vitulos. quātos arietes. q̄ntos hyrcos: sꝫ in his oībus vn⁹ est agnus qui toti⁹ mundi potuit auferre peccatum. Ideo cetere cessauert: q: hec vna hostia suffecit p toti⁹ mūdi salute. cetere ei pcib; peccata: hic solus potestate dimisit. Dicebat enim fili remissa sūt tibi peccata tua. Sic ergo imbuitur mūdus. primo p diuersas hostias q̄rere remissionē peccatorū: donec veniat ad hostiā pfectā. agnū anniculū pfectum q̄ tollit peccata mūdi. p quē festiuitates agat spiritales. nō ad satietatē carnis: sꝫ ad pfectum spūs sacrificijs spiritalib; ī purificatōe mētis oblatis.

peccatū. s. qui facit peccatū seruus ē peccati.

opus seruile non facietis in ea. Offeretis q; i incensum holocaustum dño. vitulos de armento duos. arietem vnum. agnos anniculos imaculatos septē. ⁊ sacrificia singuloꝝ ex simila que conspersa sit oleo. tres decimas p singulos vitulos. ⁊ duas decimas per arietem. ⁊ decimam decime p agnos singulos. i. septē agnos. ⁊ hyrcū pro peccato vnū: vt expietur pro vobis: preter holocaustū matutinum: quod semp offeretis. Ita facietis per singulos dies septē dierum in fomitem ignis ⁊ in odorē suauissimū dño qui surget de holocausto ⁊ de libationibus singulorum. Dies quoq; septimus celeberrimus ⁊ sanctus erit vobis. Omne opus seruile nō facietis i eo. Dies etiā primitiuoꝝ qñ of-

fructus. s. spiritus. gaudium. pacem. patientiam: ⁊ similia.

feretis nouas fruges domino expletis hebdomadibus: venerabilis ⁊ sancta erit. Omne opus seruile non facietis i ea. Offeretisq; holocaustū in odorē suauissimū domino. Vitulos de armento duos. arietem vnū. ⁊ agnos anniculos imaculatos septem. atq; in sacrificijs eoꝝ simile oleo consperse tres decimas p singulos vitulos per arietes duas. per agnos decimam decime. qui simul sunt agni septem. hyrcum quoq; qui mactatur pro expiatiōe preter holocaustum sempiternū ⁊ liba eius. Immaculata offeretis omnia cum libationibus suis.

Dies etiā primitiuorum. Ori. Sexta festiuitas dr̄ nouoꝝ: q: primitie d' nouis fructib; offerūtur. vbi enī seminat⁹ fuerit ager: ⁊ diligenter excultus: ⁊ ad maturitatē puenerit seges: in fructuū pfectione festiuitas domī agetur. Si vis ergo nouorū diem festum agere cū deo: vide qūo semines aut vbi: vt possis tales metere fructus quib; letari facias deū. ⁊ agere diē festum. Qđ implere nō poteris: nisi ī spiritu seminaueris vt de spū metas vitam eternā. ⁊ vere agas festū nouoꝝ. vnde. Innouate vobis noualia ⁊ nolite seminare sup spinas. Qui cor suum innouat: īnouat sibi noualia ⁊ non seminat sup spinas: sꝫ sup terrā bonā. que reddet ei fructū tricesimū aut sexagesimū. aut cētesimū. Iste ē ergo q̄ in spiritu seminat ⁊ colligit fructum spūs. Fructus aūt spiritus: primum omniū est gaudiū. ⁊ merito diē festum nouorum fructuū agit: qui gaudium metit. Precipue aūt si simul metat pacem. patientiam. bonitatē. mansuetudinem ⁊ similia.

C. XXIX.

Mensis etiam septimi prima dies

Mensis etiā septimi. Ori. Sequitur festiuitas septimoꝝ. Sicut enim inter dies septimus quisq; obseruat' sabbatū. ⁊ est festiuitas: ita īter menses septimus quisq; mensis sabbatū est mensium. Agitur ergo festiuitas que dicitur sabbata sabbatorū. ⁊ fit in die prima mensis memoria tubarum. Sed quis ē qui festiuitatē gerat memorie tubarū: nisi qui scripturas ppheticas ⁊ apostolicas (que veluti celestis personant tuba) memorie thesauro cōmendat. ⁊ in lege dei meditat' die ac nocte: et q̄ potest gratias spiritussancti pmereri: quibus inspirati sunt pphe: ⁊ psallens dicere. Canite in initio mensis tuba. Est ⁊ alia festiuitas cum affligūt animas suas ⁊ humiliant festa celebrantes. Ommium festiuitas. dies festus vocat' anime

afflictio. Hic enim inquit dies est ꝓpiciationis decima die mensis septimi. Vide ergo si diem festū vis agere: si vis vt letet̄ deꝰ sup te: afflige animam tuā ⁊ humilia ne expleat desideria sua ne lasciuiat. Deniqꝫ pasche festiuitas ⁊ azimoꝝ panem afflictionis habere dicuntur. nec potest q̇s agere diem festū nisi afflictionis panē mā ducauit. Et pascha cū amaritudine man ducat̄. Vides ergo quales sunt festiuitates dei. nō recipiunt corpalem dulcedinē nihil remissum. nihil voluptuosum volūt sed afflictōem anime ⁊ amaritudinē humilitatemqꝫ deposcunt quia qui se humiliat exaltabitur. Hoc ḡ poscit dies ꝓpiciationis. Cum enī afflicta fuerit anima: ⁊ humiliata in cōspectu dn̄i ꝓpiciatur xp̄s quem ꝓposuit deus ꝓpiciatorem ī sanguine suo per fidem.

venerabilis et sancta erit vobis. Omne opus seruile non facietis in ea: quia dies clangoris est ⁊ tubarum. Offeretisqꝫ holocaustum in odorem suauissimū domino. vitulum de armēto vnum. ⁊ arietez vnum. agnos āniculos īmaculatos septem. ⁊ in sacrificijs eorum similē oleo cōspersē tres decimas per singulos vitulos. duas decimas ꝑ arietem. vnam decimā per agnum. qui simul sunt agni septē ⁊ hyrcū pro peccato. qui offertur in expiationem populi. preter holocaustum kalendarū cum sacrificijs suis. ⁊ sacrificiū [vel holocaustū.] sempiternuz cum libationibus solitis. Hisdē cerimonijs offeretis in odorē suauissimum incensum dn̄o. Decima quoqꝫ dies mensis huius septimi erit vobis sancta atqꝫ venerabilis ⁊ affligetis aīmas vestras. Omē opus seruile nō facietis in ea. Offeretisqꝫ holocaustuz dn̄o in odorem suauissimū. vitulum de armēto vnū. arietem vnum. agnos anniculos immaculatos septem. ⁊ in sacrificijs eoꝝ similē oleo cōspersē tres decimas ꝑ singulos vitulos duas decimas per arietē. decimā decimē ꝑ agnos singulos. q̇ sunt simul septem agni. ⁊ hyrcum pro peccato. absqꝫ his que offerri pro delicto solent in expiationez. ⁊ holocaustum sempiternū i sacrificio ⁊ libaminibus eoꝝ. Quintadecima vero die mensis septimi q̄ vobis erit sancta atqꝫ venerabilis. Omne opus seruile non facietis i ea: sed celebrabitis solennitatez

domino. vij. diebus offeretisqꝫ holocaustum in odorem suauissimū domino. vitulos de armento tredecim. arietes duos. agnos anniculos īmaculatos quattuordeciz ⁊ in libamētis eoꝝ similē oleo cōspersē tres decimas ꝑ singulos vitulos. qui sunt simul vituli tredecim. ⁊ duas decimas arieti vno. i. siml̄ arietibus duobus. ⁊ decimā decimē agnis singulis qui sunt simul agni quattuordecim ⁊ hyrcū ꝓ peccato absqꝫ holocausto sempiterno. ⁊ sacrificio. ⁊ libamine eiꝰ. In die altero offeretis vitulos de armento duodecim. arietes duos agnos anniculos īmaculatos q̄ttuordecim. sacrificiaqꝫ ⁊ libamīa singuloꝝ. ꝑ uitl̄os. ⁊ arietes. ⁊ agnos. rite celebrabitis. sꝫ ⁊ hyrcuz ꝓ peccato. absqꝫ holocausto sempiterno. sacrificioqꝫ ⁊ libamīe eiꝰ. Die tercio offeretis vitulos vndecim. arietes duos. agnos anniculos īmaculatos quattuordecim: sacrificiaqꝫ ⁊ libamina singulorū per vitl̄os. ⁊ arietes. ⁊ agnos rite celebrabitis. ⁊ hyrcum ꝓ peccato absqꝫ holocausto sempiterno. sacrificioqꝫ ⁊ libamine eius. Die q̄rto offeretis uitulos decē. arietes duos. agnos anniculos īmaculatos. xiiij. ⁊ sacrificia eoꝝ. ⁊ libamina singulorū ꝑ vitulos ⁊ arietes ⁊ agnos rite celebrabitis. ⁊ hyrcū ꝓ peccato. absqꝫ holocausto sempiterno. sacrificioqꝫ eius ⁊ libamine. Die quinto offeretis uitulos nouez. arietes duos. agnos anniculos īmaculatos quattuordeciz

Quintadecia uero die. Ori. Vltimus dies festus de quo letatur in homie scenophegia est. Letatur ergo super te cū viderit in tabernaculis habitantem. non sup terram fixum et fundatum animū habentem. nec que terrena sunt. ⁊ q̄si vmbra ꝓ hereditate possidētem: sed ī transitu positum. ⁊ dicētem: Incola ego sum ⁊ peregrinus sicut omnes pa. m. In tabernaculis enī habitauerunt abraham. ysaac. ⁊ iacob. Cum ergo paratus es extēdere te ad āteriora: vsqꝫ quo ꝑuenias ad terrā fluentē lac ⁊ mel: letat̄ deꝰ ī te. ⁊ diem festū agit sup te. hoc quidem ī ꝑnti. In futuro vero si vis considerare quomodo agant̄ dies festi: obliuiscē omnia mundana. descri be tibi q̄uo celum et terra transeūt. ⁊ transit omīs habitus mūdi. Celum ꝟo nouū ⁊ terra noua fundat̄. Amoue solis huius lucem. ⁊ da illi mundo qui venturus est solis huius septuplū lumen. īmo ipm deū. Pone astantes angelos glorie. ⁊ om̄es celoꝝ virtutes. Considera quomodo ibi agi possunt dies festi domini. que ibi festiuitas. q̄ ibi gaudia. que leticie magnitudo. Quāuis enī magne sunt. ⁊ vere festiuitates que spiritalit̄ geruntur in aīa: ex pte tamē sunt. nō ex īntegro. sicut ex parte scimus. ⁊ ex pte ꝓphetamus. vnde. Nemo vos iudicz ī cibo aut potu. aut in pte diei festi. non dixit in die festo. Ex pte enī diē festum in hoc mūdo celebramus. corpꝰ eī corruptibile aggūat animam. ⁊ deprimit sensum multa cogitātem. Cum aūt venerit quod ꝑfectum est euacuabitur quod ex parte est.

Siquis virorũ ꝛc. Anime que imperfectũ virum occurrit. nemo donatur in votis: sed libertatem suam habet in illis.

Origenes. Votorũ lex ponitur. ⁊ nouo principio in hac lege moyses vtitur. Ait enim: homo homo quicũq̃ vouerit dño. ꝛc. Quasi nõ dixisse suffecerit. homo qui votum vouerit domino. Est enim alius interior homo qui renouatur de die in diem secundũ ymaginẽ dei. alius vero exterior qui corrũpitur. Cum vero venitur ad hunc profectum vt lex dei suscipiatur. ⁊ vota offerãtur: que offerre nõ potest nisi qui habet aliquid in semetipso qd offerat deo: non sufficit exterior legem dei suscipere. ⁊ vota solus offerre: q2 non potest aliquid dignũ deo habere. Sed interior qui habet in se quid offerat deo. in quo est habitatõ virtutũ. intellectus. sciẽ. ⁊ diuine ymaginis innouatio. Qui cũ speciem suam que ab initio a deo facta ẽ recuperauerit: ⁊ virtutuz redingerationẽ pulcritudine prioris forme: potest vota offerre. ⁊ tunc non homo solum: sed homo hõ dicitur. Nam qui interiorem hominẽ nõ excolit: virtutibus n̄ construit. moribꝰ nõ ornat. sapientiaz dei nõ querit: ⁊ scripturis operã non impẽdit: nõ potest homo hõ dici: sed homo tãtũ. ⁊ homo aĩalis. Quia interior qui verius ⁊ nobilius dicit' homo sopitus in eo est carnalibus vicijs. ⁊ mũdi hui⁹ curis. Unde cuiq̃ agendum est. si interiorem hominem peccatorũ sordibus ĩ se oppressuz videt: vt citius eruat eũ ab oĩ inquinamento carnis ⁊ sãguĩs. cõuertat' ad priam. reuocet ad se memoriã dei ⁊ spem salutis. Nõ enĩ hec extrĩsec⁹ q̃renda sunt. Intra nos ẽ salutis occasio. vñ. Ecce regnũ dei intra vos ẽ. Intra vos enĩ ẽ cõuersionis facultas. Cum enim conuersus ingemueris saluus eris. ⁊ poteris digne altissimo reddere vota tua. ⁊ homo homo appellari. Uotum autem est cum aliquid de nostris offerimus deo. Uult aliquid a nobis accipere deus: ⁊ ita nobis largiri ipse: vt dona sua nõ ĩmeritis largiatur. vnde: Et nunc israel quid dominus deus tuus poscit a te. nisi vt tu timeas dominũ deum tuum. ⁊ ambules in vijs eius. ⁊ diligas euz ex toto corde tuo ꝛc. Hec poscit deus a nobis. que si prius non offeramus: nihil ab eo accipiemus. Si dederimus gloriam: recipiemus gloriam. ait enim. Glorificãtes me glorificabo. Si offeramus iusticiam nostram: accipiemus iusticiã dei. ⁊ si offeremus nostram. i. corporis castitatem: accipiemus ab ipso spũs castitatem. ⁊ si offeramus sensum nostrum: accipiemus sensum ipsius. vñ apostoli. Nos autem christi sensum habemus. Sic ergo non solũ homo: sed homo homo dicemur. vterq̃ enim vocabuli sui perfectione ornatus est. Leguntur diuersa vota in scripturis. Anna vouit deo fructum ventris sui. ⁊ samuelez consecrauit in templo. Jepte quodcũq̃ sibi post victoriam occurrisset. ⁊ occurrente filia vota soluit lacrimanda. Alij vitulos. vel arietes. vel domos. vel alia ratione carentia. Ille vero qui appellatur nazareus semetipsum. Hoc enim ẽ votũ nazarei quod est super oẽ votum. Filius enim vel filia aut pecus. aut predium extra nos est. Semetipsum deo offerre. nec alieno labore. sed proprio placere perfectius ⁊ eminentius est in omnibus votis. Quod qui facit imitator est christi. Ille enim dedit terram. mare. ⁊ omnia que in eis sunt. Celum quoq̃ solem ⁊ lunam ⁊ stellas ministerio hominũ. pluuias ⁊ ventos. ⁊ quidquid ĩ mũdo est hominibus largitur. ⁊ postea semetipsum. Sic enim dilexit deus mundum. vt filium suum vnigenituz daret pro mundi vita. Quid eniz magnuz faciat homo si semetipsũ offerat deo. Cũ se deus obtulerit prior. Si ergo tollas crucem tuam ⁊ sequaris christũ: si dicas. Uiuo autem iaz nõ ego viuit vero in me xp̃s. Si desideret anima tua esse cum christo. ⁊ non delectetur in seculo: temetipsũ. i. animam tuam obtulisti deo. Qui in castitate viuit: corpus suuz vouit. vnd' virgo cogitat quomodo sancta sit corpore ⁊ spũ. Sancti ergo dicũtur qui deo vouentur. Unde aries si deo vouetur: sanctus appellatur. nec licet eũ tõderi ad cões vsus. Similiter vitul⁹. nec licet eum iungi in cõmune opus. Si ergo te voueris deo. imitãdus est tibi vitulus: vt facias tantum qd pertinet ad diuinum cultum.

Idem. Animarum que ĩ ecclesia dei sunt curam habent angeli. quos etiaz ad iudicium cum hominibus venire ostendimus: vt constet vtrũ sui desiderio peccauerint homines. an custodum negligentia. Uidetur ergo mihi q2 alie sub eis degunt vt filie. alie vt vxores. Si qua ergo vouet aliq̃d prepropere ⁊ minus apte: custodis est reprimere vouentis audaciam ⁊ retundere. Q2 si non fecerit: anima liberabitur a culpa. ipse vero voti erit reus. sed hoc de inferioribus. Perfectioribus vero adest ipse deus. sicut dicitur de populo israel. ipse dominus ducebat eos. Sed postq̃ deliquerũt ⁊ inferiores se ipsis facti sunt: angelo traduntur. Unde moyses dicebat. Nisi tu ipse veneris nobiscum. non me educas hinc. ⁊ de iusto dicit deus Cum ipso sum in tribulatione. ⁊ alibi dicit. Ne timeas descendere in egyptum quoniã tecum ero. Justis ergo ⁊ electis dominus adest: inferioribꝰ vero angeli. Nos autem contendere debemus: vt occurramus in virum perfectum. ⁊ vtamur libertate votorum. vt cum ipso domino vnus spiritus simus: vt ipse in nobis maneat. ⁊ nos in ipso. nihil in nobis femineum. nihil paruule etatis habeatur. nec necesse sit nobis sub tutoribus ⁊ procuratoribus derelinqui a patre.

Juramento constrinxerit non ꝛc. Augustinus. Non hoc ad omnem iurationem pertinet: sed ad eam vbi quisq̃ vouet alicuius rei abstinentiam qua licebat vti per legem. sed per votum ipse sibi efficit non licere.

sacrificiaq̃ ⁊ libamina singulorũ per vitulos ⁊ arietes ⁊ agnos rite celebrabitis. ⁊ hyrcuz pro peccato. absq̃ holocausto sempiterno. sacrificioq̃ eius ⁊ libamine. Die sexto offeretis vitulos octo. arietes duos. agnos anniculos imaculatos .xiiij. sacrificiaq̃ ⁊ libamina singulorum per vitulos ⁊ arietes ⁊ agnos rite celebrabitis. ⁊ hyrcum pro peccato absq̃ holocausto sempiterno. sacrificioq̃ ei⁹ ⁊ libamine. Die septimo offeretis vitulos septem. ⁊ arietes duos agnos anniculos immaculatos. quattuordeci. sacrificiaq̃ ⁊ libamina singulorũ per vitulos ⁊ arietes ⁊ agnos rite celebrabitis. ⁊ hyrcum pro peccato absq̃ holocausto sempiterno sacrificioq̃ ei⁹ ⁊ libamine. Die octauo qui est celeberrimus. omne opus seruile n̄ facietis. offeretis holocaustum in odorem suauissimũ domino. vitulum vnum. arietem vnum. agnos anniculos immaculatos septem. sacrificiaq̃ ⁊ libamina singulorũ. per vitulos ⁊ arietes ⁊ agnos rite celebrabitis. ⁊ hyrcum pro peccato. absq̃ holocausto sempiterno. sacrificioq̃ eius ⁊ libamine. Hec offeretis domino in solennitatibus vestris. preter vota ⁊ oblationes spontaneas. in holocausto. in sacrificio. in libamine. ⁊ ĩ hostiis pacificis.

C. XXX.

Narrauitq̃ moyses filijs israel omnia que ei dominus imperarat. Et locutus est ad principes tribuũ filiorũ isrl'. Iste ẽ sermo quez precepit dñs. Siq̃s virorũ votũ dño vouerit aut se iuramẽto ꝯstrixerit

Mulier si &c. Id est. si femina & adbuc tenera fuerit aīa: cui vir vel pater dominatur in votis: non semper in ipsa est culpa: sed interduz redit ad viros vel parentes.

Iuramentū quo &c. Lxx. Et diffinitiones quas diffiniūt aduersus animam suam. Non ꝗ talibus votis noceant anime sue: sed aduersus animaz dicitur aduersus animalem delectationē sicut ibi. Affligetis animas vestras.

Aug. Merito q̄rītur in boc loco etiā de voto virginitatis Mulieres enim etiā virgines in scriptura solent appellari & uidetur apostolus de patre loqui cū dicit: seruet virginē suam & det nuptui virginē suam &c. et boc modo. vbi non nulli itellexerunt virginē suā i. virginitatem suaz. nulla tamē boc similis scripturarū locutōe demonstrant: cuz sit inusitatissima.

Nec obnoxia Lxx. Dominus mūdabit eā: quia abnuit pater eius. i. mundam babebit & iudicabit. sicut dicit: mūdauit eam sacerdos. & mundatiōe nō mūdabis reum. i. non dices mundum eum q̄ imundus est.

Si maritum. Id est. si adulta & viripotens fuerit ad cōcipienduz semen verbi dei. & doctrine spiritalis capienda secreta. vnde. Volo aūt omnes vos vni viro virginem castam exbibere christo.

Aug. Quia dn̄s mādauit feminā sub patre esse anteꝗ̄ nubat: & sub viro nuptam: noluit ita lex aliquid vouere eam aduersus animā suā i. in rerum licitarum abstinentia: vt in eisdem votis feminea valeat autoritas: sed virilis. Ita vt si ad buc innupte iam concesserit pater vota persoluere: si antequā persoluerit nupserit: & viro eius boc cognitum nō placuerit: non persoluat & sit omnino sine peccato quia dominus mundauit eam sicut dicit. i. mundam fieri iudicauit. Neq̧ boc contra deum fieri putandum est: cum ipse preceperit & voluerit.

non faciet irritum verbum suuz. sed omne q̄d promisit implebit. Mulier si quippiam vouerit & se constrixerit iuramento que est in domo patris sui & in etate adbuc puellari: si cognouerit pater votū q̄d pollicita est: & iuramentū quo obligauit animā suam & tacuerit: voti rea erit quicquid pollicita ē & iurauit opere cōplebit. Sin aūt statim vt audierit cōtradixerit pater. & vota & iuramenta eius irrita erunt nec obnoxia tenebit̄ spōsioni eo ꝗ cōtradixerit pater. Si maritū babuerit & vouerit aliq̄d & semel verbum de ore eius egrediens animam illius obligauerit iuramento quo die audierit vir: & non contradixerit voti rea erit. reddet q̧ quodcunq̧ promiserat. Sin autē audiens statim contradixerit: & irritas fecerit pollicitationes ei᷒: verba q̧ q̄bus obstrixerat animā suam propicius erit ei dn̄s. Uidua & repudiata quicquid vouerint reddent. Uxor in domo viri cum se voto constrinxerit & iura

(Interlinear gloss: Adbuc. s. paruula et tantū diuine eruditionis babens initia)

Uxor in domo uiri &c. Aug. De illa prius dixit que ī domo patris sui vouit & anteꝗ̄ redderet nupsit. De ea ergo que in domo mariti vouit ita loquitur. Si in domo mariti eius votum eius aut diffinitio q̄ aduersus animam eius cum iureiurando & audierit vir eius &c. Manifestum est ergo ita voluisse legem feminam esse sub viro: vt nulla vota ei᷒ que abstinentie causa vouerit reddant ab ea nisi vir fuerit autor permittendo. Nam cum ad peccatum viri pertinere voluerit si prius permiserit & postea probibuerit: etiam bic (tamen non dixit vt faciat mulier: quod vouerat: quia permissa prius a viro fuerat) viri dixit esse peccatum qui abnuit q̄d prius concesserat non tamen mulieri ideo permisit vt si vir postea probibuerit contēnatur. Sed vtrum ista etiam ad vota continētie & ad concubitus abstinentiam pertineant merito queritur: ne forte ea ītelligantur tantū aduersus animam voueri que sunt in cibis & potibus. q̄d etiam videtur ibi significari. Nonne anima plus ē ꝗ̄ esca: Et cum de ieiunio precipitur: ita dicitur. Affligetis animas vestras. Nescio autem vtrū alicui legat̄ aduersus aīam votū dici q̄d de abstinentia concubitus fuerit. Maxime cum bic lex autoritatem viro tribuat nō mulieri que viro subdita est: tunc vota persoluere si vir vota approbauerit. Si autem renuerit: non deberi. Apostolus cum de buiusmodi loqueretur: nō maiorem autoritatē viro ꝗ̄ femine dedit. Sed vxori iquit vir debitum reddat. similiter & vxor viro. Uxor non babet potestatem sui corporis sed vir. Similiter & vir non babet potestatem sui corporis: sed mulier. Cum ergo parem vtriq̧ tribuat potestatem: insinuat de concūbendo vel non concūbendo regulam non pertinere ad ea vota vbi nō babent parem potestatem: sed vir maiorem & prope eius solius est. Non enī ait lex uirū n̄ debere reddere vota sua si vxor pbibuerit: sed vxorē si vir probibuerit. Preterea iste iustificationes dicūt̄ & meminimus in illis iustificationibus que in exodo sub boc noīe memorātur multa p̄cipi que ad p̄prietatē non possunt accipi. nec in nouo. t. obseruari sicut de aure serui pertundēda & buiusmodi. Unde etiā bic aliquid figurate dictū intelligitur vt q̄m sunt multe abstinentie cerimoniarū irrationabiles & inimice veritati. Hoc forte intelligi voluit tūc ratas esse. cū ratōbiles fuerint. i. cū eas rō approbauerit que sicut vir debet regere omnē aīalem motionem. que fit nō tantū in appetendo: sed etiā in abstinendo vt si mente & ratiōe decernitur: tunc fiat. Si autē improbatur: nō fiat. Si autē rō q̄d prius recte faciendū esse decreuerit post improbet: fit peccatū consilij: etiā sic tū non nisi rationi motio illa consentiat.

mēto: si audierit vir & tacuerit nec contradixerit spōsioni: reddet q̄d cūq̧ promiserat. Sin autem extēplo contradixerit nō tenebit̄ promissionis rea quia maritus contradixit & dominus ei propicius erit. Si vouerit & iuramēto se cōstrinxerit vt per ieiunium vel ceterarū rerū abstinentiam affligat animā suam: in arbitrio viri erit vt faciat siue non faciat. Q̄d si audiens vir tacuerit: & in alterā diez distulerit sententiā: quicquid vouerat atq̧ promiserat reddet q̄a statim vt audiuit: tacuit. Si autē non contradixerit postꝗ̄ resciuit: portabit ipse iniquitatē eius. Iste sunt leges quas constituit dominus moysi inter virum & vxorez. inter patrem & filiam que in puellari adbuc etate est: vl̄ que manet in parentis domo.

C. XXXI.

Locutusq̧ ē dominus ad moysen dicens: Ulciscere prius filios isrl̄

C. XXXI.

Ulciscere. Orig. Scandala filijs israel madianitarū tergiuersatōe acciderant qui subornauerant mulieres que eos deciperent: vt peccarent.

Illi ergo pro peccato suo puniti sunt mediocrius tamē ⁊ parcius. Hi vero qui fuerant causa peccandi multo vehementius. Unde patet quia longe grauius est causam peccati prebere ꝗ peccare. vnde dicitur. Quia melius fuerat illi homini non nasci· aut molam asinariam alligari circa collum eius· ⁊ precipitari in profundum maris: ꝗ vt scandalizaret vnum de pusillis istis. Scandalum autem est· vbi recte ambulanti deceptio ad peccandum subiicitur.

Et sic colligeris Nouissime inqt. Apponeris ad populū tuū ⁊c. Hoc contra samaritas qui negāt resurrectionē mortuorum. nec fidem futuri seculi recipiūt. Nemo enim apponitur ad eos qui non sunt. Constat ergo esse aliquem populum cui moysen dicit esse apponendum.

Mille viri ⁊c. Aduerte diuine virtutis magnificentiā. Filii israel· dū sexcēta milia fuerant armatorum: omnes victi sunt: quia erat in eis peccatum. Nunc vero. xii. milia victores vincunt. quia nō in multitudine vicit israel: sꝫ iusticia ⁊ pietas est in eis que vincit. vnde. Unus persequetur mille: ⁊ duo decē milia. Vides ergo· quia plus valet vnus sanctus orādo ꝗ inumeri peccatores preliādo. Oratio enī sancti celū penetrat. Quomodo ergo in terris hostem nō vincat: Queramus ergo ⁊ custodiamus iusticiam· induamur loricam iusticie accincti veritate. ⁊ accipiamus galeam salutis· ⁊ gladium spiritus· ⁊ ante omnia scutum fidei· in quo extinguamus ignea tela maligni.

de madianitis· ⁊ sic colligeris ad
Sāctos ad superne ciuitatis ciues.
populum tuum· Statimq̄ moyses. Armate inquit ex vobis viros ad pugnam· qui possint vltionem domini expetere de madianitis. Mille viri de singulis tribubus eligantur ex israel qui mittantur ad bellum· Dederuntq̄ millenos de cunctis tribubus. i. xii. milia expeditorū ad pugnam· quos misit moyses cum phynees filio eleazari sacerdotis· Uasa quoq̄ sancta ⁊ tubas ad clangendum tradidit eis. Cumq̄ pugnassēt contra madianitas atq̄ vicissent omnes mares occiderunt· ⁊ reges eorū· eui· ⁊ recem ⁊ sur ⁊ vr rebe quinq̄ pri
† Error perfidie ligno crucis interficitur.
cipes gentis. † Balaā quoq̄ filiū beor interfecerunt gladio· ceperūt q̄ mulieres eorū ⁊ paruulos: oiaq̄ pecora ⁊ cunctam suppellectilē ꝗcquid habere potuerāt depopu

lati sunt· tam vrbes ꝗ viculos ⁊ castella flāma consumpsit. Et tulerunt predam· ⁊ vniuersa que ceperant tam ex hominibus ꝗ ex iumētis· ⁊ adduxerūt ad moysen· ⁊ ad eleazarum sacerdotem ⁊ ad oēm multitudinē filiorum israel. Reliqua autem vtensilia portauerunt ad castra in campestribus moab iuxta iordanem contra hiericho. Egressi sūt aūt moyses ⁊ eleazar sacerdos· ⁊ oēs principes synagoge in occursum eorū extra castra. Iratusq̄ moyses principibus exercitus tribunis ⁊ centurionibus qui venerant de bello ait: Cur feminas reseruastis? Nōne iste sūt que deceperūt filios israel ad suggestionem balaam· ⁊ preuaricari fecerunt vos in domino sup peccato phogor. vnde ⁊ percussus est populus Ergo cūctos interficite·

Talibus enim armis instructi diabolica castra fugabimus.

Et reges ⁊c. Origenes. Interficiuntur reges madianitarū· ⁊ qui prius a mulieribus victi sunt· nunc expiatione habita ⁊ acta penitentia reges vincunt. tantum valet conuersio ad deum ⁊ correctio peccatorū. Fuit aūt cure diuine scripture nomina regum memorare eui ⁊ recem ⁊ sur ⁊ vr sorophoc. Hi enim regnant apud madianitas· quos penitus debet extinguere omnis qui militat deo. Eui nanq̄ beluinus vel ferinus interpretatur. Beluinos ergo ⁊ ferinos mores debes omnino perimere: vt placeas ei qui te probauit· ⁊ peruenias ad beatitudinem mortificata totius iracūdie feritate. Ego puto ꝙ hec nomina scriptura diuina non narrauit pro historia: sed pro causis ⁊ rebus aptauit. Quis enim stultus filio suo nomen beluinus imponit: sed magis institutionem animarum prospexit sermo diuinus volens ostendere· ꝙ aduersus huiusmodi vicia militare debemus: ⁊ istos reges fugare de corporis nostri regno: ne regnet peccatum in nostro mortali corpore. Nomina enim pro rebus aptantur· etiā apud gentiles ⁊ barbaros. Notum est cur abram abraham dictus est· ⁊ sarai sara· ⁊ iacob israel. Ioseph autem a pharaone barbara lingua photophanec cognominatus est. qđ lingua sua de secretorum vel somniorū reuelatione composuit. Daniel quoq̄ in babilonia baltasar nominatur.

Et ananias· ⁊ azarias· ⁊ misael· sidrac· misac· ⁊ abdenago. Madianitarum ergo regem moyses appellauit: prout gessit. Beluina inquit feritas est que regnat in madianitis· nec ipsa solum: alius est rex nomine recem i. inanitas que ibi regnat· Multa enim inanitas ⁊ vanitas in hoc mūdo quā dei miles superat ⁊ vincit: si nihil inaniter nihil superflue agit: memorans: quia etiā de ocioso verbo reddent homines rationem in die iudicii In hac vita hominis totum pene ociosum ⁊ inane ē qđ dicitur vel agit. Inanis est oīs actus ⁊ sermo in quo non ē intrinsecus aliquid pro deo vel dei mādato.

Est ⁊ alius rex madian vr. i. irritatio. Vides quales sūt q̄ regnāt apud madianitas. Qui. s. debēt expugnari· imo perimi. ab his qui deum sequūtur· Non enim tam regū ꝗ viciorū nomina que regnant in hoībus referuntur in lege: ⁊ ñ tā gentiū bella ꝗ concupiscentiarū carnalium que militāt aduersus animam describuntur. Deniq̄ hi q̄ ī viciis regnant. v. reges esse dicuntur· vt pateat: qr omne viciū quod regnat in corpore ex quinq̄ sensibus pendet· Hi ergo perimēdi sunt de regno madianitarū: vt vltra vicia nō regnent per eos sꝫ iusticia· nec ad scandalū videāt oculi: sꝫ ad edificationē. Unde si oculus tuus scādalizat te: erue eū ⁊c. Nō tamē effodiēdum precipit oculū corporis nostri: nec manum aut pedē abscidendū: sed sensum carnalia sentientem· ⁊ concupiscentiis lasciuientem: vt oculi recta videant· aures recta audiant. gustus noster verbū dei gustet· manus palpent ⁊ contrectent de verbo vite· Et sic peremptis regibus madianitarū· regnet ī nobis iusticia. i. xp̄s q̄ factus ē nobis a deo iusticia· ⁊ pax· ⁊ redēptio

Balaam quoq̄. Patet cōsilio balaā subornatas ēe mulieres madianitarū q̄ deceperant israel. Unde hic velut auctor sceleris interficitur

Orig. Dictū ē superius· ꝙ balaā rediit in locū suū. Sꝫ forte reuersus ē· quāuis scriptura nō dixerit. Uel forte ī locū suū rediit ab eo loco vbi sacrificia faciebat: in eū. s. locū vbi tanquā peregrinus habebat hospicium. Non enī dictū ē in domū suā· aut ī patriā suā. De balac autē dictum est ad semetipsum: vbi tanquā dominus habitabat.

Cur feminas re. ⁊c. Rab. Mystice. Feminā ī predā de bello reuertēs seruat q̄ foras actus prauos cohibēs· ⁊ zelo bono destruēs· delectationē carnalē ī abscōdito pectoris celat. Sꝫ hoc moyses. i. lex redarguit. Qui enī delectationē carnis ī occulto corporis celat: facile ī culpā praue operatōis exorbitat. Iubet ergo oīe masculinū· paruulus etiā· mulieres q̄ que nouerūt viros iugulari· qr turpē appetitū ⁊ delectationē carnis· q̄ concipit iniquitatē ⁊ parit peccatū· penitus īterficere debemus. Puellas aūt ⁊ feminas virgīes. i. ptē delectatiōis q̄ ñ procliuis ē ad peccādū. sꝫ exardescit ad bonū conseruemus: vt q̄ deo placita sūt desiderēmus ⁊ perficere studeamus

Ad suggestionē ba. Hic euidentius ostenditur balaā suggestiōe

mulieres subornatas fuisse.

Isidorus. Nõ dubitauit balaã oblata copia feminarũ fornicatõis ruina israelitas collapsuros: q2 cõcupiscibiles aĩe eorum partes sciebat eẽ corruptas. Ita demones vnumquẽq3 pertemptant illis affectibus aĩe laqueos tradentes: quib9 nos senserint egrotare.

Eleazar quoq3. Nota q eleazar nõ ad omnẽ populũ: sed ad viros virtutis loquitur qui reuertebãtur de prelio. Viri aũt virtutis sunt qui ad bellũ procedũt. q in agone contendũt. ⁊ ab oĩbus se abstinent. alij vero nõ viri sunt virtutis.

Aurũ et argentum ⁊c. Temp9 belli est in hoc mũdo cõtra nequicias spũales ⁊ concupiscẽtias carnales. Spectat nos angelorum chorus: ⁊ virtutũ celestiũ pia erga nos pendet expectatio. qñ vel quõ d prelio reuertamur. quis plus afferat auri vel argenti. quis lapides preciosos curiose ituetur. Requirũt etiã qui deferũt es. q ferrũ. qui plũbum. vl vas ligneũ. vel fictile aut aliqd huiusmodi magne domus vsibus necessariũ. Secundum ergo ea que quisq3 detulerit mansionis ei meritũ deputabitur. Probãtur tamen hec oĩa. alia p ignẽ. alia per aquã. vniuscuiusq3 opus q̃le sit ignis probabit.

Et lauabitis. Orig. Vides quomodo purgatione indiget omnis qui exit de prelio huius vite. Qui pugnauerũt p filijs israel: madianitas iterfecerũt: i q deo placuerũt cuius volũtatẽ ipleuerũt: hoc tñ ipso iniundi dicũtur effecti. vnde iubentur lauare vestimẽta sua ⁊ mũdari. ⁊ sic intrare i castra. Hi ergo qui pugnant: q2 ĩmundos hostes cõtingũt: polluti sunt. Si ergo diabolũ vicero. ⁊ cogitationes ĩmundas quas suggerit: vel veniẽtes repulero: vel ingressas intra me ne ad effectũ veniant necauero. cõculcans caput draconis: hoc ipso tamen pollutus sum. quo pollutũ calcare contẽdi: Beatus tamẽ quia superaui. vnde: Nemo mũdus a sorde. Oẽs ergo

⁊ quicquid est generis masculini etiã in paruulis. ⁊ mulieres que norũt viros i coitu iugulate. Puellas autẽ ⁊ omnes mulieres [vel feminas] virgines reseruate vobis. ⁊ manete extra castra. vij. diebus. Qui occiderit hominẽ vel occisum tetigerit lustrabitur die. iij. ⁊. vii. ⁊ de omni preda siue vestimentũ fuerit siue vas. ⁊ aliquid in vtensilia preparatũ. de pellibus caprarũ ⁊ pilis ⁊ ligno expiabit᷑.† Eleazar quoq3 sacerdos ad viros exercit9 qui pugnauerunt sic locutus est: Hoc est preceptũ legis qd mandauit dominus moysi. Aurum ⁊ argentum ⁊ es ⁊ ferrum ⁊ plũbũ ⁊ stãnũ ⁊ oĩe qd potest transire per flãmas igne purgabit᷑. Quicquid autem ignem non poterit sustinere: aqua expiationis sanctificabitur. ⁊ lauabitis vestimẽta vestra die septio. ⁊ purificati postea castra intrabitis. Dixitq3 domin9 ad moysen Tollite sũmam eorũ q capta sunt ab homine vsq3 ad pecus: tu ⁊ eleazar sacerdos. ⁊ oĩs pricipes vulgi. diuidesq3 ex equo predam inter eos qui pugnauerunt ⁊ egressi sunt ad bellum. ⁊ inter omnem reliquã multitudinẽ. Et separabis partem domino ab his qui pugnauerunt ⁊ fuerunt in bello. vnam animam de quingentis tam ex hominibus q̃3 ex bob9 ⁊ asinis. ⁊ ouibus. ⁊ dabis eã eleazaro sacerdoti. quia primitie domini sunt. Ex media quoq3 parte filiorum israel accipies quinquagesimum caput hominũ ⁊ boum ⁊ asinorũ ⁊ ouiũ cunctorũq3 animantium ⁊ dabis ea leuitis q excubant in custodiis tabernaculi domini. Feceruntq3 moyses ⁊ eleazar sicut preceperat domin9. Fuit autem preda quã exercitus ceperat ouiũ sexcenta. lxxv. milia: boũ lxx. duo milia: asinorum. lx. milia ⁊ mille. Anime hominũ sexus feminei que nõ cognouerant viros xxx. duo milia. Dataq3 est media pars his qui i prelio fuerãt ouiũ trecenta. xxxvii. milia quingente. ex quibus in ptẽ dñi supputate sunt oues sexcente. lxxv. ⁊ de bobus. xxxvi. milibus: boues. lxx. ⁊ duo. De asinis. xxx. quingentis. asini. lx. vnus. De aĩabus hoĩum xvi. milibus: cesserunt in partem dñi. xxx. due aĩe. Tradiditq3 moyses numerũ primitiarũ dñi eleazaro sacerdoti sicut fuerat ĩperatũ ex media parte filiorũ israel. quã seperauerat his qui i plio fuerãt. De media vero parte q cõtigerat reliquẽ multitudini. id est. d ouiũ trecentis. xxxvii. milib9 qngẽtis ⁊ de bobus. xxx. sex milibus: ⁊ de

† Nota q sermo dei illis tñ fit qui sunt viri virtutis.

purificatione indigemus ĩmo purificatiobus. Multe enĩ ⁊ diuerse nos manent purificatiões. Sed mystica hec sunt. ⁊ ineffabilia. Quis enĩ enarrare poterit que sint purificationes q parẽtur petro. ⁊ paulo. ⁊ similib9 qui tot hostes prostrauerũt: tot spolia ceperũt: q cruentis manibus a cede redeunt: quorũ pes tinctus ẽ in sanguĩe. ⁊ manus suas lauerũt in sanguine peccatorum. interficientes in matutino oẽs peccatores terre. Peremerunt enĩ diuersas demonũ gẽtes: quas nisi vicissent captiuos nõ liberassent. nec ad obedientiã christi pduxissent. Beatus q succedit ĩ his prelijs. ⁊ interficit madianitas: vt iustificetur ex sanguine eorũ. Sanguinẽ demonũ fũdit qui captiuos eripit. Purificabit᷑ aũt in regno dei: vt mũdus ingrediatur ciuitatẽ dei. vel domini.

Qui pugnauerunt. Alleg. Orig. Sunt quidã in pplo dei qui militãt. q. s. ñ obligãt se secularib9 negocijs. Hi procedũt ad bellũ contra gentes munitas ⁊ spiritales nequicias. pro his qui infirmiores sunt vl etate. vl sexu. vel pposito. Pugnant aũt orõnibus. ieiunijs. iusticia. pietate. mãsuetudine. castitate. ⁊ oĩbus continentie virtutibus. Et regressis ad castra victoribus fruuntur laborib9 eorũ etiã ibelles qui ad pugnã nõ vocant᷑. vel exire nõ possunt. Sciendum aũt q oĩa que sumũtur ex his gentib9 mutanda sunt. ⁊ forte qcquid ex hoc seculo assumitur. vel prelio capitur. ⁊ ĩmundũ ẽ. ⁊ purificatione ĩdiget. ⁊ quedam per ignem transeunt. alij sufficit aque purificatio. Assumuntur aũt ex prelio hoĩes ⁊ iumẽta: cũ captiuat᷑ oĩs intellectus ad obediẽdũ christo per verbũ dei. In quo pugnãtes captiuant intellectũ eorũ qui cõtraria sentiunt. Pauci sunt tamen qui pugnare possint. ⁊ prelia ista conficere. de sexcentis milibus armatorũ qui vidẽtur militare deo. sola. xij. milia eliguntur. ceteri relinquũtur in castris. Intuere quanti sint ĩ ecclesia

qui possint pro veritate pugnare⁊ cōtradicentibus resistere· qui sciāt verbi bella tractare. Beati sunt qui pro ꝑplō dei possunt pugnare· ⁊ de hostibus spolia reportare. Reliqua tamē pars ꝑpli que videt̃ imbellis: si cū quiete resideat in castris: in silentio agat: a moyse nō recedat: sed in lege dei permaneat: spoliorū partem habebit. Fiet enim equa portio: non per numerū: sed quantū datur omni populo. tantū. xij. milibus qui spolia ceperunt. Quis hec audiens nō aīetur pro ecclesia pugnare: ⁊ inimicis veritatis resistere· qui dogmata ecclesie oppugnare· vel voluptati ⁊ luxurie docent operam dare? Qui ergo hos expugnat: vel in se· vel in proximis vicia pūnit: capiet spolia multa quinquagies multiplicata q̄ ceteri. In tantū enī numeri quātitas videt̃ augeri cū sexcētis milibus. xij. milia cōferūtur. Offerre tn̄ vtraqꝫ pars iubetur deo· ⁊ illi quidem qui vicerūt vnū ex quingētis. Qui aūt domi resederunt vnum ex. l. Vterqꝫ aūt numer⁹ sacratus est. Vnde vnus debebat denarios quingētos· ⁊ alios. l. ⁊c· Sed ⁊ septē septiane vno addito quinquagesimū diez faciūt: que pentecostes festiuitas dicit̃. Similiter. lxx· septimane addita vna decade quingētos redundant. Et quāto plures sunt. lxx. septimane q̄z. vij. tanto prestantior est numerus quingentorū q̄z quinquaginta.

De his .n. dictū ē. Multitudinis credētiū erat cor .n. ⁊ a. n. ⁊c. Hi sunt q̄ plurimū auri pugnando ceperant. ⁊ omne aurum ⁊ ornamētū· siue capitis· siue brachiorū· vel digitorū. i. quicquid intellectibus vel operibus habēt: deo offerūt. scientes q̄ munera eius· data eius sunt. ideo nec vnus dissensit (dissentientes enī nō possunt offerre. Vnde. Si offers munus tuū ad altare: ⁊ memoratus fueris q̄ frater tuus habet a· aduersū te: re. i. m. t. ⁊c) vt leuent. s. manus suas ad deum sine ira ⁊ dissensione. In musicis eniz si armonia cordaruz cōsonanter aptatur: suauē sonū reddit· si aliqua sit dissonātia carminis dulcedo corrumpitur. Ita si dei milites dissentiant ingrata sunt oīa deo: etiā si bella multa cōficiant: spolia multi deferāt: ⁊ munera offerant. Dicet̃ enī vade prius reconciliari fratri tuo ⁊c. Si enī in aliquo dissentis a mādatis dei: nec hostem vincere potes. In eo enī ipso iaz victus es a diabolo· in quo dissentis a deo· Si ergo vis vincere ⁊ sūma bellatorū eē: adhere deo: cōcorda cū ipso dicens: Quis nos sepabit a caritate christi? tribulatio? an āgustia? ⁊c. Qui talis ē: potest vincere madianitas· ⁊ interficere oēs peccatores terre. i. carnis fornicationē· imundiciā· passionē· concupiscentiā auariciā ⁊ huiusmōi Et sic erit dignus offerre omē vas aureū torquē· aut viriolā. aut anulum· aut dextrale· aut cathenulā

asinis. xxx. milibus quingentis· ⁊ de hominibus sedecim milibus tulit moyses quinquagesimuz caput. ⁊ dedit leuitis qui excubabāt in tabernaculo domini: sicut preceperat dominus. Cūqꝫ accessisset principes exercitus ad moysen· ⁊ tribuni ⁊ centuriones dixerunt. Nos serui tui recensuimus numerum† pugnatorū quos habuim⁹ sub manu nostra† ⁊ ne vnus quidem defuit. Ob quā causam† offerimus in donariis domini singuli qd̄ in preda auri potuimus inuenire phichelides ⁊ armillas† anulos ⁊ dextralia ac† murenulas: vt depreceris pro nobis dominum.

† Qui etiā alios in ecclesia ab hostibus tam visibilibus q̄ inuisibilibus defendunt.

† Multitudīs credētiū erat cor vnū et aīa vna

† discordātes nō possunt offerre. vnde: vade prius recōciliari fratri tuo· et tūc veniēs offeras munus tuum.

† operum. s. ornamenta.

† Auro et argento factas.

Susceperuntqꝫ moyses ⁊ eleazar† sacerdos omne aurum in diuersis speciebus pondere. xvi. milia septingentos. l. siclos a tribunis ⁊ centurionibus. Vnusquisqꝫ eniz qd̄ in preda rapuerat suuz erat· ⁊ susceptū intulerunt in tabernaculum testimonii in monimentū filiorū israel coram domino.

† virtutes animi et bona opera.

C. XXXII.

Filii aūt rubē ⁊ gad hēbāt pecora multa· ⁊ erat eis in iumentis infinita substantia. Cūqꝫ vidissent iazer ⁊ galaad aptas aīalibus alendis venerunt ad moysen ⁊ ad eleazarum sacerdotem· ⁊ principes multitudinis atqꝫ dixerunt: Astaroth

Cūqꝫ accessissent. Orig. Differentias esse ⁊ profectus meritorū ī populo fideliū· ⁊ in aliꝫ locis ⁊ hic colligimus de eo qd̄ scriptū est. Et accesserunt ad moysen omnes qui cōstituti erāt principes per tribus in exercitu tribuni ⁊ centuriones· ⁊ dixerūt ad moysen: Nos pueri tui collegimus sūmam virorū bellatorū nostrorū· ⁊ nō dissensit ex nobis quisquā· ⁊ obtulimus munus domino ⁊c. Loquūtur ergo ad moysen electi principes qui constituti sunt super exercitū· ⁊ pro rebus bene gestis munera offerunt domino dicentes: Nos pueri tui sumus qui accepimus sūmam filiorū israel bellatorū. s. xij. milia qui electi sunt ex omnibus tribubus: vt pugnarent contra madianitas. Sunt ergo in populo dei bellatores multi· ⁊ multi ībelles· ⁊ inter bellatores quidā qui appellant̃ sūma bellatorū: eminentiores. s. inter bellatores· ⁊ rursus his celsiores qui constituti sunt super eos principes ⁊ prelati singulis milibus electorū. Est ergo multa diuersitas ī ordine bellatorū. Inter imbelles quoqꝫ est aliqua differentia. Quidā enī ita sunt imbelles vt nūquā possint fieri bellatores vt senes· femine· serui. Pueri vero ita sunt imbelles: vt sperent fieri bellatores cum occurrerint s. in virum perfectū· ⁊ in mensurā etatis· etiā in sūmam bellatorū venire se sperant· ⁊ esse electi in. xij. milibus: vel esse princepes electorū. Considera oīa presentia seculi repleta bellis: ⁊ demonū inuisibilibus preliꝫ perurgeri. In populo vero dei esse quosdā fide robustos· virtutibus armatos· q̄ huiusmodi bella conficiant· ⁊ semper in procinctu positi etiā eos qui pugnare nō possunt ab hostibus tueantur verbo ⁊ exemplo: si tamen nō desit eis fides. Impossibile ē enī sine fide saluari. Inter ipsos bellatores sūt aliꝫ parati ⁊ expediti: vt nullis se īplicent secularibus negociꝫ· meditātes in lege dei die ac nocte. Hi sūma bellatorum appellantur. Non est autem dictum de cōmuni numero bellatorū q̄ nemo in eis dissensit: sed de his q̄ sūma bellatorum dicuntur. In talib⁹ enī nulla dissentio· nulla discordia

Torques ornamentū sapientie est. In prouerbiꝫ enī de sapientia dicit̃ Qui acquisierit eam: torquē aureā ponat circa collū suū. Viriola ⁊ anulus ornamenta sunt manuū· in quibus signātur opera. Similiter ⁊ dextrale. Cathenule vero verbi ⁊ doctrine connexiones significāt.

Depreceris pro nobis. Orig. Ad propiciādū deū pro nobis. Si dicamus propter aurū deū propicium fieri hominibus: absurdum ⁊ impiū iudicatur. Hoc enī in viro bono notabile dicit̃. Per aurum ergo virtutes ⁊ opera bona signantur: que sola deo digne offeruntur· pro quibus solis decet eum propitiari·

Susceperūtqꝫ. Et accepit moyses ⁊ eleazar sacerdos aurū ab oībus tribunis ⁊ centurionibus: ⁊ intulit illud in tabernaculum testimoniꝫ memoriale filiꝫ israel coram domino. Nota q̄ que dicūtur non ad conspectū visibilem: sed ad mentis memoriam referuntur. Beatus enī est qui recordatur se aliquid boni operis fecisse coram dn̄o· ⁊ obtulisse munera beneplacita deo· virtutes. s. animi: ⁊ ornamenta pietatis. C. XXXII.

Filii autem ruben. Orig. Oīa que dicūtur: nō solū ex sermone q̄ dicit̃ pensanda sunt: sed ex persona dicentis. Si puer loquitur: aīas nr̄as ad auditum eloquiꝫ puerilis aptamus: nec plus in his q̄ dicuntur q̄z puer sentire poterat expectamus. Si aūt vir loquit̃: cōtinuo contēplamur· si viro digna sint q̄ dicuntur· ⁊ si eruditus sit: pro eruditionis intuitu etiam dicta pensamus. Si aūt imperitus ⁊ ydiota: aliter q̄ dicunt̃ accipimus. Si aūt senior aut multe peritie ac probate (vt qui in eruditiōe cōsenuit) longe in eo maior habebitur dictorū expectatio. Hec aūt qui loquit̃ spūs sanctus est. vnde eniz poterat moyses que ab origine mundi gesta sunt: vel in fine gerenda narrare: nisi spirit⁹ dei īspiratiōe? Vnde potuisset de christo ꝓphetizare? Christus enim ait: si crederetis moysi: crederetis vtiqꝫ ⁊ mihi: de me .n. ille scripsit ⁊c. Hoc ergo secundū maiestatē loquentis

oportet intelligi. vnde abrahā dicit. Habent moysen ⁊ ꝓphetas: audiant eos. nō hoīes in corpore positos significās: sed q̄ ab eis scripta sunt dictā te spiritu dei. Moysi ergo litteras remoto velamine ita intelligamus: vt singulis dici videātur. vt si intelligant auditores ⁊ obseruent: nō cant in locū tormentorū sicut diues qui audire cōtempsit: sed in sinū abrahe vbi lazarus requiescit. Hec tamē ad liquidū scire ipsius puto esse spūssancti q̄ inspirauit. ⁊ ihesu christi qui ait. De me enī ille scripsit. ⁊ patris: cuius cōsiliū antiquū hūano generi nō nuduz sed velatum litteris indicatur. Sed iam ad sensum eoꝝ q̄ latere videntur veniamus. Duobus modis de egypto exitur. Cum enī quis de errorū tenebris ad agnitionis lumen adducitur: ⁊ de terrena cōuersatōne ad spūalia instituta cōuertitur de egypto videtur exisse. ⁊ ad solitudinē venisse ad illū. s. vite statum in quo per silentiuz ⁊ quietē diuinis legib⁹ exerceatur. ⁊ celestib⁹ eloquijs imbuatur. per que institutus ⁊ directus cū iordanē transierit: properet vsq₃ ad terrā promissiōis i. per gratiam baptismi vsq₃ ad euangelica īstituta. Exit etiā aīa de egypto: cū relinquit huius mundi tenebras. ⁊ corporee nature cecitatē ⁊ trāsfertur ad aliud seculum. qđ sinus abrahe. vt in lazaro. vel paradisus vt in latrone indicat. vel si qua nouit de⁹ esse alia loca vel māsiōes. ꝑ que transiens aīa deo credens. ⁊ perueniēs vsq₃ ad flumen qđ letificat ciuitatem dei vltra ipsum sortē hereditatis promisse patribus accipiat. Cuz ergo dupliciter designetur egressus de egypto. ⁊ trāsitus ad desertū. ⁊ inde egressus ad sancte terre hereditatē: videamus qđ sibi velit rubē ⁊ gad ⁊ dimidie tribus manasse hereditas. q̄ ꝑ moysen traditur. ⁊ extra iordanē decernitur. In. xij. tribub⁹ filioꝝ israel. mystice totius humani generis figurā cōplectitur. vel omniū q̇ ad agnitionē dei venerunt. Hoꝝ pars extra iordanem hereditatē consequtur per moysen. Pars vero trans iordanē in terra promissionis per ihesum. Et quidem illi quibus extra iordanē hereditas datur: primitiui sunt. licet minus nobiles. licet nō inculpati. Ruben nāq₃ ē primogenitus iacob: licz ꝯtaminauerit thoꝝ patris. ⁊ gad licet ex ancilla. Manasses quoq₃ cuius dimidia tribus extra iordanē hereditatē consequitur: quāuis de egyptia natus: tamē primogēitus ē. Oēs ergo isti primogeniti sunt. ⁊ ideo significāt priorē populū qui nō per ihesum. sed per moysen hereditatē extra iordanem accipiunt.

⁊ dibon ⁊ iazer. ⁊ nemra esebon et eleale. et sabam. et nebo. et beon. Terra quā percussit dominus in conspectu filiorum israel regiōis vberrime est ad pastum animaliū

† greg. Quos multa mūdi ipedimēta occupāt: habitationē celestis patrie non desiderant.

Et † nos serui tui habemus iumēta plurima. precamurq₃ si inuenimus gratiam coram te vt des nobis famulis tuis eam in possessionem. nec facias nos transire iordanem. Quibus respondit moyses: Nunquid fratres vestri ibūt ad pugnam. ⁊ vos hic sedebitis:

† Orig. Nota ꝙ volentes vltra iordanē remanere increpat moyses. i. lex.

Cur subuertitis mentes filiorum israel ne transire audeant in locū quē eis daturus est domin⁹: Nōne ita egerunt patres vestri. quādo misi de cadesbarne ad explorandam terram. Cunq₃ venissent vsq₃ ad vallē botri lustrata omni regione subuerterunt cor filioruz israel vt non intrarent fines quos eis dominus dedit. Qui iratus iurauit dicens: Si videbunt homines isti qui ascenderunt ex egypto: a. xx. annis ⁊ supra. terrā quā sub iuramento pollicitus sū abraham. ysaac. ⁊ iacob. ⁊ noluerunt sequi me preter caleph filium iephone cenezeū. ⁊ iosue filiū nun. Isti impleuerūt voluntatez meā. Iratusq₃ dominus aduersuz israel: circumduxit eum per desertuz xl. annis. donec consumeretur vniuersa generatio que fecerat malū in conspectu eius: Et ecce inquit vos surrexistis pro patribus vestris incremēta ⁊ alūni hominū peccatorū vt augeretis furorez domini contra israel. Qui si nolueritis sequi eum. in solitudine populū derelinquet. ⁊ vos causa eritis necis omniū. At illi prope accedentes

alias amus.

dixerunt. caulas ouiuz fabricabimus. ⁊ stabula iumentorum. paruulis quoq₃ nostris vrbes munitas. Nos aūt ipsi armati ⁊ accicti pergemus ad prelium ante filios israel. donec introducamus eos ad loca sua. Paruuli nostri. ⁊ q̄dquid habere possumus erunt i vrbibus munitis propter habitatorum insidias. Non reuertemur in domos nostras: vsq₃ dū possideāt filii israel hereditatem suam. nec quicquā querimus trans iordanē

Terra quā per. ⁊c. Gre. Sunt multi in ecclesia qui paruuli eē despiciunt. ⁊ in loco hūilitatis positi. imanes apud se esse nō desinūt. hi honoribus extollūtur. voluptatib⁹ perfruuntur. ⁊ reꝝ multiplicitate dilatantur. preesse appetūt: ⁊ a multis timeri. recte viuere negligūt. ⁊ famā bone vite habere cupiunt. adulationes querūt. fauoribus intumescūt. ⁊ q⁊ presentiū copia delectātur. ventura gaudia nō requirunt. Cūq₃ eos multiplex actō occupat. et a semetipsis alienos demonstrat. Si qua tamē fidei temptatio exurgat (q⁊ ī ea specietenus cōtinentur. verbis eā ⁊ laborib⁹ defendūt. ⁊ celestem patriā predicant. nec tn̄ amāt. Quos bn̄ rubē. ⁊ gad. ⁊ dimidia trib⁹ manasse significāt: q⁊ multa pecora ⁊ iumēta possidētes. dū circa iordanē cāpestria cōcupiscūt: in terra ꝓmissionis hereditatē habere noluerūt. dicentes: Terra quā percus. do. i. cō. fi. is. re. vb. ē. ad. p. a. ⁊c. Qui ergo iumenta plurima possidēt: iordanē trāsire refugiūt. q⁊ quos multa mūdi īplicamēta occupāt: habitationem celestis patrie nō requirūt: sed fides (quā specietenus tenent) increpat ne ociosi delectatione torpescāt. ⁊ alios exēplo suo a laboris tolerantia. ⁊ studio longanimitatis frangāt. Unde eis ꝑ moysen dicitur Nūq̄d fratres vestri ibūt ad pugnā. ⁊ vos hic sedebitis ⁊c. Sed quia erubescūt nō defēdere qđ cōfitentur ꝓ fide ad certamē ꝓperant. eāq₃ nō sibi: sed ꝓxīs vendicant. Caulas ouiū fabricam⁹. ⁊ stabula iumētorum ⁊c. Qui mox fortes pro alijs veniūt. ⁊ repromissionis terrā ab hostib⁹ liberant ⁊ relinquūt. ad pascēda armenta extra iordanē redeūt: q⁊ cōtra fidez baptismi tota mente ⁊ desiderio reb⁹ perituris inseruiūt: q⁊ hereditatē terre ꝓmissionis. i. fructū fidei nō amāt. Sicq₃ ꝓ illa pugnāt: vt sua pignora extra illaz deponāt. q⁊ enī paruulos foris habēt affectū ī eius habitatione nō habēt. Unde ad cāpestria redeūt. q⁊ ab altitudīe montiū quasi a spe celestiū dilabūtur vt extra terrā ꝓmissionis bruta aīalia nutriāt. irrōnabiles. s. motus aī vanis desiderijs. q⁊ eterne lucis claritatē nesciūt dū trāsitorijs excecantur.

Jumenta plurima. Orig. Jumēta ⁊ pecora multa sunt ⁊c. Prioꝝ ꝓpls ad hereditatē illius terre q̄ lacte fluit ⁊ melle. nō potuit peruenire.

nec verbum caro factum agnoscere: quia multa iumenta ⁊ pecora habebat. Animalis enī non potest percipere que sunt spiritus dei. nec spiritaliter diiudicare: quia cum homo in honore esset non intellexit: sed comparatus est iumentis insipientibus. Accepit ergo ille populus hereditatē per moysen. terram .s. duorū regum. non enim amplius potuit interficere moyses nisi duos reges. quorum terram divideret populis multa animalia multaq; pecora habētibus. Illis vero qui iordanē trāseunt ihesus dividit terram. Quāuis enī aīalia habeant ⁊ pecora: non tanta que eos excludant ne iordanē trāseant: sed cū ipsis ⁊ mulieribus ⁊ infantibus contēdunt transire. ⁊ ad patrum promissa peruenire. Illos aūt hec oīa remorantur nec possint iordanē transire nec ad fidem christi: que est terra promissionis intrare.

Si transierint Orī. Alia lra Si trāsierint filij ruben ⁊ fi. gad. vo. ior. omnes armati ad preliū coram domino. ⁊ obtinueritis terrā in conspectu vestro: dabitis eis terrā galaad ⁊c. Terra multis modis accipitur. ⁊ terra hec in qua habitamus. non ab initio terra vocata ē: sed arida. ⁊ postea terra. Sicut hoc celum visibile prius firmamentū dictū ē postea celū. In pricipio tamen creature celū ⁊ terrā fecisse dicitur deus. ⁊ postea aridam. ⁊ firmamentū. Hīc aggeus ait. Adhuc semel mouebo celū ⁊ terram. ⁊ mare ⁊ aridam. Vides quomodo aliud pōit terram. aliud aridā? In multis quoq; locis terra in bono accipitur. arida vero raro. Nam ⁊ adam post peccatū in locū detruditur qui arida noīatur. antea enī erat in terra. paradisus enim nō in arida sed in terra ē. Mansuetis quoq; in euāgelio nō arida: sed terra promittitur. Beati mansueti qm̄ ipsi hereditabūt terrā. Semen etiā qd fructū dat centesimū. sexagesimum tricesimū. terra dicitur esse nō arida. Puto autē q̄ profectus sit ab arida ad terrā venire: sicut profectus fuit vt arida terra vocaretur. Dum enī infructuosi sumus: nec fructū iusticie. pudicicie. vel pietatis afferimus: arida sumus. Si aūt nos excolentes ad virtutū frugē suscitamus: terra ex arida efficimur: que verbi dei suscepto semine fructificet. Est ergo quedā terra etiā in regno dei que mansuetis promittitur ⁊ terra que viuentiū nominat. Est terra in excelsis posita de qua ad iustum dicit. Exaltabit te vt hereditas terrā. Huius terre hereditatē de egypto mūdi exiens aīa consequitur. ⁊ alibi quidē qui sub lege vixerūt. alibi qui per christi fidē ⁊ gratiā

dispensati sunt. Qui tamē videtur primi ⁊ per moysen dispensati nō consequūtur hereditatē. nisi prius transeāt cū his quos ihesus dispensat. ⁊ pugnēt cū eis cōtra inimicos. ⁊ collocent eos in sedibus suis. ⁊ ita consequātur hereditatē quā moyse duce meruerūt. Unde paulus. Et hi oēs testimonio fidei suscepto nō perceperūt repromissiones deo pro nobis aliquid melius prouidente: ne sine nobis consūmarentur. Quasi diceret. iste nouē ⁊ semis tribus de illis duabus ⁊ semis tribubus. Ideo non acceperunt promissionem terre illius q̄ eis extra iordanē p moysen decreta ē deo pro nobis aliquid meliꝰ prouidēte. ne sine nobis consūmaretur. ⁊ ideo transeunt nobiscum armati ⁊ iuuant expugnare inimicos. Sed trāseunt tantū armati viri .s. fortes ⁊ potētes. Ignaua manus ⁊ imbellis remanet extra iordanem. Fortes vero relictis animalibus ⁊ pecoribus ⁊ oībus ipedimtis pugnāt nobiscum donec vincantur inimici nostri vsq; quo hereditatem promisse terre capiamus. Sācti enī patres orōnibus iuuant. ⁊ exēplis hortantur ⁊ confirmant: ⁊ scriptis suis que ad memoriā reliquerūt: instruūt nos quomodo aduersus inimicas potestates pugnemꝰ ⁊ certamina toleremꝰ. Pugnāt ergo p nobis. ⁊ incedunt primi armati. Ipsos enī nobis proponimꝰ. ⁊ vidētes fortia facta eorū ad preliū spiritale armamur ⁊ dimicamus. Sic deniq; qui sub duce ihesu militāt. xxx. ⁊ eo amplius reges perimūt. ⁊ terras eorū sorte accipiunt. Depulsis etiam spiritalibus nequitijs: de celestibus hereditatē celi christo dimicante percipiūt. Potest adhuc tercius expositionis modus eē vt in filijs israel .i. in populo ecclesie intelligātur esse quidam spiritales. ⁊ intra iordanē percipere hereditatē terre fluentis lac ⁊ mel. sapientie ⁊ scientie dulcedinē capientes. quorum terra flumine dei qd repletū ē aquis diuine intelligentie circūdatur ⁊ rigatur. Alij aūt sunt carnales iumētis ⁊ pecudibus .i. crassis ⁊ stolidis sensibus abundātes. qlibus dicit apostolus. Ita insensati estis: vt cum spiritu ceperitis. nō carne pficiamini. Et insensati galathe. quis vos fascinauit veritati nō obedire. Sed vnusquisq; nostrum nisi se armauerit: ⁊ abiectis brutis ⁊ beluinis sensibus ad spiritalem intelligentiā properauerit. remanebit extra iordanem. nec poterit per sapientie flumē incedere. quod letificat ciuitatē dei .i. aīam dei capacem. Nec assequitur verbi dei interiora. que sunt dulciora super mel ⁊ fauū: sed illā tantū cōsequetur terrā in qua duo reges occisi sūt. vbi

quia iam habemus possessionem vestram in orientali eius plaga. Quibus moyses ait: Si facitis qd promittitis. expediti pergite coram domino ad pugnam. ⁊ oīs vir bellator armatus iordanē trāseat donec subuertat dominus inimicos suos. ⁊ subijciatur ei oīs terra. Tūc eritis iculpabiles apd dominū ⁊ apud israel. ⁊ obtinebitis regiones quas vultis coram domino. Sin autē qd dicitis non feceritis. nulli dubiū est quin peccetis in deum. Et scitote qm̄ peccatū vestrum apprehendet vos. Edificate ergo vrbes paruulis vestris. ⁊ caulas ⁊ stabula ouibꝰ ac iumentis. ⁊ qd polliciti estis implete. Dixerūtq; filij gad. ⁊ ruben ad moysen. Serui tui sumus: faciemus qd iubet dominus deus noster. Paruulos nostros ⁊ mulieres ⁊ pecora ac iumenta relinquemus in vrbibus galaad. Nos āt famuli tui expediti omnes pergemus ad bellū sicut tu domine loq̄ris. Precepit ergo moyses eleazaro sacerdoti. ⁊ iosue filio nun ⁊ principibus familiarū per tribus israel: ⁊ dixit ad eos. Si trāsierit filij gad ⁊ filij ruben vobiscum iordanem omnes armati ad bellum coram domino. ⁊ vobis fuerit terra subiecta: date eis galaad in possessionem. Si aūt noluerint transire vobiscum in terram chanaan inter vos habitandi accipiant loca. Responderūtq; filij gad ⁊ filij ruben. Sicut locutus est dominꝰ seruis suis. ita faciemus. Ipsi armati pergemus coram domino i terram chanaan: ⁊ possessionē iā suscepisse nos confitemur trās iordanem. Dedit itaq; moyses filijs gad ⁊ ruben ⁊ dimidie tribui manasse filijs ioseph regnum seon regis amorrei. ⁊ regnū og regis basan. ⁊ terram eorū cum vrbibus suis per circuitum. Igitur extruxerunt filij gad dibon ⁊ astaroth ⁊ aroer ⁊ roth sophan ⁊ iazer ⁊ iebaa ⁊ bethnemra. ⁊ betharan vrbes munitas. ⁊ caulas pecoribus suis. Filij vero ruben edificauerūt

dicatur ei·nihil iudicaui me scire inter vos·nisi ihesum christū·7 hunc crucifixum. Qui aūt potuerit transire iordanē·7 ad interiora penetrare·sequens dn̄m ihesum christū·interficiet.xxx.7 eo amplius reges. Illos fortes de quibus dicit̄. Astiterūt reges terre 7 prin.cōue.i.u.ad.d.7c. Quibus prostratis agnosces secretiora mysteria vsq₃quo venias ad sedē dei 7 hierusalē ciuitatē dei viuentis·nō q̄ seruit cum filijs suis:sed que sursū est 7 libera est 7 mater omniū nostrum est.

C. XXXIII.

He sunt mansiones 7c. Orige. Diuersas creauit deus ciboꝝ differentias pro diuersitate aīalium. vel humani desiderij. Unde 7 aīalia cognoscūt ꝓprios cibos·7 alijs vtit̄ leo· alijs ceru⁹. In hoīb⁹ quoq₃ qui sanus ē 7 validus fortē cibum requirit cōfiditq₃ edere oīa. Infirm⁹ delectatur oleribus·7 fortem cibum nō patit̄. Paruulus vero sit̄ n̄ voce:re tn̄ ipsa lactē requirit. Cib⁹ aūt rōnalis nature verus sermo dei est. Sed 7 hic differentias habet. Non oīs eodē verbo nutritur. Est alijs in verbo dei cibus lactꝫ aptior.s. doctrina·sicut moralis q̄ rudibus solet preberi. Hi lectionē in qua nihil ē obscurū libēter accipiunt. verbi gratia·ester·iudith·thobiam.7 mādata sapientie. Si legatur eis leuiticus:offenditur cōtinuo aīus q̄i nō sit cibus suus. Uenit enī vt disceret deum colere·iusticie 7 pietatis precepta suscipere·7 audit mādata sacrificioꝝ·7 ritus immolationū. Alius euāgelistas aplm psalmos libēter amplectitur·velut remedia infirmitatꝫ sue. Cui si legantur hec que habem⁹ in manib⁹·nihil infirmitati sue aut saluti aīe prodesse indicabit:sed refutabit tanq₃ graues 7 onerosos cibos. Sed sicut leo si habeat intellectū nō abundantiā herbarū culpabit creatam:nec dicet superfluā:q2 carnib⁹ vtitur.nec homo q2 sibi aptis vtitur alimonijs culpare debet q̄ fecit deus serpētes in cibū ceruoꝝ. Ita in cibis rōnabilibus nō refutanda ē scriptura q̄ obscurior videt̄·7 incōueniens incipientibus paruulis infirmis·7 minus ad intelligendū validis. Quisq₃ qd̄ sibi sanū sentit assumat. Ait ergo he māsiones filioꝝ israel exquo exierunt de terra egypti cum virtute sua in manu moysi 7 aaron. Et scripsit moyses profectiones eoꝝ 7 māsiones eoꝝ per verbū dn̄i 7c. Quis ergo audeat dicere qd̄ hec que scribuntur per verbū dn̄i nihil habeāt vtilitatꝫ aut salutꝫ:sꝫ solam narrent hystoriā? Duobus modis potest quisq₃ spiritaliter exire de egypto·vel relinquēdo gentilem vitā·7 ad cognitionē diuine legis accedēdo· vel cū aīa de corporis hui⁹ habitatione discedit. ad vtrūq₃ enī spectant he māsiones. De illis enī mansionib⁹ quas aīa exuta corpore. imo rursus induta suo corpore habitura ē:dicit̄. In domo patris mei mansiones multe sunt 7c. Sunt ergo multe māsiones que ad patrē ducūt. In q̄bus singulis quid vtilitatis aīe cōmoratio·quid ue eruditionis aut illuminationis accipiat:scit solus pater futuri seculi qui ait. Ego sum hostiū·nemo venit ad patrē nisi per me. Qui forte in his singulis mansionib⁹ vnicuiq₃ aīe hostiū fiet·vt per ipsum intret 7 exeat·7 pascua inueniat· vsq₃q̊ ad ipsum perueniat patrē. Sed redeamus ad ea que inter nos 7 in nobis geruntur. In egypto erāt filij israel in operibus pharaonis·luto 7 latere affligebantur:donec ingemiscentes clamauerūt ad dn̄m:7 misit eis verbū suū per moysen·7 eduxit de egypto. Nos igitur cū essemus in egypto.i.in huius mundi erroribus·7 ignorantie tenebris·operātes opera diaboli in cōcupiscentijs 7 voluptatibus carnis misertus dn̄s misit verbū suū.i.vnigenitū filium suum·qui nos de ignorātia erroris ad lumē diuine legis adduceret. Sed primo omniū intuere mysterij rōnem. In egressione enī filiorū israel de egypto sunt.xl.due māsiones·7 aduentus christi in mundū fit per.xl.duas generationes. Unde ab abrahā vsq₃ ad dauid generationes.xiiij.7c. Quadraginta ergo duas generationū māsiones quas christus fecit descendens in egyptum huius mundi:faciunt qui ascendunt de egypto. In.xl.ergo duabus mansionibus perueniunt filij israel ad principium capiende hereditatis·vbi ruben·7 gad·7 dimidia tribus manasse accipiunt terram galaad: Sicut christus per.xl.duos patres quasi mansiones descendit vsq₃ ad nos·7 filij israel per totidem mansiones ascenderunt vsq₃ ad hereditatis promisse principium. Incipiamus ergo per ea q̄ descendit ascendere·7 primā mansionē facere quā ille fecit nouissimā qui natus est de virgine. Erit ergo prima mansio de egypto exeuntibus·relicto ydolorum cultu·vt credamus christum de virgine natum·7 de spiritu sancto·7 verbum carnem factum venisse in mundum. Post hec ascendere ad singulos fidei virtutum gradus nitamur.7 singulis immoremur:donec ad summum peruenientibus nobis institutionum fastigium ꝓmissa compleatur hereditas. Anima quoq₃ cū de egypto hui⁹ vite tendit ad terrā promissionis: pergit per quasdam vias 7 certas conficit mansiones. vnde. Effudi super me manū tuā vel animā meā: quādo ingrediar in locū tabernaculi admirabilis vsq₃ ad domū dei. De his mansionibus alibi dicit. Quā amabilia sunt tabernacula tua dn̄e virtutum·concupiscit 7 deficit aīa mea in atria domini· Et alibi multū peregrinata est anima mea. Intellige ergo que sunt he peregrinationes anime·in quibus se peregrinari diutius dolet. Tunc autē verius intelliget que fuit ratio peregrinationis sue cum regressa fuerit in requiem suā i.in paradisum. vnde. Conuertere aīa mea in requiē tuā 7c. Iste ergo sunt mansiones ·quibus itur in celum. Sed quis ita diuinorū conscius secretorū qui possit huius ascensionis describere māsiones· 7 cuiusq₃ loci labores vel requies? Quis enarret q̄ post primā 7 secundā 7 terciā mansionē adhuc insequatur pharao 7 egyptij:licet non comprehēdāt· licet submersi sint. Quomodo enūciet q̄ saluus effectus populus dei·post aliquot māsiones primū cantauit canticum dicens: Cantemus domino:gloriose enī magnificatus est: Quis hec egressioni anime singula possit· vel audeat adaptare? Et quomodo vetus populus cecidit: cui conuersatio 7 habitatio fuerat cum egyptijs·saluus autē nouus peruenit ad regnū qui ignorabat egyptios·exceptis sacerdotibus 7 leuitis? Qui enī in sacerdotiū vel leuitarū ordine fuerit:7 solum deum portionē habuerit·in deserto non cadit:sed peruenit ad terram promissionis. Ponuntur noīa mansionibus. Neq₃ enī conueniens videbatur·vt cetera oīa suis vterentur nominib⁹: ascensio vero aīe mansionū suarū nomīa nō haberet. Habet ergo nomīa mystica·7 deducentē se:nō moysen qui quo iret ignorabat. sed colūnam ignis·7 nubem·filium.s.dei·7 spiritū sanctum. Cum submersi fuerint oēs egyptij 7 amalechite.7 omnes qui impugnauerūt eā· vt per singulas māsiones que dicuntur esse apud patrem illuminetur amplius: donec assuescat illius luminis qd̄ illuminat omnē hominē intuitū pati·7 inire maiestatis fulgorē. Si ergo veros aīe in hac vita posite per hec doceri intelligamus profectus·que conuersa a gentili vita nō tam moysen q̄ legem dei·nec aaron:sed sacerdotē illum qui permanet ineternum sequitur: antequā ad perfectum veniat·in heremo habitat·vbi in preceptis domini exercet̄: vt fides eius probet̄:7 victa vna tēptatione veniat ad aliā: quasi de māsione ad mansionē·cum ea que acciderint fideliter tulerit· Ita enim per singula temptamenta vite 7 fidei profectus mansiones habere dicitur·secundū illud. Ibūt de virtute ī virtutē:donec perueniat ad sūmū gradū virtutū· 7 transeatur flumē dei· 7 ꝓmissa suscipiatur hereditas. Scire āt in deserto illo quō vocetur ille locus vbi applicuerint qd̄ vtilitatis affert legentibus·7 legem dei die ac nocte meditantib⁹·cum secundo describant̄ nomina·licet in non nullis mutata·7 per verbum domini a moyse describi iubentur? Quod ideo fit vt duas anime ostenderet vias·vnam quā ī carne posita per legem dei virtutibus exercetur·7 per quosdam gradus ꝓficiens ascendit de virtute in virtutem:quasi de mansione in mansionē. Aliam vero quā post resurrectionē ascensura ad celos·non subito nec importune conscēdit·sed per multas māsiones vbiq₃ singulis lumīe sapiētie illustrata ad ipsum patrem luminum perueniat.

esebon 7 eleale 7 cariathiarī 7 nabo 7 baalmeon versis nominib⁹. Sabama quoq₃ imponētes vocabula vrbibus quas extruxerāt. Porro filii machir filii manasse perrexerūt in galaad 7 vastauerūt eam interfecto amorreo habitatore eius. Dedit ergo moyses terram galaad machyr filio manasse qui habitauit in ea. Iair aūt fili⁹ manasse abiit 7 occupauit vicos eius·quos appellauit anothiair i.villas iair. Nobe quoq₃ prexit 7 apprehendit cariath cum viculis suis. vocauitq₃ eam ex nomie suo nobe.

C. XXXIII.

He sunt mansiones filiorum israel qui

Per turmas suas. Lxx. Cum virtute sua christo .s. qui ē dei virtus ⁊ dei potentia. Cum ipso ergo ascenditur qui ad nos descendit: vt ascenderemus. Qui enim descendit ipse est qui ascendit ⁊ qui ait: tecũ descēdam in egyptum: ideo nõ erat in tribubus eorũ infirmus.

In manu moysi et aar. Ori. Non enim tantũ scientiam legis ⁊ fidei: sed etiam operum quibus deo placetur fructus habere debemus cũ de egypto eximus. Si enĩ exiens de egypto ⁊ conuersus ad deũ abijciã superbiã p manꝰ aarõ taurũ deo sacrificaui. Si lasciuiam peremero: hyrcum. Si libidinem: vitulum. Si stulticiam: ouez. Si ergo cum anime vicia purgantur: manus aaron operatur ĩ nobis. ⁊ manꝰ moysi: cum ad hec intelligenda illuminamur ex lege. Vtraqꝫ ergo manus necessaria est vt inueniatur in nobis nõ solum fidei ⁊ sciētie: sed etiã actuũ operumqꝫ perfectio. Nec tamē due sunt manus: sed vna. In manu enĩ dixit nõ in manibus. Vnũ eniz opus vtriusqꝫ manꝰ est. ⁊ vna perfectiõis expletio.

egressi sunt de egypto per turmas

† .i. operatione. † Non enim sufficit manus moysi qui significat scientiam legis. queritur et manus aaron. qui sacrificandi deo peritiã significat.

suas in † manu moysi ⁊ † aaron q̃s

† vt legamus semper et videamus. quante nobis imminent profectiones et mansiones.

† descripsit moyses iuxta castrorũ loca que domini iussione mutabã

† Cõmotione turbida. vel cõmotiõe tinee. Oĩa enim que in mundo sunt in perturbatiõe et corruptione posita sunt.

tur. Profectiqꝫ igit̃ de † ramesse

† Quia quartadecima egerunt pascha in egypto. et quoddam initium festiuitatis iugulantes agnum pridie q̃ꝫ proficiscerentur.

mense primo † quintadecima die mensis primi: altera die phase filii israel in manu excelsa videnti-

Quas descripsit. Et scripsit moyses profectiones eorum ⁊ mansiones per verbum domini. Vt .s. legentes quante nobis immineant profectiones ⁊ mansiones preperemus nos ad hanc viam. nec segniter tempus nostrum consumamus. Ne dum vanitatibus immoramur. ⁊ singulis que ad visum. auditum. tactum. odoratuz. gustumqꝫ veniunt delectemur. pretereat tempus nec spacium vie expleamus: sed in medio deficiamus. q. in deserto. Idcirco enĩ venimus in hũc mundum vt transeamus de virtute in virtutem. neqꝫ permaneamus pro terrenis in terra. sicut ille qui dicebat. Anima habes multa bona. mãduca. bibe. ⁊ letare. ait enim illi dominus. Stulte auferetur a te hac nocte aĩa tua. Non dixit in hac nocte. nec in hac die: sed hac nocte. Nocte enĩ perimitur sicut primogenita egyptiorũ: quia dilexit mundũ ⁊ tenebras eius. socius rectorum mundi huiꝰ tenebrarũ harum. Tenebre aũt ⁊ nox iste dicitur mundus. pro his qui in ignorantia viuũt: ne lumen veritatis recipiant. ⁊ de ramesse ad socoth nõ trãseũt.

Profectiqꝫ igitur. Filij israel adhuc in egypto positi quartadecima die fecerunt pascha. ⁊ initium quoddã festiuitatis. Sequenti ergo die qui est primus azimorum. quintodecimo .s. primi mensis proficiscũtur de ramesse. ⁊ veniunt in socoth: vt ibi faciant festiuitates azimorũ vel diē. Quis hec intelligat? Quis vel ex parte cognoscat? sicut apostolus dicit. Ex parte scimus. ⁊ ex parte ꝓphamus. Quis enim intelliget quõ ex parte dies festos agimus. vt nemo nos iudicet in parte diei festi. aut neomenie. aut sabbati? Omnis enim dies festus qui hic agitur. in parte geritur. non in ĩtegro. Sed cũ exieris de egypto: tũc erit tibi perfecta festiuitas. Scito tamen quia post illud pascha qđ in egypto factum est semel: inuenitur in deserto aliud curatum cum lex data est. ⁊ post hec nusquã geri nisi in terra promissionis.

Hic ordo ⁊ distinctio mansionum valde necessaria est. ⁊ obseruanda his qui sequũtur deum ⁊ cogitant de profectibus virtutum. Fit ergo prima profectio ex ramesse: siue de hoc mundo anima proficiscens. ⁊ ad futurum seculum pergens. siue ab erroribus vite ad viam virtutis ⁊ agnitionis dei. De ramesse proficiscitur. que ĩterpretatur. cõmotio turbida. vł cõmotio tinee. quia in hoc mundo omnia in cõmotione ⁊ pturbatione ⁊ corruptione posita sunt. In quibus nõ oportet animã residere: sed proficisci ⁊ venire in socoth .i. tabernacula. Primus ergo anime profectus est. vt auferatur a cõmotione terrena: ⁊ sciat sibi tanqꝫ peregrinanti. ⁊ iter agẽti in tabernaculis habitandũ. Quo velut in procinctu posita aduersus insidiantes expedita occurrere possit. ⁊ libera ĩde iã vbi se sentit eē preparatã. proficiscitur ex socoth ⁊ applicat in buthan.

Manu excelsa. Vbi non est humanum opus neqꝫ terrenum: sed diuinum ibi excelsa manꝰ nominatur. per manum enim opus intelligitur.

Et in diis eorum. Omnes dij gentium demonia. in quibus faciet dominus vindictam in die iudicij. facit ⁊ nunc. cum quis ab illis deceptus fuerat vt ydola coleret: per verbum domini cõuersus verbum colit. i. deũ vel cũ fornicator ad pudiciciã conuertitur ⁊ se errasse deplorat: ipsius penitentie lacrimis vtitur demon. vel de superbia ad humilitatē. de luxuria ad parsimoniam. Quantis eos putas agi tormentis si quem videant vēdere omnia sua ⁊ dare pauperibus. ⁊ tollere crucē suam. ⁊ sequi christũ. vel cũ vident fraudis sue nebulas per agnitionē diuine legis reserari. Non enim sine ipsis consũmatur peccatũ. Nobis ergo sũmope agendum est: ne egyptiorũ primogenita vel deos eoruz quos dominus extinxit resuscitemus in nobis. si dederimus eis locũ operandi in nobis q̃ dominus odit. Sic enim dominus puni et deos egyptiorum de emendatione nr̃a ⁊ conuersatione.

† Mortui sepeliebant mortuos suos. viuentes sequebantur dominum suum.

bus cunctis egyptiis ⁊ † sepeliẽtibus primogenitos quos percusserat dominus. Nã ⁊ i diis eorũ exercuerat vltionez: castrametati sunt in socoth. De socoth venerũt in ethan que est in extremis finibus solitudinis. Inde egressi ve-

† Os nobilium. fortitudine enim assumpta nobilitamur in domino. et despicimus beelsephon i. dominum aquilonis et eius superbiam declinamus.

nerunt contra † phyairoth que respicit beelsephon. ⁊ castrametati

In socoth ⁊c. Tabernaculis. Dũ enim peregrinamur ĩ corpore in tabernaculis habitamus.

Cum exierimus de egypto. i. de seculo: primũ tabernacula figimus scientes: quia ad vlteriora ⁊ ad terram sanctam celestem .s. properamus.

De socoth. Ori. Proficiscuntur ex socoth: ⁊ applicant ĩ buthan: q̃ conuallis dicitur. Sunt enim in his profectus virtutis que exercitio ⁊ labore acquiritur: nec tantum in prosperis quantum in aduersis probatur. Venitur ergo ad conuallem. in conuallibus ⁊ in inferioribus certamen habetur contra diabolum ⁊ aereas potestates. Abraham in valle salinarum pugnauit contra barbaros reges. ⁊ victoriam consecutus est. Descẽdit ergo viator noster ad eos qui in profundis sunt ⁊ in imis. nõ vt ibi moretur: sed vt victoriam consequatur.

In ethan. Ethan sana fortitudo. vel professio. in qua fortitudinem ⁊ robur assumimus: ne in via deficiamus.

Inde egressi. Idem. Profectiqꝫ ex buthan applicuerũt airoth qđ interpretatur victus. Nondum enim ad ciuitatem venitur. nec perfecta iam tenentur: sed quedam parua. Hic est profectus. vt a paruis ad magna veniatur. Venitur ergo ad os. i. ad primũ ingressum vici. quod est indicium conuersationis ⁊ abstinentie. Airoth aũt posita est contra beelsephon. ⁊ contra magdalum. beelsephon interpretatur ascensio specule. vel turris. A paruis ergo ascenditur ad magna. Nec dum anima in ipsa specula: sed contra speculam. i. in cõspectu ecclesie posita est. speculari .n. incipit ⁊ prospicere spem futuram ⁊ latitudinem profectuũ. Et paulatim crescit dum plus spe nutritur. q̃ꝫ laboribus fatigatur. Quarta ergo mansio est contra magdalum. nondum in ipso quod magnificentia dicitur. Habet ergo in conspectu ascensionē specule ⁊ magnificentiã rerũ futurarum quibꝫ pascitur ⁊ nutritur. In profectibus enim est non in profectione.

Hiero. Quarta mansio est phiairoth quod interpretatur os nobilium. que scribitur per litteram heth. Quidam patant male airoth villas errorqꝫ manifestus ꝙ pro supradicto elemento. ain litteram legant. Beelsephon interpretatur domus aquilonis. vel ascensus specule. vel habens archana. magdalum magnitudo turris. Assumpta ergo fortitudine nobilitamur. vel militamus in domino. ⁊ diaboli archana contēnimus. ⁊ magnificentiam illius. ⁊ turritam superbiam declinamus. Non enim est ab austro vnde dominus venit. ⁊ a meridie vbi sponsus recumbit in floribus: sed possessor aquilonis venti frigidissimi. vnde exardescunt mala: qui cum sit frigidissimus nomine dextri vocatur. falso sibi assumens vocabulũ virtutis ⁊ dextere cũ totus sit in sinistra.

In mara. Hiero. Quinta mansio est mara.i.amaritudo non pote-rant ad maris gurgites peruenire· ⁊ pharaonē cū exercitu videre pereun-tem· nisi habuissent in ore nobilitates.i.in domini confessione virtutes. Post predicationē euangelij· post tabernacula transmigrantiū· post as-sumptā fortitudinē· post confessionis nobilitatem· pericula rursus occur-runt. Semper ergo cauende insidie· inuocanda dei misericordia: vt inse-quentez pharaonē possimus effugere· ⁊ nubis spiritalis baptismo suffoce-cet. Egressis de ma-ri rubro occurrit here-mus sur· que ⁊ solitu-do ethan dicitur. In qua tribus dieb⁹ egre-dientes nō habuerūt aquā· ⁊ perueniūt ad marā ex amaritudīe sic dictam. Habebat fons aquā non dul-cez. Murmurat po-pulus aq̄s vidēs ⁊ po-tare ñ sustinēs. Ma-ra significat aquas occidentis littere· qui-bus si imitatur cōfes-sio crucis· ⁊ sacramēta domīce passiōis: ama-ritudo vertetur ī dul-cedinē. vnde. Consti-tuit dominus popu-lo legem ⁊ iudicia· ⁊ tēptauit eū. Vbi.n.magnitudo grē ibi magnitudo discrimīs. Ne terrearis si post victoriā venias ad amaritudinem· quia verum pascha facientes cum amaritudinibus comedunt· ⁊ tēptatio probationem· probatio spem spes parit salutem. Apud medicos quoq₃ antidotū noxios humores tem-perans ex amaritudine nominatur· quod dulce ostenditur restituens sani-tatem. Sicut econtrario voluptas atq₃ luxuria amaritudine temperatur. Vnde. que ad tempus pingues facit fauces tuas· nouissime vero amari-us felle inuenies.

§ Magnitudo vel turris.

sunt ante magdaluz. Profectiq₃ de phiairoth transierunt per me-dium maris rubri in solitudinez. Et ambulantes tribus diebus p desertuz ethan castrametati sunt

† Mara interpretatur amaritudo· vt voluptas et luxuria· vite amaritudine terminetur· et per crucis lignum quasi per cruciatū suauitas compensetur.

†in mara. Profectiq₃ de mara ve-

† Arietes· hi sunt apostoli duces christiani gregis

† § apostolica doctrina.

nerunt i†helim vbi erant †.xij.fō-

Post hec pfecti sunt de airoth· transeunt per mediū maris rubri· ⁊ ap-plicant ad amaritudines. Tēpus enim profectuū periculosum est. Nā mo-lesta temptatio est transire per medium mare· videre fluctus in tumulum crescere· audire vndarū insanientium fragorē. Si tñ seq̄ris moysen.i.legē dei: aque fient tibi murus dextra leuaq₃· ⁊ siccum iter in medio mari inue-nies. Illud quoq₃ celeste iter q̄d agit anima potest offendere vndas. Est enim pars aquarū super celū· pars sub celo. Nos interim earum que sub celo sunt vndas ⁊ fluctus perferimus· deus viderit si ille quiete sint· ⁊ sem-per placide· nec vllis flatibus excitate. Cum autē venerimus ad transitū maris: etiam si videamus pharaonem ⁊ egyptios insequentes: nichil tre-pidemus· credamus in vnū verū deū· ⁊ quē misit filiuz suum ihesum chri-stum. Credamus etiā moysi.i.legi dei· prophetis· ⁊ videbimus egyptios iacentes ad litus maris· ⁊ cantabimus domino qui equū ⁊ ascensorem de-mersit in mare. Applicuerūt ergo ad amaritudines: sed ne paueas. Omnis enim eruditio ad presens non videtur dulcis esse: sed amara. postea vero fructū dulcissimū iusticie reddit exercitatis. Azima quoq₃ cum amaritu-dine comeduntur. Nec peruenitur ad terram promissionis nisi per amari-tudines. Sicut enim medici quasdā amaritudines medicamentis inserūt pro suauitate languentiū: ita medicus animarū voluit nos pati amaritu-dines huius vite· quia finis amaritudinis acquirit dulcedinē sanitatis· si-cut amarum finem finis mundane dulcedinis. Ne refugias ergo applica-re ad amaritudinem.

In helim. Profectiq₃ de amaritudine venerunt in helim: vbi sunt .xij. fontes aquarū· ⁊ .lxx. palme erant. Vides post amaritudines ⁊ tem-ptationū asperitates q̄₃ amena te suscipiāt loca. Nō venisses ad palmas nisi tēptationū amaritudines pertulisses. Nec ad dulcedinē fontium: ni-si tristia ⁊ aspera superasses. Non q̄ in his sit finis itineris ⁊ perfectio cun-ctorum: sed dispensator animarū deus interserit laboribus quedam re-frigeria· quibus recreata anima promptior reddatur ad reliquos labores. Helim interpretatur arietes. Arietes sunt duces gregis. hi sunt apostoli duces gregis christi· qui sunt etiā .xij. fontes. Sed quia non solum illos elegit christus: sed ⁊ alios .lxx. ideo .lxx. arbores scribūtur esse palmarū: ⁊ ipsi enim apostoli nominantur. vnde paulus. Deinde apostolis omnib⁹. Hec te amenitas post amaritudinē· hec requies post laborem· hec gratia suscipiat post temptationem.

Sed et inde egressi. Quia post apostolicā doctrinā ⁊ dulces fru-ctus triumphorū interdū apparent preterita discrimina.

Profectiq₃ de helim applicuerunt iuxta mare rubrum. Nota quia nō iam intrant in mare· sufficit semel intrasse: sed applicant iuxta· ⁊ mare qui-dem vident ⁊ vndas: sed motus eius ⁊ impetus non timent.

Mare rubrum. Hiero. hebraice: iamsuph. Pergentibus quidaz sinus maris occurrit iuxta quē fixere tentoria q̄d aliud est q̄₃ mare trāsire. Post euangelicā enim disciplinam· post dulces cibos triumphorū appa-ret interdum mare ⁊ preterita discrimina. Iamsuph ex mari ⁊ rubro compositū est. Suph enim rubrum ⁊ scirpus dicitur. For-sitan ergo venerunt ad quandaz paludē carecto ⁊ iuncis ple-nam. Omnes autem cōgregationes aqua-rum dicuntur maria. Hec mansio in exo-do non habetur: sed scriptum est q̄ de ma-ri rubro venerunt in desertum sin· que est inter helim ⁊ sinai. xv. die mensis secun-di egressionis eorum ex egypto.i.xxx. pria postq₃ egressi sunt de ramesse.

viuentiū. † § Alij.s. discipuli qui tamen apostoli dicti sunt.

tes aquarum ⁊ palme .lxx. ibiq₃ castrametati sūt. Sz ⁊ inde egres-si fixerunt tentoria super mare ru-brum. Profectiq₃ de mari rubro

† Rubus vel odiū· q2 cū venimus in locū ecclesie de qua nobis loquitur deus odium inimici meremur.

castrametati sunt in deserto†syn.

† Quia postq₃ venerimus in locū ecclesie: incipimus sacramenta pulsare vt aperiantur nobis.

Inde egressi venerunt in† dephe-ca. Profectiq₃ de depheca castra

In deserto sin. Hier. Profectiq₃ de mari rubro castrametati sūt ī deserto sin. Hec octaua mansio ē. licet iuxta exodū .vij. Sed sciendum q̄ omnis heremus vsq₃ ad montem sinai· sin vocetur· ⁊ ex tota prouintia lo-cus illius mansionis nomen accepit: sicut moab tam vrbis q̄₃ prouincie no-men est. In hac solitudine mansiones quinq₃ sunt· iamsuph· ⁊ heremus sin· ⁊ defeca· ⁊ halus· ⁊ raphidim. Sin autez interpretatur rub⁹· vel odiū. Cum enī venerimus ad locum illius mansionis de quo nobis loquit' do-minus· odium inimici incurrimus· ⁊ videmus ardere rubum· ⁊ non cōbu-ri· ecclesiam persecutionibus inflammari· ⁊ loquente in illa domino nō pe-rire. Et nota q̄ in hac mansione in qua nostra torcularia sunt. vnde octa-uus psalmus prenotatur: desertum carpimus rubi; quia plures deserte fi-lij q̄₃ eius que habet virum.

Profectiq₃ de mari rubro applicuerunt in deserto sin. Sin rubus in-terpretatur· vel temptatio. Ibi iam incipit arridere bonoruz spes: vbi de rubo apparuit dominus· ⁊ responsa dedit moysi· ⁊ initiū visitationis filijs israel. Solet enim in visionibus esse temptatio. Solet enim angelus iniq̄-tatis transfigurare se in angelum lucis· ⁊ ideo solicite agendum est vt di-scernas visiones. Vnde ihesus naue cum visiones videret: interrogat eum qui apparuit· noster es· an aduersariorum? Ita ergo proficiscens aīa cum adinuenerit discretionez visionum probabitur spiritalis esse· Est enī inter dona spiritussancti discretio spirituū.

In depheca. Hebraice phichaici.i.pulsatio. Post responsa do-mini· post octauum numerum resurrectionis christi incipimus sacramen-ta pulsare.

Origenes. Profecti de deserto sin: venerūt in rapheca· q̄ interpre-tatur sanitas. Nota ordinem profectuum. Vbi spiritalis efficitur anima ⁊ discretionem habet visionum: peruenit ad sanitatem vt merito dicat. Benedic anima mea domino qui sanat omnes languores tuos. Multi sunt languores anime· auaricia.s. superbia· iactantia· formido inconstan-tia· ⁊ similia.

Castrametati sunt. Hier. Decia māsio ī exodo nō habet' ⁊ cre-ditur in heremo sin contineri· eodez narrante libro: profecta ē omnis mul-titudo israel de heremo sin· per mansiones suas per os domini· ⁊ venerūt in raphidim. Vnde patet plures mansiones huius regionis vocabulo demonstrari. In hac solitudine murmurat populus propter famem· ⁊ cō-uersus respicit procul ī nube gloriam dei· accipit vespe coturnicē. mane āt manna. Et nota in mansione decima fermentum poni· ⁊ post esum car-nium manna tribui ⁊ impleri scripturam: panem angeloruz manducauit homo.

Profectiq₃ de raphecа veniunt in halus.i.labores. Nec mireris si sa-nitatem sequūtur labores· quia ideo sanatur anima vt delectabiliter labo-ret ⁊ dicatur ei. Labores fructuum tuorum manducabis beat⁹ es ⁊ bene ti-bi erit.

In raphidim. Hiero. Castrametati sunt ĩ raphidim. Vndecima mansio hec in exodo dicit᷑ post profectionem de heremo syn. In ea queritur populus ob ardorem sitis. ⁊ fons de petra oreb erumpit. ⁊ profluit. tẽptationisqꝫ nomen sortitur. Moyses ascendit in montem. hiesus contra amalech militat. ⁊ crucis signo superatur inimicus. Remissis orantis manibus hostis victor insequitur. Sedet moyses super lapidem zacharie. q̇ septez oculos habet et ĩ samuelis volumine appellatur abnezer .i. lapis adiutorij. Vtranqꝫ manuz eius aaron ⁊ hur .i. montanus ⁊ lucidus sustinent. deuicto aduersario superuenit ietro. adducit sephoram et vtrosqꝫ filios. dat consilium lxx. seniorum. ⁊ in typum ecclesie de gentibus congregate ĩminutio legis euãgelio suggerẽte completur. Bene dissolutio vel sanitas fortiũ raphydim dicitur. propter dissipatum amalech. vel sanatum israhel. vel remissio manuuz iuxta syros ꝓpter offensam populi. q̇ contra dominũ in hoc loco murmurauit. P⁹ fermentum ergo hal⁹ ⁊ massam ecclesie solẽt demonũ temptamenta consurgere.

† fermentum. quod miscet euangelica mulier in farine satis tribus.

metati sunt in † halus. Egressiqꝫ

† dissolutio fortiũ. vel remissio manuum. q2 ibi dissipatus ẽ amalech.

de halus in † raphydim fixerunt tentoria vbi populo aqua defuit ad bibendum. Profectiqꝫ de raphidĩ castrametati sũt ĩ deserto sinai. Sed ⁊ de solitudĩe egressi ve

† vbi omnes concupiscentie sepeliũtur. et mortificantur.

nerunt ad † sepulcra concupiscentie. profectiqꝫ de sepulcris concupiscẽtie castrametati sũt ĩ asseroth

† atria

Origenes. Post hec veniunt in raphidim que interpretatur laus iudicij. Bene laus sequitur post labores. sꝫ laus iudicij. Fit ergo digna laude anima que recte iudicat ⁊ discernit. que. s. spiritaliter diiudicat omnia. ⁊ a nemine diiudicatur.

In deserto sinai. Hiero. Synai duodecima mansio. Statim tibi veniat in mentem apostolorum numerus. Vna de pluribus: sꝫ maior omnibus. non separatur in ordine: precellit in merito. Ad hanc .xl vij. die perueniunt dicente scriptura. Mense tercio egressionis filioꝝ israhel de egipto. in die hac transierunt in solitudine synai.

Post peruenitur in desertum syna. Syna quidam locus deserti est quem supra syn nominauit. Sed hic magis locus montis qui in ipso deserto est. appellatur. qui ex vocabulo deserti syna dicitur. Postquaz ergo laudabilis iudicij facta est anima: ⁊ rectum cepit habere iudicium. datur ei lex a deo. quia capax est diuinorum secretorum. ⁊ celestium visionum.

Ad sepulcra concupiscẽtie. Hiero. Terciadecima mansio sepulcra concupiscentie. Est antez sensus ille de euangelio ꝙ dominus hiesus baptizatus. statim a spiritu ductus est in desertum. ⁊ temptabatur a dyabolo. Itaqꝫ israhel post familiarem cum deo sermonem postqꝫ iuxta mõtem synai commoratus est: anno vno. ⁊ diebus .iiij. mira dispositione castrorum egressus est in solitudinem pharan. que interpretatur onager. vł feritas. Ibiqꝫ succumbit male bestie fastidiens celestem panem.

Origenes. Profecti de syna veniunt ad sepulcra concupiscentie. Vbi. s. sepulte sunt ⁊ obrute concupiscentie. ⁊ extincta omnis cupiditas: ne vltra concupiscat caro aduersus spiritum. mortificata. s. morte christi.

In asseroth. Hiero. Quartadecima mansio in asseroth. que interpretatur atria. Ibi aaron ⁊ maria propter ethiopissam ꝯtra moysen murmurant. ⁊ in typum murmurantis contra ecclesiam de gentibus cõgregatam populus iudeorum lepra perfunditur. nec redit ad tabernaculuz cũ pristina sanitate: donec statutum plenitudinis gentium tempus compleatur.

Origenes. Post hec venitur in asseroth quod interpretatur atria perfecta. vł beatitudo. Intuere viator diligentius quis sit ordo profectuum. postqꝫ sepelieris ⁊ mortificaueris concupiscentias carnis. venies ad amplitudinem atriorum. venies ad beatitudinez. Beata est enim anima que iam nullis vicijs carnis vrgetur.

In rethma. Hiero. Castrametati sunt in rethma. Hec est .xv. mansio. ⁊ notandum ꝙ reliquas mansiones .xviij. quarum breuiter cathalog⁹ describitur: a rethma vsqꝫ ad asyongaber. i. tricesimamsecundam mansionem sub pharan solitudinis nomine continentur. In quibus .xij. exploratores missi sunt ad terram sanctam. ⁊ botrus in ligno relatus. populus gigantes formidans murmurat. ⁊ ꝯtra amalech pugnat. ⁊ vincitur. In datan ⁊ abyron ⁊ filios chore vindicta dei profertur. virga aaron germinat. vitula rufa in holocaustum crematur. Postqꝫ sepulcra concupiscentie ⁊ vestibula transeundum est ad iuniperum que diu calorem seruat. vt simus feruentes spiritu. ⁊ claro sonitu euãgelium predicemus.

Origenes. Inde venitur in rethma siue pharan. Rethma visio cõsummata interpretat᷑. Pharan vero visibile os. Quid vbi ita crescat anima vt cuz desierit molestijs carnis vrgeri visiões habeat consummatas. ⁊ rerum perfectaz capiet intelligentiaz. causas. s. incarnationis verbi dei. ⁊ rationes dispensationum eius altius cognoscẽs.

† Sonit⁹ vel iuniperus. vt feruentes. s. spũ. claro sonitu euãgeliũ domini predicemus. iuniper⁹ enĩ multo tempore conseruare ignẽ dicitur.

Et de asseroth venerũt ĩ † rechma. Pro

† vnde. profect⁹ popul⁹ de asseroth: castrametati sunt in solitudine pharan.

fectiqꝫ de † rethma castrametati sũt in remonphares. Unde egressi ve

vel lebna

nerunt in lempna. De lempna castrametati sunt ĩ ressa. Egressiqꝫ de

† Quod interpretatur ecclesia: vt vagi cursus ad ecclesiam referantur.

ressa venerũt † ĩ ceelatha. Vñ profecti castrametati sunt in mõte sepher. Egressi de monte sepher venerũt ĩ arada. Inde proficiscẽtes

In remonphares. Hieronimus. Mali punici diuisio. In quo significat᷑ ecclesia quasi mł ta grana vno cortice contegi: dum omnez turbam credentium ĩ fidei vnitatem cõcludit. Vł varietas ⁊ cõsonantia virtutum. vnde młtitudinis credentiũ erat. c. v. et. a. vna. Sicqꝫ diuisi sunt singuli gradus. vt omnes eadem compage teneãtur.

Origenes. Inde venitur in remonpha. vbi. s. diuinarum ⁊ celestium rerum a terrenis. ⁊ infimis discretio fit. Crescente enim intellectu anime noticia ei excelsorum prebetur. ⁊ iudicium datur. quo sciat a temporalibus eterna ⁊ a perpetuis caduca separare.

In lempna. Laterez. s. In hoc enim transitu nunc crescimus. nũc decrescimus. ⁊ post multos profectus sepe ad laterem .i. carnalia opera redimus.

Post hec venitur in lempna. quod interpretatur dealbatio. Scio in alijs dealbationem culpabiliter poni. vt cum dicitur paries dealbatus. ⁊ monumenta dealbata. Hic autem dealbatio est. de qua dicitur. lauabis me: ⁊ super niuem dealbabor. Et si fuerint peccata vestra sicut fenicium vt niuem dealbabo. Et alibi. Niue dealbabuntur in selmon. Et vetusti dierum capilli dicuntur esse candidi. i. albi sicut lana. Hec igitur dealbatio ex splendore vere lucis intelligitur prouenire. ⁊ ex visionum celestium claritate descendere.

In ressa. Frena. s. Si enĩ ad lutulenta opera descendimus: infrenãdi sumus. ⁊ cursu vagi atqꝫ precipites scripturarum retinaculis dirigẽdi.

Origenes. Post hec fit mansio in ressa. quod est visibilis vel laudabilis temptatio. Quãuis ei grãdes hẽat profectus anima: tñ temptationes non auferuntur ab ea. quia quasi custodia. ⁊ munimen sunt ei. Sicut enim caro si non sale aspergitur corrumpitur: ita anima si temptatione non sallitur continuo resoluitur. Vnde dictum est ꝙ omne sacrificiuz sale sallietur. Hinc paulus ait. Ne magnitudo reuelatõnum extollat me datus est mihi stimulus carnis mee. hec est ergo visibilis ⁊ laudabilis tẽptatio.

In mõte sepher. Hiero. Pulcritudinis. Mons autem pulcritudinis est christus. Vicesima mansio in monte pulcritudinis constituta ẽ. de qua dicit᷑. Dñe quis habitabit in taberna. t. a. q. re. i. m. s. t. ⁊c. Vide quid prosint frena. A vicijs nos retrahũt ad virtutum thoros nos introducũt. in christo monte pulcerrimo habitare faciunt.

Inde venit᷑ in montẽ sephar. qđ tubicinatio dicit᷑. Tuba signum belli est. vbi ei se tantis. ac talibus virtutib⁹ armatã sentit aĩa necessario procedit ad bellum quod est ꝯtra principat⁹ ⁊ potestates. ⁊ hui⁹ mundi rectores. Vł tuba canit in verbo dei. doctrine. s. ⁊ predicationis. vt qui audierit tubam preparare se possit ad bellum.

In arada. Hiero. Miraculũ. Et nota ordinem. post frenos in ecclesiã itromittimur. inde ad montem christi ascendimus. in quo positi miramur que nec ocul⁹ vidit. nec auris audiuit.

De mõte sephar venerũt in caradad. qđ interpretat᷑ idoneus effectus

vt.s.dicat idoneos nos fecit ministros noui testamenti.

Macheloth. Cetus. Hec est ecclesia de qua dicitur. Ecce q̃ bonū ⁊ q̃ iocundū ha.f.i.v. vel consonantia omniū virtutum.

Inde venitur ad macheloth·quod interpretatur ab initio. Contemplatur enim qui ad perfectōnem tendit initium reruz·immo cuncta ad eū refert qui erat in principio apud patrem.s.deum·nec ab isto vnq̃ recedit initio.

castrametati sunt in macheloth. Profectiq; de macheloth venerunt in thaat· de thaat castrametati sunt in thare. Unde egressi fixere tentoria in methca. De methca castrametati sunt in esmona Profectiq; de esmona venerunt in moseroth· ⁊ d moseroth castrametati sunt in beneiachan· profe

ſ alias baneiachan

Ex hac venitur i macheloth· quod est principatus vł virge vtroq; potestas indicatur·⁊ ꝙ eousq; profecerit: vt dominetur corpori quasi tenens virgaz ptātis· immo toti mundo cuz dicit Mihi mundus crucifixus est ⁊c.

Thaat. Pauor qui est custos beatitudinis vt qui tantum ascendit non superbiat· quasi venisti ad ecclesiam·ascendisti ad montem pulcerrimū· stupore et miraculo christi magnitudinē confiteris. Vides ibi multos virtutis socios·noli altum sapere: sed sapere ad sobrietatem. Timor virtutum custos securitas labilis. vnde. Virga.t.⁊ baculus tuus ip.m.ꝯso.sunt. Hoc est dum tormenta formido·gratiam acceptam seruo.

Origenes. Post hec fit mansiō in thaat·quod est confirmatio vł patientia. Necesse est enim eum qui vult alijs prodesse multa pati· ⁊ cuncta pacienter ferre. vnde. Ego enim ostendam ei quanta oporteat eū pati pro nomine meo.

Castrametati sunt in thare. Hiero. Id est malicia· vel pastura·scdm quosdam. Nec errarent si per ain litteraz scriberetur. Sed quia aspiratio duplex in extrema sillaba est: erroris causa manifesta est· eodez vocabulo ⁊ eisdem litteris patrem abrahe scriptum inuenio· qui in apocrifo parue geneseos volumine abactis coruis que hominum frumenta vastabant: abactoris· vel depulsoris sortitus est nomen. Imitemur ergo thare· ⁊ volucres iuxta viam triticum deuorantes prohibeamus. Nam abraham patriarcha in typo isrl'is sacrificia per membra diuisit ⁊ volucres abegit· ⁊ contemptorem oculum effodiunt corui de conuallibus· verum sq; moyses ducit ethiopissam· ⁊ helias a coruis pascitur.

Inde venitur ad thara quod est contemplatio stuporis.i.extasis· cuz alicuius magne rei stupescit animus.

Hiero. Malicia· vel pastura quod ad prepositos ecclesie· vel ad custodiam anime refertur· vt solicitus sit qui pascit: ne diabolus in caulas ouium.i.ecclesias aliquo viciorum foramine se ingerat.

Methca. Hiero. Dulcedo. Q.ascendisti in excelsum montem patris: ⁊ miratus es virtutum choros·timuisti ruinam·abiecisti insidiatores ideo dulcis te fructus laboris insequitur: vt dicas. Q̃ dulcia faucib' meis eloquia tua. Samson qui abegerat a fructib' suis aues· ⁊ vulpes que exterminant vineas colligauerat. leonem quoq; interfecerat rugientē·fauum inuenit in ore mortui.

Post hec venerunt ad methca quod ĩterpretatur mors noua. Mors autem noua est·quando christo commorimur ·⁊ consepelimur vt conuiuamus ei.

Esmona. Que interpretatur festinatio·quia post dulces fructus laboris non debemus esse ociosi·sed obliti preteritorum in futura nos extēdamus.

Origenes. Inde ad semã venitur quod os vel ossa significare dicitur: in quo virtus ⁊ robur patientie declaratur.

Moseroth· Vincula· vel disciplina. Ut magistrorum teram' limina· ⁊ precepta virtutum· ac mysteria scripturaruz vincula putemus eē eterna ꝯtra dyaboli potestatē ⁊ vincula. Quibus diruptis vicit hostes samson· de quibus dicitur. Dirupisti vincula mea. Qui vinculo christi fuerit ligatus dicet. Sinistra eius sub capite meo· ⁊ dextera eius amplexabitur me.

Origenes. Inde ad moseroth·quod est excludens: vt iam excludat suggestiones contrarij spiritus de cogitatōnibus suis. Unde si spiritus potestatem habentis descenderit super te: locum tuum ne dimittas. Tenendus est ergo locus· ⁊ excludendus aduersarius est: ne inueniat locum in corde nostro· vnde. Nolite locum dare dyabolo.

Beneiachan. Hiero. Filij necessitatis· vel stridoris. xxviij·mansio Nota numerum·quia si ab vno incipias· ⁊ paulatim addens ad septimū vsq; peruenies· vicesimus octauus efficitur.

ctiq; de beneiachan venerunt in montem † galad· Inde profecti castrametati sunt in iethabatha ⁊ d iethabatha venerunt in ebrona. Egressiq; de ebrona castrametati sunt in asyongaber. Inde profecti venerunt in desertum syn. Hec est cades. Egressique de cades

† Expeditio vel accinctō vel nuncius vel concisio·horum quicquid magister facit in monte cōsistit.

ſ vel galgath

ſ tricesima mãsio.

Hiero. Sancta per antifrasim.

Hiero. Beneiachan interpretat' filij necessitatis vel stridoris. De his filijs dicitur. Afferte domino filios arietum. Cum autem diuinis scripturis fueris eruditus et leges earū ⁊ testimonia scieris eē vincula caritatis· ⁊ contendens cuz aduersarijs ligabis eos· ⁊ vinctos duces in captiuitatem· ⁊ de hostibus ⁊ captiuis efficies liberos di. Et filij stridoris timore iudicij · vel supplicij· vbi ē fletus ⁊ stridor dentium: deserentes vincula dyaboli: cristo colla submittēt.

Origenes. P' hec venitur ad beneiacban· quod significat fontes vel excolatōnes. Ubi.s. diuinorum verborum fontes haurit vsq;quo excolet eos bibendo· vt nec minimum quidem mandatum preteat· immo nec vnum iota· aut vnus apex de verbo dei in intellectu eius habeatur ociosus.

Montem galad. Hiero. Galad vel galgath· interpretatur nuncius· vel actio · vel concisio. Non enim possumus facere filios necessitatis·nisi preceptores eorum interfecerimus·nec parcat manus nostra armū aut extremum auricule extrahere de ore leonis · ⁊ nunciauerimus premia futura ⁊ accinctos esse in rebellando docuerimus· vnde. Maledictus qui facit opus dei negligenter· ⁊ prohibet gladium suuz a sanguine· ⁊ dauid In matutino interficiebam oēs pec.terre.

Fuitq; terminus eoꝝ ab aroer quę sita est in ripa torrentis arnon ⁊ in valle eiusdē torrentis media vniuersam planitiē quę ducit medaba ⁊ esebon cunctosq; viculos earū quę sūt in cāpestribus: dibon quoq; et abamothbaal et opidum baalmaō ⁊ gessa ⁊ cedimoth ⁊ mephet ⁊ cariathaiz ⁊ sabama ⁊ sarathasar in monte cōuallis bethphogor ⁊ aseroth phasga ⁊ bethaisimoth oēs vrbes campestres. vniuersaq; regna seon regis amorręi qui regnauit in esebon. quē ꝑcussit moyses cum principibus madian: euęū et recen ⁊ sur ⁊ vr ⁊ rebec duces seon habitatores terrę ⁊ balaā filium beor ariolū occiderūt filij israel gladio cū ceteris interfectis: factusq; ē termin⁹ filioꝝ ruben iordanis fluuius. Hęc ē possessio rubenitarū ꝑ cognationes suas vrbium ⁊ viculorum. Deditq; moyses tribui gad ⁊ filijs eius ꝑ cognatōes suas possessionē cuius hęc diuisio ē. Terminus gazer ⁊ omnes ciuitates galaad ⁊ dimidiā ꝑtem terrę filiorū ammon vsq; ad aroer quę ē cōtra rabba ⁊ ab esebon vsq; ramoth masphe ⁊ bethanim ⁊ a manaim vsq; ad terminos dabir. In valle quoq; betharam ⁊ bethnenra ⁊ soccoth ⁊ saphon reliquā ꝑtem regni seon regis esebon. Huius quoq; finis iordanis ē vsq; ad extremā partem maris cenereth trans iordanē ad orientalem plagam. Hęc ē possessio filioꝝ gad ꝑ familias suas ⁊ ciuitates ⁊ villę earū. Dedit ⁊ dimidię tribui manasse filijsq; eius iuxta cognationes suas possessionē cuius hoc principiū est. A manaim vniuersam basan ⁊ cūcta regna og regis basan. omnesq; vicos iahir qui sunt in basan sexaginta opida ⁊ dimidiā ꝑtem galaad ⁊ astaroth ⁊ edrai vrbes regni og in basan filijs machir filij manasse dimidię ꝑti filioꝝ machir iuxta cognatiōes suas. Hanc possessionē diuisit moyses in cāpestrib⁹ moab trans iordanem cōtra hierico ad orientalem plagā. Tribui aūt leui n̄ dedit possessionē. quoniā † dominus deus israel ipse ē possessio eius vt locutus est illi.

† qui ē sapientia ⁊ sciētia cui soli leuitę ⁊ sacerdotes operam tribuunt

C. XIIII.

Hoc est quod

possederunt filij israel in terra chanaan quā dederunt eis ⸗ eleazar sacerdos ⁊ iosue filius nun ⸗ ⁊ principes familiarū ꝑ tribus israel sorte omnia diuidētes. sicut ꝑcęperat dominus in manu moysi nouem tribubus ⁊ dimidię tribui manasse. Duabus enī tribubus ⁊ dimidię dederat moises trans iordanem possessionē absq; leuitis qui ⸗ nihil terrę acceperūt inter fratres suos: sed in eorū successerāt locum filij ioseph in duas diuisi tribus manasse ⁊ effraim. Nec acceperūt leuitę aliam in terra partē nisi vrbes ad habitandū ⁊ suburbana earum ad alēda iumēta ⁊ pecora sua Sicut ꝑceperat dominus moysi. ita fecerūt filij israel ⁊ diuiserūt terram. Accesserunt itaq; filii iuda ad

⸗ archan⁹ sermo dei ⁊ mystic⁹ ⸗ christus
⸗ apostoli quibus dicit᷑ sedebitis ⁊ vos iudicātes xij. tribus israel.
⸗ ne tꝑalibus occupati minus celestib⁹ deseruirēt

Hanc possessionē. Adam. Discamus ex lege ꝙ necessario descripta ē terrę diuisio. ꝗ primo ꝑ moysen. secūdo ꝑ ihesum dicit᷑ facta nō vt vtrāq; seruemus. sed vt ratione vtriusq; discētes illā solā teneamus ꝗ ab ihesu christo nobis tradit᷑. Illam ergo terram ꝗ est trās iordanē moyses distribuit. hāc vero ꝗ ē ī terra sancta ihesus ⁊ pꝛīceps tribuū. Vides. q᷑ cum cepat vera hereditas terrę sācte distribui. assumūt᷑ principes tribuū veri ⁊ spiritualis israel. hi sūt apostoli quib⁹ dicitur. Sedebitis ⁊ vos sup sedes iudicātes xij. trib⁹ israel assumit᷑ etiā sacerdos. i. mysticus sermo dei. Sic eniz dicit q᷑ cōuenerunt ihesus ⁊ eleazar simul ad diuidendā terrā.

Sorte omnia diuidentes. Isidorus. Deletis gentib⁹ iosue sorte diuidit populis terrā ꝓmissionis. christus quoq; a facie fideliū suoꝝ gentes. i. gentiliū errorū spirit⁹ eiecit. ⁊ sorte diuisit terrā: vnicuiq; ꝓpria dona tribuens.

Duabus enim tribubus. Isidorus. Moyses trans iordanē duab⁹ tantū tribubus ⁊ dimidię possessionē decreuit. ceteri vero omnes ꝑ ihesum suscipiūt. q᷑ plures ꝑ fidem ihesu christi ꝓmissa cęlestia suscipiunt ꝗ ꝑ legem. duę enī semis trib⁹ figurabāt priorē populū. qui habuit quidē trinitatis noticiā. sed nō ꝑfectā. Nouem vero ⁊ semis trib⁹ ꝗ ꝑ ihesum ꝓmissionē terrę sanctę suscipiunt significant nouū populū. q ab ihesu christo ꝑ fidem ⁊ gratiā ęternę repꝛmissionis hereditatem post lauacrū quasi post iordanis transitū accipiūt. Sed ipsi q°q; ad denariū numerū q ꝑfectus ē nō ꝑueniunt q᷑ nec in ipso aduentu dñi omnia nobis ꝑfecte annūciata sunt. vn̄ multa habeo vobis dicere. sz nō. p. p. mō. sed spiritus veritatis qui a patre ꝓcedit annūciabit vobis omīa. Perfectio ergo ⁊ sūma omniū bonoꝝ in spiritusācto est.

Absq; leuitis qui nihil. Isidorus. Leuitę nō accipiūt hereditatē terrę. q᷑ ihesus christ⁹ ē hereditas eorū secundū illud. Ego hereditas eoꝝ ⁊ possessio nō dabit᷑ eis in israel. Ego enī sum possessio eoꝝ. Clericoꝝ enī hereditas ⁊ possessio ideo dici voluit deus q᷑ ministri altaris ipsius effecti sūt ⁊ sors. vn̄ ⁊ clerus sors interpretat᷑. Ergo deū in hereditate possident merito qui vt sine īpedimēto deo seruire valeant paupes spiritu esse cupiunt. vt possint dicere dñs ps hereditatis meę ⁊c.

Nec acceperūt leuitę. Isid. Habitacula leuitis ꝑ omēs tribus decernit ihesus. ut q in ecclesia dñi sciētię opam dāt: ⁊ doctrinę gratiam administrāt: ab his qbus diuina dispēsāt terrena subsidia recipiāt. vn̄ paul⁹ Si nos vobis spūalia

seminauimus· magnū ē vt carnalia vestra metamus? Et merito in omēs tribus diuidunt· qui dispensatione omniū viuunt.

Locutusq3 ē caleph filius .Adam. Caleph primus hereditatē accipit a ihesu· qui interpretat̃ quasi cor. Hic ē qui in omnib9 intellectui operam tribuit· qui nō aliud membrū corpis ecclesie esse dicit̃ q3 cor qd ē preclarius in nobis.i. qui omnia cū ratione ⁊ prudētia agit· ⁊ ita cunctis dispēsat quasi nō sit aliud membrū nisi cor. Interpretat̃ autē iephone cōuersio. Caleb vero filius ↄuersionis ē · cōuersus enī ad deum talē fructū ex se pfert· ⁊ cor filium generat. Est ergo omnis q̃ diuinis sensib9 vacat: ⁊ rōnabiliter agit omnia caleb · hic quidem primo eruditus a moyse ·scdo a ihesu· cui assistebat dicit. Tu nosti v̄bū qd locut9 ē dn̄s ad moisen ⁊c. Quis alı9 pt nosse v̄bū qd locut9 ē dn̄s ad moysen nisi sol9 ihs: Nemo eī sic ītellexit legē· sic docuit ihs. Ipse enī oīa edocuit ⁊ apuit. Ipse reuelauit paulo ·q2 lex spūalis esset ⁊c.

Nosti quid locutus sit domin9 ⁊c. Adam. Hoc ē qd dixit dn̄s. Si crederetis moysi ·crederetis ⁊ mihi· de me eī ille scripsit· de me vero.i. Caleb qui ē cor dixit. Certum ē enī q2 de corde scripsit moyses ·q2 oīa sapiēter scripsit.

Sic valens ⁊c. Sanctus enī similiter valet ⁊ in psentibus ⁊ in pteritis ⁊ in nouis · ⁊ in veterib9 ·in euāgelijs ⁊ ī lege · Hoc ergo ē qd nō dicit valere se sub ihesu· sicut tūc cu3 moyse ·q2 ī vtriusq3 testamenti mysterijs cor vigilās valet.

Da ergo mihi mo.i. Nihil hūile nihil deiectū sanct9 req̃rit· s3 montē excelsū · in q̃ sūt ciuitates magne ⁊ munite · q2 ciuitates munitas occupat sapiens· ⁊ destruit munitiones in quib9 cōfidunt impij.

iosue ī galgala· locutusq3 est ad eū
(quasi cor) (ↄuersionis) (solus christus nouit quid locutus ē domin9 ad moysen)
caleph filius iephone cenese9. No
(Nemo enī sic ītellexit legē. ipse oīa docuit ⁊ apuit)
(de corde enī scripsit)
sti q̃d locut9 sit dn̄s ad moysen ho
(moyses de quo dicit̃· de me enī ille scripsit) (Si crederetis moysi· crederetis et mihi)
minē dei de me ⁊ te in cadesbarne
Quadraginta annoꝝ erā quando
misit me moyses famulus domini
de cadesbarne vt considerarē terrā
nūciauiq3 ei qd mihi verū videbat̃.
Fratres aũt mei qui ascēderāt me-
cum dissoluerūt cor populi · ⁊ nihi
lominus ego secutus sum dominū
deum meū. Iurauitq3 moyses in
die illo dicens. Terra quā calcauit
pes tuus erit possessio tua ⁊ filioꝝ
tuoꝝ in eternū· quia secutus es do
minū deum tuū. Concessit ergo do
minus vitā mihi sicut pollicitus ē
vsq3 in p̄sentem diem. Quadragi-
ta ⁊ quinq3 anni sunt ex quo locu-
tus ē dominus verbū istud ad mo
ysen quādo ambulabat israel p soli
tudinē· hodie octogintaquinq3 an-
norū sum sic valens vt eo valeba3
tēpore quādo ad explorandū mis-
sus sum: illius in me tpis fortitudo
vsq3 hodie pseuerat tam ad bellan
dum q3 ad gradiendū. Da ergo mi
hi montē istu3 quē pollicitus ē do
min9 te quoq3 audiēte in quo ena-
chim sunt ⁊ vrbes magne atq3 mu
nite: si forte sit dominus mecum ⁊
potuero delere eos sicut pmisit mi
(q2 talia deposcit et audet)
hi. Benedixitq3 ei iosue· ⁊ tradidit
(que interpretat̃ cōiunctio· vel cōiugium)
ei hebron in possessionē atq3 ex eo
fuit hebrō caleph filio iephone ce-
nezeo vsq3 in p̄sentem diē: quia se
cutus ē dominū deum israel. No-
(ciui)
men hebron antea vocabat̃ caria
(tas quattuor)
tharbe. Adam maximus ibi inter
(Si vis habere heredi)
enachim situs est· ⁊ terra cessauit a
(tatē a ihesu· oportet vt terra carnis tue quiescat· nec cōtra spiritū ↄfligat)
prelijs.

C. XV.

In quo enachim sunt ⁊ vrbes. Adam. Ciuitates ⁊ muri sunt īpiorum dogmata ⁊ silogismi phoꝝ· quib9 astruūt impia queq3 ⁊ diuine legi ↄtraria. Illa quoq3 sunt ciuitates munite ⁊ in montib9 collocate: q̃ heretici scripturarū assertionib9 velut ī altis montib9 locant. Has ciuitates quisq3 sapiēs verbum veritatis p̄dicans destruit· ⁊ vrbes mēdacij veritatis ariete subuertit. Ergo sapiētissimus caleb· assistēs ante ihesu3 pmittit se plus valere ad p̄lium· ⁊ ideo poscit pmitti sibi facultatē disputādi: cū dialeticis seculi· qui p veris falsa ↄfirmant vt subuertāt omnia q̃ falsis assertionib9 ↄstruunt· cuius alacritatē vidēs ihesus · benedicit eum qui talia poscit ⁊ audet.

Tu quoq3 si vis opam dare studijs ⁊ legē dei prudēter meditari· ⁊ effici cor in lege dei· potes istas magnas ⁊ munitas vrbes.i. falsas assertiones subuertere vt ⁊ tu merearis benedici ab ihesu ⁊ accipe hebron q̃ interp̄tatur coniunctio vel ↄiugiū· p qd forsitan potest illud ostēdi· q2 spelunca duplex comparata ab abraā patriarcha in ea ē· in qua ↄiugia patrū ⁊ reliquie eoꝝ iacēt.i. abraā cū sara. ysaac cū rebecca. Iacob cū lia. Meruit ergo caleb patꝝ reliquias ī hereditatē suscipe· q2 p sapientiā qua vigebat sub moyse ⁊ ihesu intellexerat cōiunctionis rationē· ⁊ quid cause esset q2 cū abraā sola ibi sara iaceret· ⁊ neq3 agar· neq3 cetura ei meruisset adiūgi· vel quare cū iacob sola lia iaceret· ⁊ neq3 rachel amplius dilecta· neq3 ex ↄcubinis aliqua in sepulcro ei fuerat copulata. In memorijs ergo patrū hereditatē capit sapiens caleb. Ipsi ihesus enachitarū gentis metropolim tribuit hebron· ⁊ efficit̃ ei sors vsq3 in hodiernū diē. vtinā ⁊ mihi daret̃ sors abraā· ysaac· ⁊ iacob· vt efficeret̃ meus deus sicut effectus deus abraā· deus ysaac· ⁊ deus iacob in christo ihesu.

Et terra cessauit a.⁊c. Adam. Nō ē hoc scriptū in distributione moysi · sed in distributiōe ihesu. Si ergo vis dignus effici qui hereditatē ↄsequaris a ihesu. Oportet te prius omnia bella finire· ⁊ in pace consistere· vt de carnis tue terra dicat̃· q2 cessauit terra a bellis. Cum aũt consuetudo sit sancte scripture q̃ttuor ptes orbis· quas axes vel plagas nomināt appellare in descriptione finiū trib9 iude· due tantu3 nominant̃. Et facti sūt inquit fines filioꝝ tribus iuda secundū plebes eoꝝ a finibus idumee· a deserto sin · ad occidentē. Et cū descripsisset fines ab occidēte ait. ⁊ ab oriēte mare salsum. Septētriones vero ⁊ meridiē reticuit. Fines ergo iudee primi sunt idumee finib9 q̃ terrena interp̄tatur. post terrena ergo statī sequunt̃ fines iudee· s3 a deserto inquit sin .i. tēptationū .post tēptationes ergo sequunt̃ fines hereditatis iude. Oriens ⁊ occidēs nominant̃ vicina loca q̃ supra diximus.i. confinia. Vallis quoq3 egipti vicina occidentalibus ptibus designat̃· que a deserto ē ab occidēte. Ab oriente vero cingunt̃ fines mari salso. Post hec a collib9 inq̃t qui tendūt ad occidentē· ⁊ inde ascendit̃ ab occidēte vsq3 ad cadesbarne· ⁊ sic ptenditur ab occidēte ad cades· hi sunt fines eoꝝ ab africo· ⁊ inde prexit vsq3 ad vallē egipti. Vide quomō in occidētis ptibus affricū· egiptū ⁊ occasum nomīat· vt sciat sibi quisq3 hec esse trāseunda. ⁊ ita demū ad tribum regiā puenire· de qua ortus ē dominus noster. A finib9 aūt idumee est desertū sin. Ideo necesse ē nos transire heremū tēptationū· vt possimus peruenire in hereditatē filioꝝ iuda. Ascendere quoq3 oportet· assensum colliu3 accabim· qui interp̄tatur scorpiones· q2 transeundi sunt a nobis ⁊ calcādi scorpiones· de q̄b9 dicit̃. Ecce dedi vobis ptātē calcādi sup scorpiones ⁊ serpētes ⁊c. Qui ergo vult ingredi in hereditatem tribus iude· ascendat istas ascensiones: calcet ⁊ euadat hos scorpiones· Forte hoc iter agēti ezechieli dicebat dominus· fili hominis in medio scorpionū tu habitas.

Et sunt inquit fines vsq3 cadesbarne· cades interpretat̃ sanctū· vel sanctificatio. Fines ergo iude vsq3 ad sanctificatiouē pueniunt. Dicit̃ etiā ab oriētis ptibus trib9 iude esse mare salsum· ⁊ post hec in pte eius nominat̃ fons solis· ⁊ ciuitas solis· ⁊ in eadē tribu est etiā ciuitas litterarum. Oportet igit̃ omnem qui vult introire in ptem filioꝝ iuda transire prius mare salsum.i. mūdi h9

vndas ⁊ turbines supare · ⁊ omnia huius mundi euadere · q̄ pro sui incerto · ⁊ lubrico marinis fluctib' cōparant · vt possit ad iude terrā ꝑuenire · ⁊ ad fō tem solis iusticie qui ē fons aque salietis in vitā eternam · ⁊ postea ciuitatem solis iusticie inuenire · ē ⁊ in egypto ciuitas solis · sed illa huius solis nomen accepit · quē pater celestis oriri iubet sup bonos ⁊ malos. Illa vero q̄ ē in iudea sanctoꝝ tantū efficit · quia ciuitas dei est ⁊ fons ille supradictus fluuius effectus letificat ciuitatē dei. Tu quoqꝫ si vndiqꝫ munitus sis ⁊ cōtinentie muro circundatus · patiētie ⁊ magnanimitatis turribus cōsummatus efficieris ciuitas dei. Si vero ad hoc lumē sciētie dei tibi addideris ⁊ te sol iusticie irradiauerit · efficieris ciuitas solis · vel ciuitatem solis sorte hereditabis. Si aūt in lege dei die ac nocte studueris · ⁊ de manu tua liber legis n̄ recesserit: efficietur hereditas tua ciuitas līarū.

Adamantius.

Non parū vtilitatis confert · anime cū ad aures nostras licet obscura lectio diuini sermonis illabitur. Si eni creditur a gētilib' qꝫ ꝑ carmina quedā q̄ ꝑcantatōnes appellant · quib' istud artis ē susurrātes noībus quibusdā compilatis · ⁊ cū his q̄ nec illi q̄ inuocāt norūt ex solo tamē vocis sono sopiuntur serpētes · vel etiā de cauernis trahūtur · ⁊ sepe in corpibus humanis tumores vel feruores vel alia hui' modi voce sola soluere vel reprimere dicuntur. Interdū etiā anime stuporē quedā sensus infligere. Si tamē christi non restiterit fides · quāto magis toti us ꝑcantationis ⁊ carminis validiorē ducēdā credim' · quācunqꝫ scripture sancte vel sermonū vel nominū appellationē. Sicut enī apud ifideles ꝯtrarie virtutes audiētes illa noīa assunt · etiā dant operā in hoc ad qḋ inuocari se ex illo · vel ex illo noīe sentiūt: officij sui rem cui se mancipauerint ipendentes multomagis celestes virtutes q̄ nobiscum sunt libenter accipiūt · si verba scripture ⁊ hoꝝ nominū appellationes · velut carmina quedā ⁊ ꝑcantationes ex ore nostro ꝓmamus. Et si ei illa nō intelligimus · ille virtutes intelligūt · ⁊ velut carmine quodā inuitate · ⁊ adesse nobis · ⁊ ferre auxiliū delectant. Non solū eni circa nos · sed etiā intra nos diuine virtutes sunt. vnde. Benedic aīa mea domino · ⁊ omīa iteriora mea nomē sanctū eius. i. omnia q̄ intra me sūt. Constat ergo multas esse virtutes intra nos · quib' aīarū nostrarū vel corpoꝝ cura cōmissa ē. Si sancte sūt cū scripture legunt a nobis ⁊ delectant · ⁊ validiores erga nostrā diligentiā fiunt. licet sensus noster sine fructu sit. Secūdū illud apostoli. Si linguis loquamur ⁊ spūs noster oret · sensus aūt nr̄ sine fructu sit ad itelligēdū. Mirū mysteriū in hoc ꝓtulit apostolus. aliquādo. s. fieri posse · vt spiritus q̄ in nobis ē oret · ⁊ sensus noster sine fructu sit. Ille eni virtutes q̄ anime nr̄e in adiutoriū date sunt · reficiunt ex auditu sancte scripture · velut diuinis ⁊ rationabilibus cibis · cū scꝫ diuina verba ꝓferim' ex ore. Ipse etiā christus si i huiusmodi studijs nos vacātes inueniat · nō solū refici ⁊ pasci dignatur in nobis · sꝫ etiā si has epulas viderit apud nos patas patrē secū adducet · secundū illud. Ego ⁊ pater veniemus · ⁊ mansionē apud e. f. Sed sic h'mōi meditatōibus diuinarū erga nos virtutum consortia ⁊ officiā ꝓuocamus · ita malignarū virtutū insidias ⁊ demonū incursiones · huiusmodi sermonū ⁊ nominū appellationib' effugamus. Verbi gratia. vt siquis ꝓspexerit ꝑcantationib' sopitū serpentē in manib' portari · vel de cauernis extrahi · nichil nocere valētē venenis icātationū virtute torpentibus ita lectionis diuine virtute · si quis intra nos est contrarie ꝟtutis spēs · si patienter feras. i. si n̄ tedio auditum auertas · carminibus depellitur. Si ergo legitur tibi scriptura obscura ⁊ quā n̄ intelligis hanc iterim vtilitatem suscipe · obserua tantū ne efficiaris sicut aspides surde · ⁊ obturātes aures suas · q̄ nō exaudiunt vocē incantātis ⁊ venefici qui incantatur a sapiēte · ē eni carmē qḋ incantatur a sapiente ihesu naue ⁊ ab omnibus ꝓphetis. Ne ergo fastidiamus audientes sanctas scripturas · etiā si non itelligamus · sed fiet nobis secundū fidem nostram credentib' · q2 oīs scriptura diuinitus ē īspirata · ⁊ vtilis etiā si nō sentiamus vtilitatem.

Prebēt aliquādo medici cibū vel potū. Verbi gratia ad discutiēdā caliginē oculoꝝ · nec tamē in edēdo vel potādo sentimus qꝫ ꝓsit · sed cum trāsierit dies vna ⁊ altera ⁊ tercia · suo tempore ꝑ occultos meatus relata ad visum cibi vel poculi virtus paulatim purgat aspectū.

Chaleb uero filio iephone dedit ⁊c. Adam. Initiū distributionis ihesu incipit a caleb · data ē enim huic portionis sue sors · priusqꝫ tribus sua. i. tribus iuda ꝑciperet · nec in extremis ꝑtibus · sed in medio filioꝝ iuda nec ꝑ sortem sed ꝑ p̄ceptum domini datur ei ciuitas itegra. Quem eni aliū dignum erat consequi talē hereditatem nisi caleb qui solus saluatus ē cum ihesu de sexcentis milib' armatorū · qui exierāt de egypto? Et ipsum oportet

Igitur sors filiorum

iude ꝑ cognationes suas ista fuit:
[qui interpretatur terren']
a termino edom vsqꝫ ad desertum
[temptationis]
sin contra meridiē ⁊ vsqꝫ ad extremā ꝑtē australis plage. Initiū ei'
[mūdanoꝝ. s. fructuum]
a summitate maris salsissimi · ⁊ a lingua eius que respicit meridiē: egre
[dedi vobis potestatē calcādi sup serpētes ⁊ scorpiones]
diturqꝫ cōtra ascensum scorpionis ⁊ ꝑtransit in sina · ascenditqꝫ in cadesbarne ⁊ ꝑuenit in esrom · ascendens ad darā ⁊ circuiēs cariathaa atqꝫ inde ꝑtransiens in asemona ⁊ ꝑueniens ad torrentē egypti · erūtqꝫ termi ei' mare magnū. Hic erit finis meridiane plage. Ab oriente vero erit initiū mare salsissimū vsqꝫ ad extrema iordanis · ⁊ ea que respiciūt ad aquilonē a lingua maris vsqꝫ ad eundē iordanis fluuiū. Ascenditqꝫ terminus in bethagla ⁊ transit ab aquilone i betharaba ascendens ad lapidē boem filij ruben ⁊ tendēs vsqꝫ ad terminos debera de valle achor cōtra aquilonem respiciens galgala q̄ est ex aduerso ascensionis adommim ab australi ꝑte torrētis · transitqꝫ aquas
[aque salientis in vitam eternam] [iusticie]
que vocantur fons solis · ⁊ erunt exitus eius ad fontē rogel: ascenditqꝫ ꝑ conuallem filij ennon ex latere iebusei ad meridiē · hec ē hierusalem ⁊ inde se erigens ad verticē montis qui ē contra gehennon ad occidētem in summitate vallis raphaim contra aquilonē: ꝑtransitqꝫ a vertice montis vsqꝫ ad fontē aque nepthoa · ⁊ ꝑuenit vsqꝫ ad vicos mōtis ephron inclinaturqꝫ in bala que ē cariathiarim. i. vrbs siluarū · ⁊ circuit de bala contra occidentē vsqꝫ ad montem seir: transitqꝫ iuxta latus montis iarim ad aquilonē in cheslon · ⁊ descendit in bethsames transitqꝫ in thamna · ⁊ ꝑuenit cōtra aquilonē partis accaron ex latere: inclinaturqꝫ secrona ⁊ transit montem baala: ꝑuenitqꝫ in gebneel · et magni maris cōtra occidentē fine concluditur. Hi sunt termini filiorū iuda ꝑ circuitū in cognationibus
[cōuersionis]
suis. Caleph vero filio iephone de
[nō in extremis]
dit partē in medio filiorum iuda · si
[nō sorte]
cut p̄ceperat ei domin' · cariathar
[qui interpretatur humilitas ianis vel respōsio inanis]
be patris enach · ipsa est hebron · deleuitqꝫ ex ea caleph tres filios

accipe metropolim. Ideo dedit ei ihesus ciuitatē arboc· metropolim enach q̄ ē hebron· in qua erant memorie patrū· ⁊ exterminauit inde tres filios enach. Primo ergo discutiam⁹· quare metropolim accepit caleb· ⁊ illā que prima inter oēs ī trra ꝓ· metropolis dicit· ⁊ metropolis enach· q̄ interp̄tat humilitas inanis. Que autē humilitates sunt. vna laudabilis de qua dicit. Discite a me q꞉ mitis sum· ⁊ humilis corde ⁊c· ⁊. Qui se humiliat exaltabit· ⁊c. ⁊ humiliamini sub potenti manu dei. Altera culpabilis de qua dicit· q꞉ ammon humiliauit thamar sororem suā. hec ē humilitas inanis que ex peccato descendit· huius metropolim cepit· ⁊ excidit caleb ⁊ interemit tres filios enach .i· inanis humilitatis ⁊ habitauit ciuitatē. primus autē ē filius susi.i.extra me: hoc ē extra sanctū extra sanctū enim ē· filius inanis hūilitatis·i· mo ⁊ extra deū. Est alius achimaan· qui interpretat frater meus· extra cōsilium velut si dicatur frater meus sine ꝯsilio· Omnes enī fratres qui de humilitate inani nascunt extra cōsilium sunt. Tercius ē thalamin· qd̄ interpretatur p̄cipitium vel suspensio. quia nihil ī eo stabilitatis· sed vaga omnia ⁊ in p̄ceps ruentia. His exterminatis ascēdit in dabir· cuius nomē erat prius ciuitas litterarū· dabir autē interp̄tatur loquela. Igit ciuitatem litterarū intellige omne veteris instrumentū testamenti· sicut hanc ipsā q̄ꝫ nunc exponim⁹ scripturam q̄ post efficitur dabir.i.loquela. Que enim prius in litteris erat ⁊ secundū litterā intelligebat· modo in ecclesijs christi loquela facta ē· loquentib⁹ de ea ⁊ differentib⁹ primo apostolis· ⁊ remouentibus supficiem littere· ⁊ ꝓferentibus in spiritualem loquelam· deinde doctorib⁹ singulis litterarum singulis loquelam ⁊ disputationē angelicā facientib⁹. Qui sunt autē tres filij enach q̄s caleb īterfecit ī cui⁹ ꝑsonam ⁊ virtutē legis ascripsimus ī terrenis. Inanis humilitas ē illa· q̄ꝫ poete vel philosophi de diuinitate senserunt· humilia enim sunt ⁊ deo indigna sunt: q̄ senserunt. Quid enī tam inaniter humile· q̄ꝫ ligna ⁊ lapides deos putare: huius inanis humilitatis. primus filius ē qui dicit extra me.i. primus sensus eoꝝ extra veritatē ⁊ extra deum ē. Secundus achiman.i. frater sine consilio. Frater enim ē illius erroris qui sine consilio geritur. Quid enim tam sine ꝯsilio est quā relinquere deum qui nos fecit· ⁊ sequi deos alienos quos nos fecimus. Tercius erroris sensus ē thalamin· qd̄ ē p̄cipitium vel suspensio· q꞉ nouissima huius erroris· tendunt in p̄cipitium· ⁊ in ꝓfundum inferni· hos gentilitatis sensus tanq̄ꝫ filios enach vetusti erroris abscidit lex que etiā secundū litterā verū deum creatorē oīm p̄dicat.

¶ frater meus extra cōsilium .i. sine cōsilio· ommes enī filii ianis humilitatis extra cōsilium sunt. ¶ lxx. thalamin.i. pricipium vel suspēsio· quasi uagus .s. ⁊ preceps

enach sesai ⁊ hayma ⁊ tholmai de stirpe enach: atq̄ꝫ inde cōscendens

¶ q̄ interpretat loqla

venit ad habitatores dabir q̄ pri⁹ vocabat cariathsepher .i. ciuitas

† vt nō carnaliter īpleat· vel ītelligat sed spūaliter

litterarū. Dixitq̄ꝫ caleph. † Qui ꝑ

¶ ciuitatē lrārū litterā .s. ueteris testamēti

cusserit cariatsepher ⁊ ceperit eam:

¶ legis .s. intelligentiā

dabo ei axam filiā meam vxorem.

¶ gothoniel respōsio dei cui .s. deus respondet ⁊ archana reuelat

Cepitq̄ꝫ eam othoniel filius cenez frater caleph iunior· deditq̄ꝫ ei axā filiā suam vxorē. Qui cum pgerēt simul· suasa ē a viro suo vt peteret a patre suo agrum: suspirauitq̄ꝫ vt

¶ gentiū populo de quo dicit soluite ⁊ adducite mihi

sedebat in asino. Cui caleph: quid habes inquit: At illa respōdit: Da mihi benedictionē. Terram australem ⁊ arentē dedisti mihi: iūge ⁊ irriguam. Dedit itaq̄ꝫ ei caleph irriguum supius ⁊ inferius. Hec est possessio trib⁹ filioꝝ iuda ꝑ cognationes suas: erantq̄ꝫ ciuitates ab extremis ꝑtib⁹ filioꝝ iuda iuxta terminos edō a meridie· cabseel ⁊ eder ⁊ iagur ⁊ cina ⁊ dimona ⁊ adada ⁊ cedes ⁊ asor ⁊ iethanziphethelē et balothasornoba ⁊ cariothiesrom hec ē assoromā same ⁊ meloda ⁊ asergadda ⁊ assemoth ⁊ bethfeleth ⁊ asersual ⁊ bersabee ⁊ baziothia ⁊ abala ⁊ humesem ⁊ heltholad ⁊ exul ⁊ sarma ⁊ sicelech ⁊ medemena ⁊ sensenna lebaoth ⁊ selim ⁊ abem rēmon: omnes ciuitates vigintinouem ⁊ ville earū. In campestribus vero estaol ⁊ sarca ⁊ asena ⁊ azone ⁊ engannum ⁊ taphua ⁊ enaym et ierimoth ⁊ adulamsocho ⁊ azecha ⁊ sarim ⁊ adithaym ⁊ gedera ⁊ giderothaim: vrbes quattuordecim ⁊ ville earū. Sanan ⁊ adasa ⁊ magdalgad delean ⁊ masepha ⁊ iectel lachis ⁊ baschat ⁊ eglon tebbon ⁊ leemas ⁊ cethis ⁊ gideroth ⁊ bethdagon ⁊ neama ⁊ maceda: ciuitates sedecim ⁊ ville earum Lebana ⁊ ether ⁊ asan iepta ⁊ esna ⁊ nesib ⁊ ceyla ⁊ achzib ⁊ maresa: ciuitates nouem ⁊ ville earū. Accaron cum vicis ⁊ villulis suis. Ab accaron vsq̄ꝫ ad mare omnia q̄ vergunt ad azotum ⁊ viculos eius. Azotus cū

¶ Sed nunc ascendit caleb ad istā ciuitatem litterarū ⁊ dixit. Quicumq̄ꝫ ꝑcciderit ciuitatē litterarum ⁊ obtinuerit eam· dabo ei axam filiā meam vxorē ⁊c. Gothoniel qui cepit ciuitatem litterarū interp̄tat responsio dei. Responsio autē dei dicit is cui respondet deus.i. cui archana reuelat. Iste ergo qui potest cape ciuitatem litterarū veteris testamenti· ⁊ excidere litterā occidentem· frater caleb iunior· hic ego sum qui excisa legis littera sensum in ea spiritualē requiro. Excido autē litterā· cū n̄ secundū carnē circūcidor· neq̄ꝫ ꝑm carnē azima comedo neq̄ꝫ pascha cū iudeis obseruo vel hmōi ⁊c. ꝓmittitur enim mihi si ciuitatē litterarum excidero filia fratris mei maioris. Erat enim filius cenez· qui interp̄tatur sp̄recio. Quis eī erat sp̄recio sic nos gentes alienati a cōuersatione israel. Nam prior frater me⁹ cuius accipio filiam q꞉ excidit ciuitatē litterarum fuit filius iephone. qui interp̄tatur ꝯuersio· dat ergo mihi mīori fratri filiam suā.i. intelligentiam sui: lex· vnde. auferet a vobis regnum dei· ⁊ dabit genti facienti f.e. Sciendū tamen aliud esse legem· cuius nunc ꝑsonam dedim⁹ caleb· aliud litterā veteris. t.i. ciuitatē litterarum. Accepta ergo filia eius· ego frater ei⁹ iunior· adduco eā de domo patris sui. Que cū veniret mecū sedēs sup asinum· quem scꝫ soluerūt discipuli christi dicit ad patrē suum da mihi bn̄dictiōē tuā pr̄· ⁊ accepit gonechlam supiorē ⁊ gonechlam inferiorē.i. pollicitationē vite q̄ nunc ē ⁊ future ⁊ centuplū in p̄senti seculo· ⁊ vitam eternā in futuro.

¶ Gothoniel filius ⁊c. Nota q꞉ caleb dicit filius iephone· ⁊ gotoniel· filius cenez q̄ ē caleb iunior.i. ꝯsanguineus.

¶ Ut sedebat ī asino. Greg. axa sup asinum sedet: cum irrationabilibus carnis motibus aīa p̄sidet. Que suspirans a patre terrā irriguā petit: q꞉ a creatore cū magno gemitu querēda ē lacrimarū gratia. Sunt enim qui iam ꝑceperūt libere ꝓ iusticia loqui. oppressos tueri· indigentibus tribuere· ardorem fidei habere: sed adhuc gratiam lacrimarū nō habent hi terrā australē ⁊ arentē habent· sed adhuc irrigua indigent: q꞉ in bonis opibus positi· in quibus magni ⁊ feruentes sunt: oportet vt tīore supplicij vel amore regni celestis· mala etiā q̄ an̄ ꝑpetrauerīt deplorent. Compūctionis autē duo principalia genera sunt: quia deū sitiens anima prius timore ꝯpungitur post amore. Prius enim timore se lacrimis afficit: q꞉ dum maloꝝ suorum recolit: ꝓ his eterna supplicia ꝑtimescit. Cum vero longo merore fuerit formido ꝯsumpta: quedā de p̄sumptione

uenię securitas nascit᷑. ⁊ in amorem cęlestium gaudioꝝ animus inflāmat᷑. Et quę prius flebat ne duceret᷑ ad supplicium: post flere incipit: qꝛ differt᷑ a regno. Dat ergo ei pater irriguum supius: cum se ī lacrimis cęlestis regni desiderio affligit. Irriguum vero inferius accipit: cū inferni supplicia flendo pertimescit. Prius autē inferius ⁊ post irriguū supius dat᷑: sed qꝛ cōpunctio amore dignitatis ꝓmīnet: necesse fuit vt pri⁹ irriguū supius: ⁊ post īferius poneret᷑.

Jebuseū autē habitatorem ꝛc. Adam. Intelligimus spūaliter habitasse iebusęos alias iebusęuꝫ cū iudęis in hierusalē vsqꝫ in ꝓsentem diem secundū parabolā euāgelij ꝙ de zizanijs dicit. Sinite vtraqꝫ crescere: ne eradicetis simul ⁊ triticū. Sic eniꝫ in hierusalē .i. in ecclesia sunt iebusęi. qui .s. degenerē vitam ducūt fide quidam ⁊ actibus vel actione ⁊ cōuersatione peccati peruersi. Non potest enim ad liquidū ecclesia purgari dum in terris ē. Sūt ī ea omnes sancti in quibus peccati macula nō est. Sed ne cū zizanijs eradicet᷑ ⁊ triticū. sunt in ea aliqui in quibus vel dubia vel occulta peccata sunt. Qui enī manifeste ⁊ euidenter criminosi sunt de ecclesia expellēdi sunt. Nō ergo potuerūt filij iuda disꝑdere iebusęos. sed habitauerunt cum ipsis in hierusalē vsqꝫ in ꝓsentem diem. Jebusęus interpretat᷑ cōculcatio debet ergo nobis esse summa cautela ⁊ studiū: ne quis scandalū faciat vel patiat᷑: ne quis pollutus in hanc sanctorum cōgregationem introeat. Si tamē eos non possumus eijcere qui nos cōculcant eos saltem quōs possumus quoꝝ peccata manifesta sunt eijciamus. Ubi enim peccatū euidens nō est eijcere de ecclesia neminē possumus. Illi autem sunt in ecclesia cōculcantes de quibus dicit᷑. Nolite mittere sanctū canibus: neqꝫ margaritas vestras ante porcos ne forte cōculcent ea ꝛc. Isti ergo sunt iebusęi qui indigni audiūt verbum dei: quo audito neqꝫ discedūt vt infideles: neqꝫ ꝑmanent vt fideles: sed ꝑcepta mysterioꝝ noticia ⁊ fidei nostrę secretioribus ꝑscrutatis conuersi impugnant nos ⁊ ꝯtradictionibus dirumpunt corda nostra verbi dei margaritas ꝯculcantes ⁊ ornamenta fidei maculantes hos non potuerūt eijcere filij iuda de hierusalem vsqꝫ in ꝓsentem diem.

vicis ⁊ villulis suis. Gaza cum vicis ⁊ villulis suis vsqꝫ ad torrentē ęgipti ⁊ mare magnū terminus ei⁹ ⁊ ī mōte samir ⁊ iecther ⁊ socchoth ⁊ edēna cariathsenna. hęc ē dabir: anab ⁊ histemo ⁊ anim gosen ⁊ olō ⁊ gylo. ciuitates vndecim ⁊ villę earū. Arab ⁊ roma ⁊ esaan ⁊ ianuꝫ ⁊ bethafua ⁊ afeca athmatha ⁊ cariatharbe. hęc ē hebron ⁊ sior: ciuitates nouē ⁊ villę earum. Maon ⁊ chermel ⁊ ziph ⁊ loche iezrachel ⁊ iucadam ⁊ zanoe accaym gabaa ⁊ thamna: ciuitates decē ⁊ villę earū. Alul ⁊ betsor ⁊ hiedor mareth ⁊ bethanoth ⁊ helthecen: ciuitates sex ⁊ villę earum. Cariathbaal. hęc ē cariathiarim vrbs siluarū ⁊ areb ba: ciuitates duę ⁊ villę earuꝫ. In deserto betharaba meddin ⁊ sacha ⁊ nebsan: ciuitates sal᷑. ⁊ engaddi: ciuitates sex ⁊ villę earum. Fiunt simul centuꝫ quindecim. Jebuseū (zizania .s.) (ecclesie) (ne eradicarent simul ⁊ triticū) autē habitatorē hierusalem nō potuerunt filij iuda delere: habitauitqꝫ iebusęus cū filijs iuda in hierusalē vsqꝫ in pręsentē diem. (qui sunt sine macula ⁊ ruga)

C. XVI.

Decidit quoqꝫ sors filiorum ioseph ab iordane contra hierico ⁊ ad aquas eius ab oriente solitudo ꝙ ascēdit de hierico ad montē bethel. ⁊ egredit᷑ de bethel luzā trāsitqꝫ terminū archiatharoth. ⁊ descendit ad occidentē iuxta terminū iefleti vsqꝫ ad terminos bethoron inferioris ⁊ gazer: finiunturqꝫ regiones eius mari magno: possederūtqꝫ filij ioseph manasses ⁊ effraim. Et factus ē terminus filioꝝ effraim ꝑ cognatōes suas. ⁊ possessio eoꝝ cōtra orientē astaroth addar vsqꝫ bethoron superiorem: egrediunt᷑qꝫ confinia in mare. Machmethath vero aquilonem respicit ⁊ circūit terminos contra orientē in thanatselo. ⁊ pertransit a torrēte ianoe. descenditqꝫ de ianoe in atharoth ⁊ noaratha ⁊ ꝑuenit in hierico. egredit᷑qꝫ ad iordanem de taphua. ꝑtransitqꝫ ꝯtra mare in vallem harūdineti: suntqꝫ egressus eius in mare salsissimum. Hęc ē possessio tribus filioꝝ effraim ꝑ familias suas: vrbesqꝫ separatę sunt filijs effraim ī medio possessionis filioꝝ manasse ⁊ villę eaꝝ. (qui in deo crescūt ⁊ fructificāt) (temptationum motum.) Et nō interfecerūt filij effraim chananeū qui habitabat in gazer: habitauitqꝫ chananęus in medio effraim vsqꝫ in diem hanc tributari⁹ (in ꝯstructione) (sepe vicia minima reseruant᷑ vt virtutes maxie in humilitate habeant᷑ et vicia maxime premant᷑.)

Usqꝫ in presentem diem ꝛc. Id ē. sęculi ęternitatē more scripturę. ꝗ hoc ad litteram stare nō potest. quomodo enī iebusę⁹ habitat cū filijs iuda ī hierusalē qꝫdiu durat hoc sęculum cū nec filij iuda habitent ibi ī sęculum?

Conculcationem scandalū scꝫ facientes in ecclesia ⁊ qui ꝑcepta mysterioꝝ noticia verbum dei margaritas ī pugnādo ꝯculcant.

Hierusalem visio pacis interpretat᷑. si ꝗ in corde nostro ędificata ē hierusalēꝫ .i. visio pacis ⁊ christū qui semꝑ est pax nostra intueamur ⁊ seruamus ī corde: siquidē ita fixi ⁊ stabiles sumus in hac visione pacis vt nulla cogitatio peccati ascēdat in cor nostrū. possum⁹ dicere qꝛ hierusalē sumus. ⁊ nullus nobiscū ē nisi soli sancti. Nūc vero etiā si ad grandē ꝑfectum veniamus. et summis nos studijs excolamus. nulluꝫ puto tam purū esse qui non aliqua cogitatōne maculet᷑. Certum est ergo habitare etiā iebusęos cum filijs iuda ī hierusalem. Laborandū tamen ē quotidie eijcere eos de hierusalē. sed nō omnes simul eijci pnt.

Habitauitqꝫ chananęus Aug. Et habitabat chananęus in effrem: vsqꝫ in diem istum donec ascēdit pharao rex ęgipti ⁊ cępit ciuitatē ⁊ incendit eam igni ⁊ chananęos ⁊ pherezęos qui habitabāt ī gazer trucidauit. ⁊ dedit eam filie sue in dotem. Qd de pharaone dictū est miror si ꝓphetia sit. cū hęc historia illis tꝑibus scripta credat᷑ quibus erāt illa gesta recētia. Quid autē magnum eligi potuit qd ꝓphetice diceret᷑. cum ꝓterita narrent᷑ ⁊ taceātur futura maiora ⁊ magis necessaria. Magis ergo putandū ē .lxx. interpretes qui auctoritate ꝓphetica ex ipsa mirabili cōsensione interꝑtandi ꝓhibentur hęc addidisse non tanqꝫ futura ꝓnuntiantes. sed qꝛ illo tempꝫ erāt quo hęc facta meminerant. ⁊ in libris regnoꝝ legerant. Regum enim tēporibus factū est qd ideo nobis credibilius visum ē. qꝛ ex hac interꝑtatione quę ē ex hębreo nō inuenimus. sicut nec illud de hierico. ꝙ qui eā suscitaret incurreret maledictū. qd dixerat ihesus. Sic enim scriptū ē. ⁊ adiurauit ihesus ī die illa. Maledictus homo qui resuscitabit ciuitatē illā. In primogenito suo fundabit eum. ⁊ in nouissimo īponet portas eius. Qd autē sequit᷑ nō in littera nostra ē ⁊ ita fecit oza qui ex bethel. In abiron primogenito fundauit

eam· ⁊ iure saluato nouissimo īposuit ꝑtes eius· hoc ibi nō legit. Unde apparet a .lxx. interpositū: qui factū esse nouerāt.

Grego. Chananeus gētilis ꝓplus .s. viciū significat. Sepe in magnis virtutib⁹ terrā ꝓmissionis ingredimur· quia spe intima de eternitate roboramur· sed dū inter alta ⁊ sublimia· quedā ꝑua vicia retinemus· quasi chananeum viuere in terra nostra ꝯcedimus. Qui tamen tributarius efficit· quia hoc ipsum viciū qđ subigere nō possumus ad vsum vtilitatis nostre humiliter retorquemus· vt de se mēs ī summis vilia sentiat· q̄ suis virib⁹ cōtra ꝑua que appetit nō expugnat. Unde bene rursus scriptum ē hee sunt gētes quas dominus dereliquit· vt erudiret ī eis hierusalē. Ad hoc enī quedā vicia minima retinentur vt se nostra intētio sollicitā semꝑ in certamine exerceat· ne de victoria suꝑbiat· cū in se hostes viuere sentiat· a quibus adhuc vinci formidat. Israel vero reseruatis gentib⁹ eruditur cū in quibusdaꝫ minimis vicijs elatio virtutis nostre ꝯprimitur· ⁊ in ꝑuis sibi resistentibus discit ꝙ ex se maiora nō subigit.

Adam. Effrem īterpretat fructificatio· Qui eniꝫ fructificat ⁊ crescit in fide nō potest exterminare chananeum· semen ꝑessimū· maledictū· mobile īcertū. hec enim interpretatur chananeus· ⁊ certū est quia cū eo qui fructificat ⁊ crescit semꝑ habitat chananeus. Nunq̄ꝫ enim tēptationum motus cessant ab eo· Sꝫ tu si vere fructificas in deo ⁊ vides aliquē talem inquietū turbiduꝫ ⁊ mobilē· scito q2 chananeus ē: ⁊ si nō potes eum eijcere de ecclesia· scito q2 nō potuerūt filij effrem expellere chananeos.

Idem etiā in his qui fructificāt sentienduꝫ ē q2 filij effrem nominant. Chananeos enim vagas .s. ⁊ lubricas cogitationes semꝑ debent eijcere de anīabus suis. potens ē autē deus iebuseos ⁊ chananeos subijcere nobis· sicut scriptum ē· Subiecit chananeos filijs effrem.

Nec potuerūt filii. Adam. Chananei tercio dicunt esse in filijs effrem· sed obseruandus ē ordo dictoꝝ in singulis. Primo ergo dictū est· q2 nō ꝑdiderunt filij effrem chananeū: qui habitabat in gazer· sed habitauit chananeus in effrem vsq3 in hodiernū diē· ⁊ factus ē sub tributo seruus vsq3 quo ascendit pharao rex egipti ⁊ accepit ciuitatē ⁊ incendit eam igni· ⁊ chananeos ⁊ pherezeos ⁊ qui habitabāt in gazer trucidauit· ⁊ dedit eam pharao in dotem filie sue. Secūdo. Et factū ē inquit quoniā inualuerūt filij israel subuertētes chananeos ⁊ fecerūt chananeos subiectos· exterminatione

C. XVII.

Ecidit autem sors tribui manasse ipse enim ē primogenitus ioseph· machir primogeito manasse patri galaad qui fuit vir pugnator: habuitq3 possessionē galaad ⁊ basan· ⁊ reliq3s filiorū manasse iuxta familias suas· filijs abiezer ⁊ filijs belech ⁊ filijs besribel ⁊ filijs sichem ⁊ filijs epher ⁊ filijs semida. Isti sunt filij manasse filij ioseph· mares per cognationes suas. Salphaat vero filio epher filij galaad filij machir filij manasse non erant filij: sed sole filie· quarū ista sunt nomina· maala ⁊ noa ⁊ egla ⁊ melcha ⁊ thersa. Ueneruntq3 in cōspectu eleazari sacerdotis ⁊ iosue filij nun ⁊ principum dicētes: dominus ꝑcepit ꝑ manū moysi vt daret nobis possessio in medio fratrū nostroꝝ. Deditq3 iuxta imperiū domini possessionem in medio fratrū patris earum ⁊ ceciderūt funiculi manasse decē absq3 terra galaad ⁊ basan trans iordanē. Filie enim manasse possederunt hereditatē in medio filiorū eius. Terra autē galaad cecidit in sortem filioꝝ manasse qui reliqui erant. Fuitq3 termin⁹ manasse ab aser machmata que respicit sychē ⁊ egredit ad dexterā iuxta habitatores fontis taphue. Etenim in sorte manasse ceciderat terra taphue: q̄ est iuxta terminos manasse filioꝝ effraim. Descēditq3 terminus vallis harundineti in meridiē torrētis ciuitatū effraim: que in medio sunt vrbiū manasse. Terminus manasse ab aquilone torrētis ⁊ exitus ei⁹ ꝑgit ad mare: ita vt possessio effraim sit ab austro. ⁊ ab aquilone manasse· ⁊ vtrāq3 claudat mare· ⁊ coniungant sibi in tribu aser ab aquilone· ⁊ ī tribu ysachar ab oriente. Fuitq3 hereditas manasse in ysachar ⁊ in aser· bersan ⁊ viculi eius· ⁊ iebblaan cū viculis suis· ⁊ habitatores dor cum opidis suis· habitatores quoq3 endor cuꝫ viculis suis· similiterq3 habitatores thenach cum viculis suis· ⁊ habitatores mageddo cum viculis suis· ⁊ tercia pars vrbis nophech. Nec potuerūt filij

autē nō exterminauerūt eos. Tercio quādo ꝯtradixerunt viri de tribu effrē ihesum volentes secundū numerositatē suā· q2 plures erant ⁊ validior maiorē accipe sortē. Et iubent ascendere ad saltū· ⁊ facere sibi ampliorem locū ⁊ vt possint ampliora spacia occupare· iubent exterminare chananeū. Videamus ergo quid sibi velit hec triptita narratio. Primo chananeus nobiscū ē ⁊ sub tributo· nō tamē obediēs· neq3 seruus efficit ⁊ obediens. Chananeum hic carnē accipimus vel ea q̄ carnis sunt· hec primo nobiscuꝫ est .i. anime iuncta· sed obediens nō est· nisi tantū ꝙ tributa soluit .i. ministeriū agendi aliq̄d vel mouēdi. Concupiscit tamē aduersus spiritū ⁊ nō est obediens anīe. Si vero aliquātum ꝑfecerimus efficit seruus ⁊ obediēs anīe volūtati. Et hic ē anime ꝑfectus secundus· cum carnē sibi obedire fecerit ⁊ seruire. Tercium vero ē qđ ꝑfectum ē. Si enim veniamus ad ꝑfectum· etiā exterminādus nobis dicit chananeus. vn̄. Mortificate mēbra vestra· que sūt suꝑ terrā. Fornicationē īmundiciaꝫ ⁊c. ⁊ alibi. Qui auteꝫ sunt christi carnē suaꝫ crucifixerūt cū vicijs ⁊ ꝯcupiscentijs ⁊c. Sic ergo tercio .i. cū ad ꝑfectionē venerimus· ⁊ mēbra nostra mortificauerimus mortē christi in corꝑe nostro circūferentes exterminari a nobis dicit chananeus.

Orige. Illud quoq3 ꝑtereundum nō est qđ dicit pharao venisse ⁊ cepisse gazer ī qua chananeus habitabat cuꝫ effrem ⁊ dedisse eā in dotem filie sue. Gazer enī interpretat constrictio. Si corpus et anima in vna ꝯstrictōne habitēt cōiuncta sibi ⁊ socia vt ⁊ anīa carnaliter viuat· nec sibi carnem obedire faciat verendum ē ne veniat pharao ex egipto· ⁊ captiuet animaꝫ· ⁊ in dotem filie sue tradat eā. Exurgit enī alia lex in mēbris nostris· ⁊ captiuat nos in lege peccati cui pharao .i. rex peccati animā q̄ carnaliter viuit in dotē transcribit.

Post hec videndū est· ꝙ filij ioseph maiorē sortem requirūt dicētes. Quare dedisti nobis sortē ⁊ ꝑdaturam vnā. Ego autem populus multus sum· ⁊ dominus benedixit me. Si ergo nos popul⁹ multus sumus ⁊ benedictus· audiamus a domino ihesu· populus multus es ascēde in saltum· ⁊ māda tibi ipsi· ⁊ para locū in terra ⁊ expugna pherezeos ⁊ raphaim. Eijciamus ergo pherezeos· qui interpretant fructificatio· fructificatio aūt alia bona· alia mala· q2 arbor bona fructus bonos facit vel affert· ⁊ mala malos. Expellamus ergo quidq̄d nō bene fructificat ⁊ fructū peccati· ⁊ purgemus fructū iusticie. Raphaim inquit expelle· vel potius expurga de te. Raphaim interpretatur resolute matres. Est in anima nostra virtus

queðaꝫ q̄ parit sensus velut mater qui pcedit ex nobis. vñ. Salvabit' aūt mulier p filiorum generationem. si pmanserit ĩ fide. Iste ergo matres .i. ista virtus anime. illis in quibus fortis ē. fortes generat sensus ⁊ qui superari a cōtradicēte non possunt. In alijs auteꝫ resoluta ē ⁊ remissa qđ indicãt sensus. quos pfert languidos ⁊ ineptos. has matres de nobis expurgemus .i. sordes ⁊ ĩmundicias que naturalibꝫ anime motibus ex nostra negligentia adveniunt purgemꝰ vt naturalis vigor ĩgenite virtutis effulgeat.

¶ **Non poterimꝰ ad montana.** Adamantius. Non sufficit nobis mons ⁊ equus electus. ⁊ ferrum chananeo est. qui habitat in mō. ⁊c. Nunq̄ʒ invenies q equū habeat israelita. sed chananeꝰ habet equū. qui fallsus est ad salutē ⁊ ferrū bellicū. Sed respondit ihesus. Si populus multus es. ⁊ virtutem habes non erit tibi sors vna. qꝛ saltus ē tibi et emūdabis eū ⁊c. Emūdemus ergo siluā que in nobis ē. inutiles scʒ ⁊ infructuosas arbores ⁊ faciamꝰ ibi novalia q̄ sp innovemus. ⁊ fructū capiamꝰ tricesimū. sexagesimū ⁊ cētesimū. vnde securis ad radicē arboris posita est. Omnis ergo arbor q̄ nō facit fructum bonum excidet' ⁊ in ignē mittetur.

¶ **Si emūdaveris** inquit siluā ⁊ erit tibi cū inde extermĩaveris chananeū. Conemur ergo chananeū q̇ nobiscum ē citius subijcere. ⁊ obedientē facere. Post hec etiã exterminare. Si autē dimittimus eum. ⁊ negligimus veniet pharao rex egipti. ⁊ incipiet locū nostrū dare in dotē filie sue ⁊ captivos nos tradere legi peccati. Observemus ergo vt pvaleamus cōtra chananeos ne si invaluerint ꝯtra nos de israelitis faciant chananeos.

¶ **Mittam vobis hic sortem.** Adam. In cōsuetudine hominū cū aliquid sorte dividit'. fortuitu videt' sors illa ad illum. vel alia ad aliū cadere. In scriptura aūt sancta nō est ita. Si enĩ de tanta re patres sortibus sūmerent iudiciū vel emisissent nihil mirū esset. si gentiles hoc facerēt. Sed videamus si in scripturis aliquid sit positū qđ nobis q̇d virtutis sit in sortibꝫ manifestet. In levitico scriptū est. Accipiãt duas sortes. sors vna in domino ⁊ sors vna in apompeio ⁊c. Item ibi. Moyses sorte divisit terrã tribui ruben ⁊ gad ⁊ dimidie tribui manasse. ¶ Dedit etiã ihesus secundū pceptum domini caleb sortē ⁊ tribui effrem ⁊ dimidie tribui manasse. ¶ Et post hec inquit. cōgregavit ecclesiã de filijs israel ⁊ dixit. Mittã sortē ⁊ pferam in cō-

manasse has civitates subvertere: sed cepit chananeꝰ habitare in terra sua. Postq̄ʒ autē cōvaluerunt filij israel. subiecerūt chananeos ⁊ fecerunt sibi tributarios. nec interfecerūt eos. Locutiq̄ʒ sūt filij ioseph ad iosue ⁊ dixerūt. Quare dedisti mihi terrã in possessionē sortis ⁊ funiculi vnius. cū sim tãte multitudinis ⁊ bñdixerit mihi dominꝰ? Ad quos iosue ait: Si populus multꝰ es. ascende in siluaꝫ. ⁊ succide tibi spacia in terra pherezei ⁊ raphaim quia angusta ē tibi possessio mōtis effraim. Qui respōderūt filij ioseph Non poterimus ad montana conscendere: cū ferreis curribus vtantur chananei qui habitant in terra campestri. ĩ qua siti sunt bersan cū viculis suis. ⁊ iezrahel mediã possidens vallem. Dixitq̄ʒ iosue ad domum ioseph ⁊ effraim ⁊ manasse. Populus multus es ⁊ magne fortitudinis. nō habebis sortem vnã sed transibis ad montē. ⁊ succides tibi atq̄ʒ purgabis ad habitanduꝫ spacia ⁊ poteris vltra pcedere cū subverteris chananeum quē dicis ferreos habere currꝰ ⁊ esse fortissimū

C. XVIII.

Congregatiq̄ʒ sunt omnes filij israel in sylo ibiq̄ʒ fixerūt tabernaculū testimonij. ⁊ fuit eis t'ra subiecta. Remãserant aūt filiorꝝ isrl' septē tribus q̄ necdum acceperãt possessiones suas. Ad quos iosue ait. Usq̄ʒquo marcetis ignavia. ⁊ nō intratis ad possidendã terram quã dominus deus patrū vestrorꝝ dedit vobis? Eligite de singulis tribubꝰ ternos viros vt mittam eos. ⁊ pgant atq̄ʒ circūeant terram ⁊ describant eam iuxta numerū vniuscuiusq̄ʒ multitudinis. referantq̄ʒ ad me qđ descripserint. Dividite vobis terram in septē partes. Iudas sit in terminis suis ab australi plaga. ⁊ domꝰ ioseph ab aquilone: mediam inter hos terrã in septē partes describite. ⁊ huc venietis ad me vt coram domino deo vestro mittam vobis hic sortē. quia nō est iter vos pars levitarū: sed sacerdotiū domini est eorꝝ hereditas. Gad autē ⁊ ruben ⁊ dimidia tribus manasse. iaꝫ acceperant possessiones suas trans iordanem ad orientalem plagã. quas dedit eis moyses famulus domini Cunq̄ʒ surrexissent viri vt pergerēt

spectu domini sortē ⁊c. ⁊ post hec sortibꝫ missis sic hereditas poplo distribuit' ⁊ agitat' sors ita nō fortuitu. sed secundū q pdestinatum ē a deo. de niq̄ʒ tribus beniamin prima ibi accepit sortē vbi erat hierusalem. post hanc tribus simeō. secūda post ysachar. deinde zabulon. deĩde aser post neptalim. deinde dan in qbꝫ novissime veniūt tres ille tribꝰ q̄ ex ꝯcubinis sūt. ¶ Invenio in scripturis etiã gentiles sortem misisse cum ionas navigaret. ⁊ tēpestas vrgeret. q̄si sors pdere deberet vel posset. cuius causa piculū immineret ⁊ q̄ʒvis gentiles essent a cognitiōe dei alieni. nō hac opinione fallunt'. Sors enim verum prodidit. ¶ Salomō quoq̄ʒ ait Cōtradictiōes quoq̄ʒ cohibet sors ⁊c. veluti cessare ostēdens cōtradictiones vbi sors mittit'. In novo quoq̄ʒ testamento cōvenientes apostoli multo sapientiores. q̄ʒ qui nunc. episcopos. vel pŝbiteros. vel diacones ordinãt. elegerūt duos. nec tamen de eis iudicaverūt vt illū facerent apostolū quē voluissent. sed orãtes miserūt sortē ⁊ cecidit sors sup mathiam ⁊ annumeratus ē cū .xi. apostolis ⁊ factꝰ ē duodenarius. pcedēte eniꝫ oratione: nō casu. sed divina pvidentia sors divinū iudiciū pferebat. Paulus q̊q̄ʒ de christo dicit. In quo sorte vocati sumꝰ pdestinati secundū ppositū eius qui omnia opatur ⁊c. ⁊ ad thesalonicēses gratias agens deo patri. qui ydoneos nos fecit in pte sortis eorꝝ in lumĩe. ¶ Ex his omnibꝰ hoc dixisse sufficiat. qđ nobis ab apostolis sors ducta designat. qꝛ vbi ex fide integra ⁊ oratione pmissa sors ducit'. ea q̄ dei volūtas continet ĩ occulto sors hominibꝫ declarat in manifesto. Secundū vero interiorē intellectū. sicut paulꝰ videt' ĩdicare dicens. in pte sortis sanctorꝝ. ⁊ in sorte vocati in christo. Videndū ē ne forte nō solum in hominibus sed in supnis virtutibus sors agat'. ⁊ psideat aliqua virtus huic officio. q̄ ubi causa ihesu filio nave. nunc sorte hereditatē distribuēti. nō ad aliquã gratiam. sed secundum hoc qđ scit deo placere ductū pbeat sortis ⁊ illi faciat evenire q̄ prima sūt quē scit apđ deū primū tenere locū. vt qđ latet apud deū sortis gubernatione etiã hominibus demonstret'. aliū vero facere secūdi loci. ⁊ aliū tercij qđ ita gestum nō solum ĩ terris arbitror. sed etiã ĩ celestibus. ⁊ huiusmodi sortē q̄ apud deum etiã meritorꝝ ꝯtemplatione distinguit' etiã illo tēpore habitã cuꝫ divideret excelsus gentes secundū numerū angelorꝝ dei. ⁊ facta ē portio domini iacob. funiculus hereditatis eius israel. hic enim ptem per sortem ⁊

funiculū isrl' deuz dicit esse sortitū. Non ḡ fortuitu putandū ē p sortez euenisse illi angelo egiptioꝝ gētē·alij idumeoꝝ· alij moabitarū z similia. Sed ibi etiā si secundū numerū angeloꝝ dei diuidunt' gētes sorte sicut in hoib⁹ diximus·q₂ dei iudiciū occultū sors pandit in publicū·talis sors fuisse credēda ē:qua p merito suo quisq₃ illā vel illam gentem suscepit. Nec p singulos quidē ꝙ sine sorte ḡ dei iudicio dispēdit' euenire dicendū ē vt ali⁹ talez vel talē vitā a natiuitate sortiat'·vel ꝙ boni angeli assint hoibus z ꝯtrarij· vt ille angelus anime petri custodiam sortitus sit·alius pauli ali⁹ cuiuslibet infantis de ecclesia. Non ē enī dubitandū dei iudicio q̇ vel illoꝝ dignitatez vel anime nostre ad liquidū respicit qualitatē·cuiq₃ nostꝝ custodiam dari quadaz sorte mystica christi dispensatōe directa. Puto etiā de his virtutib⁹ q̄ mundi ministeria susceperūt·ꝙ nō fortuitu illa virtus terre vel arborū germinationibus ꝓsit·illa fontiū vel fluminū fluēta exhibeat· alia imbriū.alia vētorum.alia marinis.alia terrenis aīalibus vel singulis quibusq₃ e terra gignentib⁹ ꝓsit·z eē in singulis sacramēta īeffabilia diuine dispēsationis· vt in ordine suo cūcta p vnamquāq₃ virtutē dirimant'·z competēti officio. Unde. Nonne omnes sūt ammīstratorij spirit⁹ z in ministeriū missi· propter eos qui hereditatem capiūt salutis?

Ad hoꝝ imitationem dicunt' sortes duci p ihesū ·z hereditas p tribus diuina dispēsatione decerni·z p iefabilem dei ꝓuidentiā ac ꝓscientiā in his sortibus adumbrari futuræ ī his hereditatis exēplar·q₂ lex vmbraz dz futuroꝝ bonoꝝ habere: hinc paulus ait·accessistis ad sion montē et ad ciuitatē dei viuentis hierusalē celestem. Est ergo ciuitas in celis q̄ dicit' hierusalē et mons sion. Non sine causa beniamī accepit in sorte sua hierusalē z montē sion· sed q₂ celestis hierusalē ratio exigebat· vt nō alij daret' terrestris q̄ ē figura celestis.

Adam. Bethleē quoq₃ nō sine certa ratione in sortē iude decernit' vel chebron ·vel singule ciuitates singulis tribubus cōscribuntur. Sed celestia loca in q̇bus hierusalē z sion nominantur·z cetera que his vicina sunt hoc in se rationis cōtinebant ī celis qd' sorte gubernabat' in terris.

